



A
32
462



14

71-2

1.a.8-13-



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	32
Número:	462

Det Colegio de la Comp^a de Iesu se Gran^a B.
LIBER RVTH, R. 22541

F. FRANCISCI
FEVARDENTII, OR-
DINIS MINORVM, PARI-
sienfis Theologi, commentariis explicatus:
quibus ea copiose traduntur, quæ ad histo-
riam, fideique Christianæ, ac mortuum ratio-
nem pertinent.

Cum triplici & copioso Indice: primus est Digressio-
num, quibus varij loci communes uberius tra-
stantur: secundus Scripturarum, quæ preter contex-
tum exponuntur: tertius ad calcem libri, rerum in-
signiorum.



PARISIIS,
Apud Sebastianum NIVELLIVM,
sub Ciconiis, via Iacobæa.

M. D. LXXXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

G



sum
de m
lege
charu
scrip
labef
ille in



GENERO SO AC IL-

LVSTRI DOMINO, D. GER-
mano du Val, insignis ecclesiæ Bajo-
ensis Canonico ac Decano, cæterisque
eiusdem ecclesiæ Canonicis, obseruan-
dis Dominis suis, F. FRANCISCVS
FEVARDENTIVS, S. P.

AIORVM nostrorum
literis ac historiis proditū
est, Clariss. Domini, ali-
quot pestiferos ac planè
fanaticos homines à caco-
dæmone quondam sic a-
nimis incitatos fuisse, vt
ea omnia quæ de vnico ac
summo Deo, de promisso & adumbrato Messia,
de mundi huius creatione & administratione, de
lege Mosis, de prophetarum oraculis, de patriar-
charum rebus gestis, in sacris veteris testamenti
scriptis monumentisque scripta sunt, reprobarēt,
labefactarent & conuellerent. His autem artibus
ille in primis crudelis & *à la sœ* ac totius generis

EPISTOLA.

Isa. 14.

Lam. 10.

Gen. 3.

1 J. 14.

Io. 8.

Luc. 10.

Apoc. 12.

R. Aha.

nostrī proditor & perditor, vel cum diuina maiestate æquari conferri que (vt olim appetuerat) se posse confidebat: vel saltem vaticinium illud de semine mulieris caput serpentis contrituro, suspectum & fallax reddere, atque ita totius salutis nostræ firmamentum & perfugium cuerte sperabat. Miseri vero ac infelices homines, qui his in rebus Satanæ suas operas & labores dede- runt, hoc molimine prodigiosas simulque exi- tiosas hæreses & latius in mobile ac nimis credu- lum vulgus spargere, & firmius radicari cona- bantur. Sed præstat huius tam communis tam- que capitalis hostis dolos ac insidias retegere, suscep- taque prælia aduersus diuina verba, & eo- rum obseruatores, paucis perstringere; vt quæ mediis, his denique postremis seculis in magna Ecclesiæ catholice perniciem per varias fraudes molitus sit, explicemus.

Necdum è cœlis in inferos detrusus, incredibili ambitu in altissimum insurrexit: dein cum à se deprauatis spiritibus, magno prælio in cœlis, cum Michaële, cæterisque bonis angelis, vt à diuinorum mandatorum obseruantia deficerent, decertauit. Projectus in terram, contra mulie- rem prægnantem, soléque amictam bellum redintegravit, id est, Ecclesiam; & aduersus eos, qui sunt de semine eius, custodiuntque mandata Dei, & habent testimonium IESV CHRISTI. Ad primos itaque parentes nostros, proh pudor! venit, vidit, vicit. Vix enim duodecim horas etiā iuxta Rau Aha Talmudici sententiam, in horto Eden diuinis verbis subiecti permanerunt. Post

EPISTOLA.

hos, Cainum mundi primogenitum ac hæredem, *Gen. 4.*
 Henoch, Irad, ac reliquos Gigantes illius postea- *Ioseph. lib. 1.*
 ros, cœlestis doctrinæ ab Adamo traditæ scelerato- *Antiq.*
 res cōtemptores ac irrisores effecit. In Noë, Sem, *Beros. lib. 1.*
 Abraham, Lot, Isaac, Jacob, Ioseph, aliósque eiusdem *Antiq.*
 pietatis sectatores, nunquam non ferociit ac
 deserviuit. Mosi, Samueli, Davidi, Heliæ, Helisæo,
 Micheæ, Isaiæ, Ieremiæ, Danieli verborum Dei
 interpretibus & præconibus, suos obiecit Ianes,
 Mambres, Saüles, Baalistas, Sedechias, Manasses, *2. Tim. 3.*
 Hananias, Magos, & Chaldæos; id est, veris pro-
 phetis, & pastoribus, pseudoprophetas, & lupos *Matth. 7.*
 rapaces: ut cum illi diuinum verbum sererent,
 è contrario isti eradicarent & tollerent. Venit, in-
 quid Christus germanus vineæ hæres, diabolus, & *Luc. 8.*
 auferit verbum de cordibus eorum, ne creden-
 tes salvi fiant.

Sed quid sub aduentum Messiax totius mundi
 vnici reparatoris ac iudicis, in diuina verba scri-
 pta molitus est? Ut Sadducæos & quosdam alios *Matth. 22.*
 Synagogæ desertores ac perfugas, prophetico- *Act. 13.*
 rum librorum aduersarios, missos faciam; illius *Ioseph.*
 instinctu afflatuque, Ecclesiæ Christianæ exordio *Euseb.*
 Simon Magus, ut conscelerata & nefaria com-
 menta sua hominibus suaderet, negauit Prophe-
 tas à Deo missos, aut edocitos fuisse: ideoque nec *Iren. lib. 1. c.*
 admittédos, nec vlo modo curádos. Saturnin⁹ & *20.*
 Basilides ut suos constabilirent errores, prius ora- *Epiph.*
 cula prophetarū partim à quibusdā intelligētiis, *cont. hæref. 21.*
 partim ab ipso cacodæmone inspirata esse & fusa, *Iren. lib. 1. c.*
 a se delusis & fascinatis (eodē authore) persuaserūt. *22. 23.*

EPISTOLA.

Theodore*ret. li.* His successit Cerdō, qui & ipse vniuersam legem
heret. fabul. veterem repudiauit, & prophetis bellum indixit.
Iren. lib. I. Marcion quoque adeō à sanctis patriarchis &
cap. 29. prophetis abhorruit, vt sanctissimos quosque
August. lib. de heres. corum in suis concionibus ac libris veluti incre-
dulos, inferis manciparet: insuper in ipsorum o-
dium Cain, Sodomitas, Ægyptios, Iudam prodi-
torem, aliisque omnibus flagitiis contaminatos,
Tertull. de felices ac beatos prædicaret, atque in cœlos ef-
prese. ferret. Appelles loco veterum prophetarum ha-
beri cupiens, illos contrario sibi spiritu fuisse in-
spicatos, & idcirco vt secum pugnantes reiicien-
dos esse dictabat. Montanus arreptitos, atque
secreta dæmonum virtute exagitatos blasphemaba-
bat, vt pro Spiritu sancto paracleto idem ipse
haberetur. Veteres Gnostici incredibilia porten-
Iren. lib. I. c. ta de Noë, Abraham, Mose, Samuèle, Isaia, Iere-
mia, aliisque sacris vatibus confinxerunt, vt eoru-
34. monumentis nullus fidem haberet. Quis autem
crederet Manichæos tam maledicē & contumeliose de vniuerso patriarcharum choro loquutos
Libris cont. esse, nisi Augustinus sententiae ac opinionis eo-
Faust. Adim. rum aliquando particeps, eadem & scriptis man-
Pælic. dasset, & retudisset? Priscillianistæ, Messaliani,
Secund. Euchytæ, Psalliani, Satanæani, Enthusiastæ,
Nicetas in Marcionis & Manetis furores ad tempus sepul-
Panopl. totos, ex inferis excitarunt & instaurauerunt. To-
& Euthim. tius veteris instrumenti autoritatem & sanctita-
Concil. S. tem non parum imminuit Theodorus Mopsue-
Constant. stiensis, autumnans nihil aperè de Christo,
ac religionis Christianæ mysteriis in eodem con-
tineri. Ut postmodum Bogomilli in oriente, sic

EPISTOLA.

& Albigenses in occidente, contra sacros veteris testamenti libros bellum redintegrates, cosdem de scholis, de disputationibus, de lactris concessionibus, de manibus Christianorum excutere, ac propellere studuerunt. Atque hi sunt (quantum memoria repetere praeterita possum) veteris testamenti aduersarij; hi qui prophetarum gesta, & veterum sanctorum monumenta posteris ad imitandum relicta, penitus sublata voluerunt; hi denique, qui primam & magnam sacrorum Bibliorum partem è medio exturbare conati sunt.

Vtinam, iterum autem vrinam, conceptum virus, furoremque quo in Christianam pietatem exuestuat ille draco magnus & serpens antiquus, cum illorum pseudoprophetarum mortibus deposuisset: vrinam toties contritum caput non extolleret denuò: vrinam istiusmodi venenatis sibilis nullos adhuc inficeret. Verum semper vigilat iste seminator zizaniorum, etiam in vtramque aurem stercentibus seruis patris familias: semper hic lupus rapax Christi insidiatur ouili. Scilicet, conquiesceret ac vacaret iste leo rugiens, aut alias inducias nobis concederet tamen infestus hostis? Verendum potius ne hoc fine seculi solitus de carcere suo, ex tot præsentium hærescon seminibus aliquam tandem pariat, quæ non modò vetus, sed & nouum quoque testamentum omnino spernat & tollat è medio, sicque mundum uniuersum omni religione exuat. Veredum inquam, de priuatus ille spiritus, quo se canonicos libros ab aliis discernere, super senes intelligere iactitant Hu-Gnosti, illis tandem persuas-

Apoc. 12,

Matth. 13.

1 Pet. 5.

Apoc. 20.

EPISTOLA.

deat nulos prorsus esse canonicos. Verendum etiam ne cum execrandis Simonis magi, Gnosticorum, Marcionis, Manichæi, quos renouant, erroribus, & illum denique instaurent, quo sacra Biblia proscrisserunt. Verendum postremò, ne post quatuordecim vtriusque testamenti libros, quos iam partim quasi apocryphos reiacerunt, partim velut incerti authoris & authoritatis suspectos reddiderunt, reliquos omnes à republica Christiana exulare inbeant. Quid quod etiam ex his quos adhuc pro canonicis agnoscere se dicunt, non modò passim dictiones multas, integros versus, sed & aliquot integra capitula (vt vel ex uno Danielis vaticinio liquet) sustulerunt? An non illorum Ministri & propugnatores iniectis passim per totas Gallias flammis in bibliothecas, iam innumera sacrorum Bibliorum exemplaria consumpsérunt? An non ex Hu-Gnostiaca secta cotidie nascuntur Anabaptistæ, Suenckfeldiani, Deistæ, Enthusiastæ, Libertini, Athei, qui uniuersam scripturam irrident & contemnunt? Et quid in sacras literas non auderent, qui nullis patriarchis, nullis prophetis, nullis Apostolis, nullis Euangelistis parcunt? Nemo enim eorum est, cuius integritatem Calvinus non vellicet, nō carpat, nō atrociter criminetur. Proh Deum immortalem! qualibus verborum contumeliis summos patriarchas Abraham & Iacob ob polygamiam vexat? Mosen, ceterosque prophetas negat suis scriptis aut concionibus Deum ante oculos suorum popularism statuis-

*Comment. in
Gen.*

Iue cap. 7.

D. Luce.

EPISTOLA.

se : sed duntaxat tanquam absentem figuris adum-
 braſſe. Christi Præcursorē ſpiritu sancto re- In cap. 3.
Matthei.
 pletum adhuc ex utero matris ſuæ , nonnun-
 quam hallucinatum fuiffe ſcribit. Apostolos & Euan- In cap. 4.5.8.
21. & 27.
 gelistas non raro parum apposite prophetias citaffe , in Matth. & 6.
Luce.
 alienum ſenſum detorſiſſe , parum dextre accommodaſſe , multa ex abrupto in euangeliis poſuiſſe , per ſum-
 mam in ſpiritum sanctum , qui in eis loqueba-
 tur & ſcribebat ; blaſphemiam comminiſcitur.
 Audiui magnæ fidei hominem , olim quidem
 Caluini diſcipulum , nunc verò per Dei gratiam
 & miſericordiam , Ecclesiæ catholicæ obſequen-
 tiſſimum filium , ſub diuini nominis attēſtatione
 conſirmantem , eumdem Caluinum cū publicis
 Genevæ diſputationibus præſeffet , & à quodam
 diſputante ex capite ſexto Io. conſirmati realem
 carniſ in Euchariftia præſentiā fortiter vrgere-
 retur , æquè nefariè atque audačter in hæc ipla verba
 prorupiſſe : Nullis coniecturis adduci poſſum , ut
 credam iſtud totum & integrum quod circum fertur
 Ioannis caput , eſſe reuera ipſius Ioannis Apoſtoli , & po-
 tissimum illa verba , quibus toties inculcatur carniſ man-
 ducatio . Quid incredibile hæc de quibusdam euā-
 gelicis verbiſ ſenſiſſe illū , qui in vniuersum , totū Pref. in I.
ipſum ſacrosanctum euangeliū , ſeminarium litium , fit.
 periculorum materiam . & ſcandalorum occaſionem
 iniuriōſe nimis appellat? Inſuper , & quod dictu
 relatūque etiam horrendum eſt , Christum Dei
 virtutem & ſapientiam , frequenter impropriè loqui-
 tum (ne ſemel blaſphemare plus ſatis eſſet) etiam
 decies , paucisque paginiſ , oculis & animis incul- Harm. in
Matth. 6.
12.13.15. &
20.

EPISTOLA.

cat. Eumdem communis nobiscum ignorantia & cœ-
tatis coarguit, Matth. 21. & 24: & Luc. 2. Rur-
sum, eumdem sua dogmata non solide probare; parum
solide ratiocinari: superiucas colligere illationes: parum
solidas proferre refutationes: vulgo receptis proverbiis ita
viti, ut tantum sint probabiles coniecture, non autem soli-
dæ probationes: verba prophetarum in alienum sensum
deflectere, & quæ impudenter ac nefarie tradit. Præ-
terea, ipsum cœli, terræ, & inferorum creatorem

In cap. 7. 9.
12 & 18.
Matth.

In cap. 4.
Matth.

In cap. 26.
Matth.

In cap. 27.
Matth.

& Dominum, autumat satanæ ludibriis adeò fuisse
obnoxium & subiectum, ut eiusdem oculos facile perstrin-
xerit. Ad hæc, non exhorrescit asserere oratione
Christi fusam in horto oliuarum, non fuisse probè
meditatam, sed impetu doloris extortam: fuisse abruptum
votum, quo rem impossibilem sibi concedi poposcit, fuisse
votum subito elapsum & castigandum, & reuocandum.
Subiicit quoque more omnium heresiarcharum,
in peius proficiens, eumdem angustiæ & doloris ve-
hementia adeò perculsum, ut presentem cœlestis decreti
memoriam perdiderit, nec reputauerit in ipso momento se
hac lege missum esse humani generis redemptorem. Con-
fingit denique ipsum Dominum nostrum, quum
sua morte nos patri suo reconciliaret, reum ad pa-
tris tribunal fisi oportuisse; specieque eidem obiecta, quasi
Deo auero iam esset exitio deuotus, tanto horrore corre-
ptum, ut in desperationis voces erumperet. Hæc sunt
principis Hu-Gnosticorum & Gueuseorum de
Christo legis & prophetarum scopo, nouique te-
stamenti authore, mediatore, & confirmatore te-
stimonia, hæc dogmata, hæc encomia; quibus ad
eius reverentiam & studium nemo potest alluci,
nemo fleti. Hæc nostrorum reformatorum sci-

E P I S T O L A.

licet, de utriusque testamenti conditore testimonia, haec in illud animaduersiones. Num ergo Calvinus se, suosque merito comparat cum Sadduceis prophetarum, & prophetiarum contemporibus? Eant nunc itaque Caluiniani erroris assertores, & se authores sacrorum Bibliorum suspicere & vereri, se propheticam & euangelicam doctrinam seriò profiteri, se Apostolicę religionis instauratores & renouatores esse glorientur. Non nisi flagitiosis spero, & propter varia, multaque crimina sua iam excæcatis, isthac ulterius persuadentur.

*In cap. 10.
Luc.*

Hæc porro προοιμιάζειν, & aliquanto fusius persequi vñsum est, Religiose Decane, ac obseruandi Domini, ut vñā mecum obseruetis, quām implacabili iracundia in sacrum Dei verbum perpetuò furat Satanás, quāmq; acerbo odio in Ecclesiam catholicam nunquam non bacchetur & grassetur: quippe qui hæc duo veluti tyrannidi suæ penitus aduersa, semper labefactata & dissipata, semper conuulsa & ē medio sublata percupiat. Nouit vaferimus veterator verbum Dei non nisi ob Ecclesiæ salutem in terris prædicari, nec eam sine illo posse sartam teatam consistere: iccirco omni ætate, omni tempore, vt iam euiciimus, hos litigiosos ac præfractos homines excitauit, qui utriusque se se infestè & hostiliter opponerent. Necesse est itaque vel nunc maximè, sacris præsidiis animos nostros in diuinorum utriusque testamenti librorum reuerentia, & autoritate aduersus tam perfidorum, infestorumque hostiū fraudes confirmare & munire.

EPISTOLA.

Statuendum ergo omnia illa scripta quæ habentur Ecclesia catholica pro sacris & canonischis recepit, nunquam alio loco habenda esse, quam pro certis viuentis Dei oraculis, quibus perinde nobiscum adhuc idem ipse ac quondam cum Mose, os ad os loqueretur: atque si rursus de celis articulatis vocibus, (ut in Christi bapt. & transfig.) aures nostras personaret. Vniuersa quæ his comprehenduntur, adeò vera & certa, atque constat Deum esse. Quicunque hæc spernunt, non

Numer. 12.

Matth. 3: 17.

1 Thess.

Exod. 4.

Deut. 8.

Isa. 29. 40.
58.

Cap. 1. 3.

Cap. 5.

Cap. 29.

homines, sed Deum spernere: qui credunt & obediunt, vni Deo fidem & animum accommodare. Perge, inquietabat ad Mosen, ego ero in ore tuo, docebóque quid loquaris. Et rursus: Loquere ad Aaronom, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius. Hinc hominis vita dicitur etiam pendere ex omni verbo, quod procedit de ore Dei. Prophetæ non raro suas cōciones & exordiuntur & claudūt his verbis: Hæc dicit Dominus. Isaías vaticinaturus frequenter præmittit: Os Domini loquutum est. Ieremiæ licet adhuc puerulo, dicitur: Ecce dedi verba mea in ore tuo. Item: Si separaueris pretiosum à vili, os meum eris. Ezechiel oblatum sibi volumen à Domino deuorans, audit ab eodem: Wade ad domum Israël, & loqueris verba mea ad eos. Itē, Fili hominis, omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assime in corde tuo, & auribus tuis audi, & vade ad transmigrationē & filios populi tui, & dices eis. Hæc dicit Dominus, &c. Et rursus. Dabo tibi os apertū in medio corū. Ergo cuilibet factorū prophetarum & scriptorū dicamus, quod

EPISTOLA.

vni Heliæ vidua Sareptana: Cognoui quod vir ^{3.} Reg.17.
Dei es tu, & verbū Domini in ore tuo verum est.

Quid, quod & ipse Dei filius sine aduersarios
disputatione refelleret, siue discipulos pro con-
cionibus erudiret, ad prophetarum testimonia il-
los remittebat? Scrutamini (inquit) scripturas. ^{10.5.}
Itē: Moses de me scripsit. Singula legis præcepta ^{Matth.5. &}
celeberrima concione non tantū confirmauit, ^{6.}
sed & explicauit. Sadducæorum errores sumptis ^{Matth.22.}
ex Mose argumentis coarguit: Pharisæos laudum
fuarū obrectatores, Dauidis testimonio compel-
cuit. Satanæ furentes ac violentos impetus legis ^{Matth.4.}
diuinæ verbis repreſſit. Moriētis quartū & poste- ^{Matth.26.}
mum verbum è psalmis fuit. Redituui voces istæ ^{10.19.}
sunt ad discipulos: Necesse fuit impleri omnia ^{Luc.24.}
quæ scripta sunt in lege Mosis, & prophetis, &
psalmis de me. An non ergo magnificiendi sunt
libri veteris testamenti, & nocturna diurnaque
manu versandi, quos ipse Christus impensè com-
mendauit, & toties laudauit?

Apostoli denique, suæ illos quoque doctrinæ
authores & approbatores citayerunt. Euangeliū
(inquit Paulus) antè promiserat Deus per prophe- ^{Rom.1. & 7.}
tas suos. Et de lege ait: Lex itaque sancta, & man-
datum sanctum, & iustum, & bonum. Recensi-
tis aliquot historiis ex veteri testamento, idem ^{1.Cor.10.}
subinfert: Hæc omnia in figura cōtingebant illis:
scripta sunt autē ad correptionem nostram. Pe- ^{Act.1.2.4.}
trus suis ad Iudæos concionibus, nunc Dauidis, ^{1.Pet.2: &}
mox Ioëlis, vaticinia explicat: & in Epistolis ^{secunde.3.}
aliquando Isaiae, aliquando proverbiorum So-
lomonis, aliquoties Mosis, aliás quoque Oseeæ

EPISTOLA.

adsercionibus, sua dogmata confirmat. Iudas breui epistolio, de sex veteris testamenti historiis breuiter strictimque differit. Iacobus in Canonica nunc de Abrahæ, mox de Raab meretricis fide & operibus, continuoq[ue] de Heliæ valentissimis orationibus tractat. Ioannes in Apocalypsi, Davidis, Solomonis, Isaiæ, Ieremiæ, Ezechielis, Danielis propria testimonia verbâque usurpat. Et quid in his sigillatim recensendis diutius immorramur? Nónne libri Ruthæ, quem his commentariis explicamus, quinque postremis versibus Matthæus & Lucas Euangelium suum fôliciter ausplicant?

Itaque & merito & iure commoti, ac zelo zelantes pro Domino exercitum Maiores nostri, quos recensuimus & priscos & recentes hæreticos, qui de diuinorum librorum scriptoribus & authoribus detraxerunt, omni Christianorum cōmunione extores esse pulsosque decreuerunt. Insuper statutis ac commodis temporibus, Mosis, & reliquorum prophetarū scripta publicè in Ecclesia legi & decantari, vñā cum Euangeliis & apostolicis Epistolis constituerunt, vt Christiana pietas à duobus testamentis confirmetur, velut quondam arca à duobus Cherubinis operiebatur; vñāmque circumcisorum patrum, & Christianorum fidem, spem ac religionem esse cunctis sit manifestum. Adhæc, Christi autoritate ac Apostolorum exemplis excitati, non modò libros illos pro concionibus suæ curæ creditis ouibus expoluerunt: sed & conscriptis grauissimis orationibus, & lectissimis Homiliis, eorumdem ar-

Clement.
Rom.lib.2.
Confess.

Apost.cap.61

Exod.25v

EPISTOLA.

cana, & posteris aperuerunt, & de sacris concionandī formam nobis reliquerunt. Extant enim magni illius Adamantij, primi testimonio Hieronymi post Apostolos ecclesiarum magistri, in Pentateuchum 74. homiliæ; in Iesum Naue 26: in Iudicum nouem: in quosdam psalmos, in Cantica, in Isaiam, Ieremiam, Ezechiem, plurimæ: in Iob egregij tractatus: in Matthæum & Lucam homiliae quinque supra septuaginta. De tota Genesi, & omnibus propemodum psalmis, Chrysostomus ad populum disseruit: Iobi patientiam aliquot homiliis explicauit: totum Matthæi & Ioannis euangelium, Apostolorum acta, Pauli variuersas epistolæ aucteo planè eloquentiæ fluamine enarravit. Prætermitto Emisenum, Basiliū, Nazianzenum, Nissenum: similiter Ambrosum, Augustinum, & innumeros orientis & occidentis ecclesiæ Antistites, qui in iisdē studiis & exercitiis ut cum immortali sui nominis commendatione, sic cum innumerabilium animarum salute sunt fœliciter versati.

Horum itaque patrum vestigiis pro viribus insitens, quādo in summa æde vestra superioribus annis concionibus operam nauaturus à vobis Clariss. Domini, vocatus sum, inter aliquos veteris testamēti, Librum quoque Ruthæ magna omnium vestrum, & piorum conciuium frequentia & attentione explicavi: quem nūc quoque fusoribus commentariis expositum, ut vestris & multorum religiosorum viorum piis votis vt cūque satisfaciam, præl^e excusum, in lucem exire passus sum. De huius auctoritate, scriptore seu authore,

E P I S T O L A.

vtilitate, ac partibus, non est quod in præsentia-
rum dicam; de his namque in Prælegomenis abū-
dè differui. Quid verò in his præstiterim, penes
vestrum & piorum lectorum esto iudicium. Vnū
hoc ut modestè, ita verè adfirmare possum, me ni-
mirum nihil eorum quæ ab Hebreis, Græcis, La-
tinis, seu priscis seu recentioribus Theologis de
hoc libro traduntur, & ad rem faciunt, consultò
prætermisſe. Et quia in istiusmodi Scriptioni-
bus, conscientia mihi testimonium reddente
coram Deo, nihil aliud animo propositum est,
quàm diuinæ maiestati, & illius ecclesiæ catholi-
cæ vtilitati deseruire. Momos omnes constanter
& liberè contemno. Comparent sibi quantum
volent, Simonis more, id est, opibus malè partis,
& multa & opima sacerdotia; aurum sitiant, e-
mungant, vnde cunque corradant; ditiones sint
sub paupere Christo, quàm fuerunt sub locuple-
te & fallace diabolo; ecclesia suspireret diuites, quos
mūdus tenuit ante mendicos; plenis fæculis mo-
riantur locupletes, qui quasi pauperes vixerunt;
honoribus perpetuò inhient; præfecturas malis
artibus ambiant, inuadant, occupent; foris Cato-
nes, intus Nerones; Curios simulent, & Baccha-
nalia viuant; à suis moribus abhorrentes oderint,
illudant, persequantur: atque in his nugis hoc tā
breue viuere nostrum pro libidine tranfigat. Nos
placidè finat Deo bene propitio, otium (cuius, nō
minus quàm negotij, rationem extare oportere
Cato in Ori- Cato censuit) in his sacris rebus, & ecclesiæ ob-
ginibus. sequiis consumere.

Istos autem Commentarios tibi in primis Gg-
neroſe

EPISTOLA.

nerose simul ac religiose Decane, dedicare ac offerre visum est, ut his velut quodam publico testimonio declararem, quantum pietati, humanitati, ac beneficentiae tuae me debere sentio. Adolescentem enim & Lutetiam ad theologica studia proficiscentem, ante viginti & tres annos paterno planè animo me complexus, & pecuniis optimi Episcopi D. Caroli de Humieres, (cuius immorta in benedictione est) apud quem pro tua virtute & industria, nihil non poteras, & propriis facultatibus iam tum iuuisti, nec deinceps quoties præsidium tuū implorauui, opem rebus meis ferre intermisisti. Quoties postea siue pro vestibus copiandis, siue pro Theologici certaminis expensis soluēdis, aut denique instruenda optimis quibusque authoribus Bibliotheca ad te confugi, illicè magna benignitate respondisti: Nō sola domus, non sola incensa, sed & arca æterna tibi semper aperta est. Ex ea sume quicquid opus tibi fuerit. Ex quo etiam nostri Baiocensis monasterij curam ac sollicitudinem subire coactus fui, quando cunque pro eius ædificiis instaurandis, curandis infirmis, ac iuuenium studiis promouēdis supplex ad te profugi, idem amplissimum & efficacissimum tuli responsum.

Hugnistica namque persecutione (vt hoc in posterorum gratiam dicā obiter) semel ac iterum idem monasterium direptum fuit. Priore quidem anno Domini 1561. à conciubus & popularibus, tum Calviniano furore correptis. Tunc autem contenti aras Baaliticō, & Turcico more subuertisse, templum sacrum in ludum pilæ palmariæ conuer-



EPISTOLA.

tisse, omnem sacram profanamque suppellec-
tum diripuisse, duas amplissimas bibliothecas Ba-
bylonico more flammis absumpsiisse, à fratribus,
quos propriis aris & focis nudos expellebant, cę-
dibus abstinuerunt. Posteriore autem 1562. à per-
duellibus, qui in Collignij & Bezæ castris milita-
bant. Hac verò ardentioribus furiatum tædis agi-
tati huius à Caluino reformatæ religionis satelli-
tes ac ministri, non modò in fratribus nostrorum,
sed & sacerdotum, & omnium Catholicorū for-
tunas grassati; quinimò & indignissimas maxi-
másque cædes illorum facere iam iam didicerant.
Nota est nobilis adolescentis Dom. N. Hustæ, in-
ter dulcissimos piæ matris suæ amplexus sinuissq;
ab illis eo tempore peracta plusquam Scythica
occisio. Inficiati nunquam poterunt se pauper-
culum, & natura eunuchum (ne scortatorem vt
solent, causificantur) sacerdotem, è sancti Audoë-
ni parœcia, ad primum à ciuitate lapidem, truci-
datum membratim disceplissile, & singulas partes
omni Cannibalica feritate superata, suilla pingue-
dine oblinitas canibus suis deuoradas proiecisse.
Quo igitur pacto Fräiscanis patribus, qui in hæ-
refes illorum vbiique declamabant, pepercissent?
Ex his itaque unum prope sexagenarium, sacer-
dotem & concionatorem optimum, cuius no-
men erat F. Andræas de monte, è fuga in subur-
bana retractu, & innumeris cōtumeliis, iictibus, ac
contusionibus affectum, ad arborem tandem li-
gatus, dispositis circa eum ordine sclopertiis, plu-
rimis bombardarum suarum globis enecarūt, ni-
hil aliud inclamantem nisi, Bone Iesu, miserere

EPYSTOLA.

mei peccatoris. Alter vocabatur F. Petrus Berot,
& ipse sacerdos & verbi Dei præco. Huic in pago
Catilliano sibi obuiam facto, violentissima duorum
ensium impressione os fregerunt: & quasi vni
homunculo vna nō sufficeret mors, aliquot dispropo-
sis in pectus eiusdem sclopotorum globis, piissimum pa-
tré Cyclopica plane barbarie trasuerberarūt. Sed
de his non plura dicam: sunt namque qui singula
illorum facinora in commentarios redacta, breui
in lucem edenda curabunt.

Iniquum ergo arbitratus eorum beneficia silen-
tio reticere, qui mihi in sacro patrum cœnobio re-
staurando suppeditas tulerunt, tuam in primis libe-
ralitatem cōmemorare debui. Alius amplissimas
opes, urbana & rustica prædia tibi à parentibus
relicta miraretur; nepotes quoque & peregrina-
tionibus, & diuitiis, & literis, & quod longè plu-
ris faciendum, virtutibus claros celebraret: adde-
ret forsitan antiquissimum genus, ex illustri Corbi-
nianorum stirpe, totius Galliae Cancellario aliquā-
do celebri, longa patrum serie ductum: sed ego poti-
tius eximium in te candorem animi, in Christiana
pietate aduersus hostes illius tuenda studium, in
factis persoluendis diligentiam, in pauperum sub-
leuandam misericordiam liberalitatem prædicabo: ac
vt in his pietatis operibus benè beatèque ac diu-
viuas deprecabor.

Ingratus etiamnum mihi videbar in sacrum &
amplissimum vestrum collegium, illustres ac ob-
seruandi Domini, nisi vestram in me benevolentiam,
singularem voluntatem, & plurima officia
hoc literario munusculo humiliter salutasssem.

E P I S T O L A.

Etenim si primū grati animi officium recte iudicatur esse, vt illis plurimum tribuamus, à quibus plurimum diligimur, æquum iudicaui ut pro plurimis vestris in me, ac fratres meos meritis, gratias referrem. Aduenientem enim ad vos omni humanitate primū excepistis, vobis cum hactenus commorantem omni officiorum genere prosecuti estis, multis denique & communibus, & priuatis beneficiis deuinxitis. Deum itaque toto pectore oro & obsecro, vt vos omnes sua propter Christum benedictione hic præueniat, & subsequatur usque in finem, tandemque coronet cum electis suis in cœlestibus. Fiat, fiat. Anno à partu virgineo octogesimo secundo, supra millesimum.

I N
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
IC.

INDEX DIGRESSIO-
num, ac locorum communium,
qui in his commentariis
fusius tractantur.

1. **C**ollatio Regum ac Iudicium , qui reipu-
blicæ Israëliticæ præfuerunt. folio. 9.10.
11. & 12.
2. Famis cauſſæ, & plurima incomoda. fol.
15.16.17.18.
3. Officia maritorum in uxores. fol. 32.33.34.
4. Officia piarum uxorum erga viros suos. 34.
35. 36.
5. Officia parentum in liberos. fol. 37. 38. 39.
6. Sepulture iura & varij ritus. fol. 46. 47.
48. 49. 50.
7. Sepultura sacra qui ſint priuandi. fol. 52. 53.
54. 55.
8. Matrimonia fidelium cum infidelibus. fol.
58.59. 60.
9. Matrimonia Catholicorum cum hæreticis,
& apostatis. fol. 61. 62.
10. De Purgatorij dœtrina & fide , precibus
quoque ac oblationibus pro defunctis , inter
Hebræos, Syros, Chaldaeos, Arabes, & Ae-
thiopes. fol. 89.90.91.92. &c.
* * ij

11. Oscularum quis usus inter Hebreos, Christianos, Ethnicos &c. fol. 110.111.112.
12. Ritus admittendi proselytos in Synagoga. fol. 120.121.122.123.
13. Adoratio multiplex; eiusdem ritus externi: & que quibusve tribuenda. fol. 170.171.172.173.
14. De bonorum operum præstantia, necessitate, & meritis. fol. 179.180.181.182.183.
15. De patrum orthodoxorum scriptis, integritate, veritate, & authoritate. fol. 217.218.219.220.221.222.223.224.225.
16. De spectris, ac nocturnis illusionibus Dæmonum. fol. 244.245.246.
17. Discussio legis de suscitando semine fratri absque liberis defuncto, contra Caluini in Dei equitatem blasphemias. fol. 276.277.278.279.280.281.282.



INDEX SCRIPTVRARVM,

quæ præter contextum, in his com-
mentariis passim exponuntur,
librorum & capitum or-
dine seruato.

Ex Genesi.

- Cap. 1. **N** principio creauit Deus celum &
terram. 154.b
- Cap. 2. **T**ulit Deus unam de costis Adæ,
& repleuit carnem pro ea, &c.
239.b
- Adam ex limo terræ formatus. 304.a
- Cap. 3. Faciamus hominem: &, Ecce Adam quasi u-
nus ex nobis. 154. b
- Cap. 4. Nunquid custos fratribus mei sum? 202.a
- Cap. 12. Abraham dixit uxorem suam Saram, suam
sororem esse. 130.b
- Cap. 16. Agar domo Abrahæ expulsa cum filio.
158.b
- Cap. 19. Vxor Lot in statuam salis conuersa. 112.b
- Cap. 21. Visitauit Dominus Saram. 74. a
- Cap. 24. Batuel benedixit Rebeccæ. 202. b
- Cap. 29. Iacob quatuordecim annos seruissit Laban.
160. a
- Cap. 30. Da mihi liberos, alioqui moriar. 299.b
- Cap. 32. Iacob postulauit ab angelo benedici. 202.b

LOCORVM S. SCRIPT.

- | | |
|--|-------------------|
| Cap. 33. <i>Pueri sunt, quos donauit mihi Dominus.</i> | 299. ^b |
| Cap. 35. <i>Rachel in Ephrata sepulta.</i> | 21. ^a |
| Cap. 48. <i>Iacob moriens benedixit suis filiis.</i> | 202. ^b |
| <i>Fili⁹ mei sunt, quos dedit mihi Deus.</i> | 300. ^a |

Ex Exodo.

- | | |
|---|-------------------|
| Cap. 3. <i>Terra fluens melle, vino, lacte, & oleo.</i> | 19. ^a |
| Cap. 4. <i>Obsecro, Domine mitte, quem missurus es.</i> | |
| | 309. ^a |
| <i>Deum adorauerunt seniores Israël.</i> | 170. ^a |
| Cap. 16. <i>Gomor, decima pars Ephi.</i> | 196. ^b |
| Cap. 20. <i>Dominum Deum tuum adorabis.</i> | 170. ^b |
| <i>Honora patrem & matrem.</i> | 80. ^a |
| <i>Non concupisces uxorem proximi tui.</i> | 297. ^a |
| Cap. 21. <i>M̄ses iethronis gregibus annis quadraginta inuigilauit.</i> | 160. ^a |
| Cap. 23. <i>Iurabis per nomen illius.</i> | 125. ^a |
| <i>Peregrino molestus non eris.</i> | 40.a.165.b |

Ex Leuitico.

- | | |
|---|-------------------|
| Cap. 10. <i>Nadab & Abiu igne diuino consumpti.</i> | |
| | 52.b |
| Cap. 13. <i>Leprosi extra castra eiiciebantur.</i> | 52.b |
| Cap. 19. <i>Non iniuste iudicabis.</i> | 288. ^a |

Ex Numeris.

- | | |
|--|------|
| Cap. 16. <i>Dathan, Core, & Abiron à terra viui degluti.</i> | |
| | 52.b |

Ex Deuteronomio.

- | | |
|--|-------------------|
| Cap. 4. <i>Per nomen Dei tui iurabis.</i> | 125. ^a |
| Cap. 5. <i>Non iunges manū tuam cum impio.</i> | 290. ^b |
| Cap. 8. <i>Terra fluens melle, vino, lacte, & oleo.</i> | |
| | 19. ^a |
| Cap. 10. <i>Per nomen Dei tui iurabis.</i> | 125. ^a |
| Cap. 17. <i>Cum federit rex in solio regni sui, describa</i> | |

I N D E X.

- 299.^b
21.^a
202.^b
300.^a
19.^a
116. es.
170.^a
196.^b
170.^b
80.^a
297.^a
draginta
160.^a
125.^a
.a.165.^b
nsumpti.
52.^b
288.^a
ui deglu-
52.^b
125.^a
290.^b
ɔ oleo.
125.^a
describet
- sibi Deuteronomium legis huius in volumine, &c.
145.^b
- Cap. 23. Ammonites & Moabites post decimam generationem non intrabunt in ecclesiam domini in eternum. 56.^b
- Cap. 32. Et sagittas meas complebo in eis. 15.^b
Ego occidam, & vivere faciam. 108.^b
- Cap. 34. & 49. Filii Iacob sichimitas contra fædus, & pæctum interfecerunt. 265.^a
- Ex libro Iosue.
- Cap. 1. Non recedat volumen legis de ore tuo, &c. 145.^b
Ex libro Iudicium.
- Cap. 3. Suscitauit Dominus iudices, qui liberarent populum. 10.^a
- Cap. 11. Iepthe filiam suam vovit, & sacrificauit. 80.^a
265.^b
- Cap. 16. Samson seipsum occidit. 128.^a
Ex primo libro Regum.
- Cap. 2. Non erit senex in domo tua. 63.^b
Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. 108.^b
- Cap. 8. Non te abiecerunt, sed me. 10.^a
- Cap. 11. Saül seipsum occidit. 128.^a
- Cap. 12. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, &c. 206.^b
- Cap. 14. Absalon patrem suum adorauit. 171.^a
- Cap. 24. David maluit pestilentia, quam fame castigari. 15.^b
- Ex tertio libro Regum.
- Cap. II. Salomon septingentas reginas in uxores habuit, & trecentas concubinas. 65.^a
- Cap. 19. Quadringentos & quinquaginta Elias in tor-

LOCORVM S. SCRIPT.

rente Cis on trucidauit pseudoprophetas.

53.^a

Ex quarto libro Regum.

Cap. 4. Seruus tuus vir mens, mortuus est, & venit creditor, &c. 66.^a

Cap. 5. Helisæus rescivuit Gie'li à Naamam Syro accepisse pecunias. 77.^a

Cap. 19. Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter David seruum meum. 24.b. 76.4

Ex libro Iob.

Cap. 1. Iob corruens in terram adorauit. 170.

Cap. 10. Manus tue fecerunt me, &c. 299.b

Cap. 13. Manum tuam longè fac à me. 108.a

Cap. 19. Rursum circundabor pelle mea, &c. 178.a

Cap. 31. si concupiscentia uxoris alienæ obnoxium fuit cor meum. 206.b

Ex libro psalmorum.

Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes. 209.b

Psal. 32. Verbo domini cœli firmati sunt. 154.a

Psal. 16. Propter verba labiorum tuorum custodiuimus vias duras. 107.b

Psal. 38. Obmutui, & non aperui os meum: quoniam tu fecisti. 108.b

Aduena ego sum, & peregrinus apud te, &c. 138.a

Psal. 39. Holocausta pro peccato noluisti, tunc dixi: ecce venio, ut faciam voluntatem tuam, Deus. 134.b

Psal. 41. Fuerunt mihi lacrymae meæ, panes die ac nocte, dum dicitur mihi, ubi est Deus tuus? 78.b

Psal. 43. Propter te mortificamur tota die, estimati sumus, sicut oves occisionis. 107.b

Psal. 49. Cognoscit omnia volatilia cœli. 202.b

Psal. 54. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. 63.b

I N D E X.

- 53.^a
 66.^a
 77.^a
 76.^a
 170.
 299.^b
 108.^a
 178.^a
 m fuit
 206.^b
 209.^b
 154.^a
 iunius
 107.^b
 iam tu
 108.^b
 138.^a
 ec dixi:
 134.^b
 e ac no-
 78.^b
 nati su-
 107.^b
 202.^b
 liabunt
 63.^b
- Psal. 56. In umbra alarum tuarum sperabo, donec trans-
 seat iniquitas. 176.^b
 Psal. 64. Visisti terram, & inebriasti eam, &c. 74.^b
 Psal. 71. Deus, iudicium tuum regi da, & iustitiam
 tuam, filio regis. 309.^a
 Psal. 77. Obliti sunt Deum, qui saluauit eos. 14.^b
 Psal. 79. Ostende faciem tuam, & salui erimus. 309.^a
 Psal. 94. Venite, adoremus: & precidamus ante eum.
 170.^a
 Psal. 98. Adorate scabellum pedum eius. 226.^a
 Psal. 100. Oculi mei ad fideles terræ, ut sedeant mecum.
 160.^b
 Psal. 103. Panis cor hominis confirmat. 190.^b
 Psal. 106. Verbo Domini cœli firmati sunt. 154.^a
 Psal. 112. Qui habitare facit sterilem in domo matrem
 filiorum latantem. 300.^a
 Psal. 115. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum
 eius. 173.^b
 Psal. 126. Nisi Dominus edificauerit, in vanum labora-
 uerunt, &c. a
 Psal. 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
 306.^b
 Psal. 143. A fructu frumenti, vini, & olei. 19.^a
 Psal. 149. Ut faciant in eis iudicium conscriptum.
 309.^b

Ex Proverbiis.

- Cap. 1. Sapientia foris predicit, in plateis dat vocem
 suam. 213.^a
 Cap. 17. Omni tempore diligit qui amicus est, & fra-
 ter in angustijs comprobatur. 204.^a
 Cap. 12. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos

LOCORVM S. SCRIPT.

posuerunt patres tui. 220.b
Cap. 27. *Diligenter agnoscere vultum pecoris tui.* 202.b

Ex Canticō canticorum.

- | | | |
|-----------------|---|-------|
| Cap. 1. | <i>Osculetur me osculo oris tui.</i> | 111.b |
| | <i>Pulcherrima inter mulieres.</i> | 353.b |
| Cap. 3. | <i>Amica mea, soror mea, columba mea,</i> | 135.b |
| | <i>&c.</i> | 136.b |
| Cap. 4. | <i>Surge, propera amica mea, columba mea,</i> | 136.b |
| | <i>&c.</i> | 136.b |
| Cant. 4. | <i>Quām pulcra sunt mammae tue, soror mea,</i> | 136.a |
| | <i>ponsa mea.</i> | 136.a |
| Cap. 5. | <i>Tota pulcra es, amica mea, & macula non est</i> | 136.b |
| | <i>in te.</i> | 136.b |
| Cap. 7. | <i>Pulcra es amica mea, suauis, & decora, sicut</i> | 136.b |
| | <i>Hierusalem.</i> | 136.b |
| | <i>statura tua assimilata est palmae.</i> | 136.a |

Ex libro Sapientiae.

- | | | |
|----------------|---|------|
| Cap. 3. | <i>sanctorum animae in manu Dei sunt, & non</i> | 254. |
| | <i>tangit illos tormentum mortis.</i> | 254. |

Ex Ecclesiastico.

- | | | |
|-----------------|---|-------|
| Cap. 7. | <i>Filiæ tibi sunt? serua corpus earum.</i> | 207.a |
| Cap. 38. | <i>Vnguentarius faciet mixtionem.</i> | 238.a |
| | <i>Ex Isaia.</i> | |
| Cap. 1. | <i>Si rubra fuerint peccata vestra ut coccinum,</i> | 126.b |
| | <i>super niuem dealbabuntur.</i> | 126.b |
| Cap. 11. | <i>Réquieuit super eum spiritus domini.</i> | 135.b |

INDEX.

- In eo gentes sperabunt. 119.^a
Cap. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. 221.^b
Cap. 35. Deus ipse veniet, & saluabit nos. 134.^a
Cap. 40. Omnis caro, fænum, & omnis gloria eius, tanquam flos fæni. 130.^a
Cap. 23. Seruire me fecisti in peccatis tuis. 134.^a
Cap. 49. Eos, qui indicauerunt te, ego iudicabo: & filios tuos ego saluabo. 134.^a
Cap. 54. Lætare sterilis, quæ non paris. 301.^b
Cap. 55. Omnes sicutientes, venite ad aquas, &c. 213.^b
Cap. 58. Dissolue colligationes impietatis, & fasciculos deprimentes. 104.^b
Cum videris nudum, operi eum & carnem tuam ne despixeris. 204.^b

Ex Ieremia.

- Cap. 2. Cognovit Deus Ieremiam. 202.^b
Cap. 7. Filii colligunt ligna, patres succendunt ignem, &c. 58.^b
Cap. 12. Reliqui domum meas, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius. 138.^a
Cap. 16. Ecce ego mittam pescatores multos, dicit Dominus, & pescabuntur multos. 220.^a

Ex Ezechiele.

- Cap. 9. A sanctuario meo incipite. 204.
Cap. 18. In quaunque hora ingenuerit peccator, &c. 126.^{a,b}

LOCORVM S. SCRIPT.

Cap. 44. Hac porta erit clausa, & vir non transiet per
eam, &c. 308.a.b

Ex Daniele.

Cap. 7. Lapis, qui omnia statua metallorum comminuit.
209.b

Ex Osea.

Cap. 2. Sponsabo te mihi in fide. 135.b

Vocabo non plebem meam, plebem meam, &c. 212.a

Cap. 13. Ero mors tua, ô mors. 134.a

Ex Amos.

Cap. 4. Plui super unam ciuitatem, & super alteram
ciuitatem non plui. 20.a

Ex Michæa.

Cap. 5. Egressus à diebus eternitatis. 133.b

Cap. 7. Iram Domini portabo, quia peccavi ei. 131.b

Ex Aggæo.

Cap. 1. Seminasti multū, & intulisti parū, &c. 197.a

Ex 2.lib. Machabæorum.

Cap. 15. Onias orabat pro populo & ciuitate. 204.a

Ex Matthæo.

Cap. 1. Booꝝ genuit Obed ex Ruth. 3.a

Cap. 2. Ex te enim exierit, qui regat populum meum Is-
raël. 135.a

Magi adorauerunt Christum in præsepe. 227. a.b

Cap. 3. Appropinquauit regnum cœlorum. 212.b

Genimina visperarum. 58.b

Cap. 4. Non de solo pane vivit homo. 75.a

Cap. 5. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. 213.b

Cap. 6. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
74.b. & 97.a

Estate misericordes, sicut pater uester caelestis misericors
est. 164.b

Cap
Vi
A
Cap
Dor
Cap
illiss
Et c
Cap
instru
Qu
Cap
omni
Cap
Qui co
Cap
tuo?
Cap
meu
Port
Cap
Cap
b.25
Cap
Cap
Cap
duca
Quot
congr
Cap
Cap
135.b

I N D E X.

- Cap.7. Fundata supra firmam petram. 85.a
Vinum non mittendum in utres veteres. 103.a
Arbor bona non potest malos fructus facere. 179.a
Cap.8. Centurio habebat scrum. 160.a
Domine, nō sum dignus, ut intres sub tectū meū. 227.b
Cap.9. Non possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus. 136.a
Et cum vidisset tibicines. 45.a
Cap.10. Qui receperit iustum in nomine iusti, mercede iusti recipiet. 166.a
Qui perseverauerit usque in finem, saluus erit. 125.a
Cap.11. Ficui maledixit Christus, & aruit. 15.b
Omnia, quæcumque pater habet, ego habeo. 135.b
Cap.12. Facite arborem bonam, &c. 1116.b
Qui corpus occidunt, animam necare non possunt. 25.a
Cap.13. Domine, nōnne bonum semen seminasti in agro tuo? 214.a
Cap.16. Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in celis. 177.b
Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. 218.a
Cap.18. Qui se humiliat, exaltabitur. 168.b
Cap.19. Quod Deus coniunxit, homo non separat. 48.
b. 295.b
Cap.20. Ite & vos in vineam meam. 213.a
Cap.22. Nestio vos. 228.a
Cap.23. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister uester? 163.b
Quoties volui vos congregare, quemadmodum gallina congregat pullos suos, &c. 177.a
Cap.25. Exierunt obuiam sponsō. 136.a
Cap.28. Data est mihi potestas in celo, & in terra.
135.b. 209.b

LOCORVM S. SCRIPT.

Ite, prædicate, euangelium omni creature, baptizantes eos,

&c. 102. a. 137. b.

Vobis sum usque ad consummationem seculi. 218. b

Ex Marco.

Cap. 2. *Cum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait
paralytico, Fili dimittuntur tibi, &c.* 229. a

Ex Luca.

Cap. 1. *Filius altissimi vocabitur.* 210. a

Per viscera misericordiae sue visitauit nos. 213. a.

Cap. 5. *Tota nocte laborantes, nihil capiebant, &c.* 197. a

Cap. 6. *Fundata supra firmam petram.* 85. a

Cap. 9. *Si quis vult venire post me, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam.* 120. a

Cap. 10. *Neminem in via salutaueritis.* 155. b

Pax huic domui. 155. a

Qui vos recipit, me recipit. 173. b

Omnia mihi tradita sunt à patre meo. 210. b

Cap. 11. *Regnum Dei intra vos est.* 212. b

Cap. 14. *Compellite intrare.* 83. a. 213. a

Cap. 16. *Internos & vos chaos magnum firmatum est.* 228. a

Stulte, hac nocte repetunt animam tuam à te, quæ autem congregasti, cuius erunt? 44. a

Cap. 22. *Rogavi pro te, vt non deficiat fides tua.* 218. a.
125. b

Cap. 24. *Pax vobis.* 155. a

Ego sum, nolite timere. 212. b

Ex Ioanne.

Cap. 1.

Et non

309. a

Cap. 2.

Cap. 3.

cem.

Cap. 6.

misi,

Durus

Cap. 7.

Cap. 8.

309. a

Cap. 10.

Oues m

Fiet v

Cap. 12.

eum?

Cap. 13.

Cap. 14.

vobis,

Cap. 15.

Vi eat

neat.

Cap. 19.

uit dif

Cap. 20.

Dom

Quoru

263. a

INDEX.

Ex Ioanne.

- Cap.1.** Verbum caro factum est. 210.a
Et non negauit, confessus est, quia non esset Christus.
 309.a
- Cap.2.** Christus affuit nuptijs. 232.a
- Cap.3.** Dilexerunt homines tenebras magis, quam lucem. 267.b
- Cap.6.** Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui me misit, traxerit eum. 177.a.b
Durus est hic sermo. 112.b
- Cap.7.** Fratres Iesu. 133.b
- Cap.8.** Abraham vidit diem meum, & gauisus est. 309.a.b
- Cap.10.** Ego cognosco oves meas. 202.b
Oves meae vocem meam audiunt. 218.a
Fiet unum ouile, & unus pastor. 229.a
- Cap.12.** Quis est fidelis dispensator, & ego laudabo eum? 172.b
- Cap.13.** Pater dedit mihi omnia. 135.b
- Cap.14.** Rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in eternum, &c. 218.b
- Cap.15.** Sime me nihil potestis. 183.b
Ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. 218.a
- Cap.19.** Christus in cruce suam matrem commendauit discipulo. 80.a
- Cap.20.** Ego sum, nolite timere. 212.a
Dominus meus, & Deus meus. 226.b
Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, &c.
 263.a * * *

LOCORVM S. SCRIPT.

Ex actibus Apostolorum.

- Cap.3. Ananias & Saphyra mortui ad pedes D. Petri cederunt. 77.^a
 Cap.8. Pecunia tua sit tecum in perditionem. 54.^b
 Cap.18. Paulus erat scenofactoria artis. 199.^b
 Cap.21. Philippi quatuor filiae prophetisse. 297.^a

Ex Epistola ad Romanos.

- Cap.1. Fides vestra annunciata est in uniuerso mundo. 140.^b
 Cap.2. Deus reddet unicuique secundum opera eius. 183.^b
 Cap.3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. 214.^a
 Cap.5. Per unius peccatum mors in omnes pertransiit. 42.^b
 Gratia Dei, vita eterna in Christo Iesu Domino nostris. 183.^b
 Cap.7. Ego carnalis sum, ventundatus sub peccatis. 308.^b
 Cap.8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. 20.^a
 Cap.9. Jacob dilexi, Esau verò odio habui. 119.^a
 Cap.11. Reliquæ Israël saluæ fient. 229.^a
 Cap.13. Non est potestas, nisi à Deo, qui potestati resistit, &c. 188.^a
 Cap.15. Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, &c. 4.

Ex Epist. 1. ad Corinthios.

- Cap.3. Nec qui plantat, nec qui rigat, aliquid efficiunt.

I N D E X.

Ecc.

- | | |
|---|-------|
| Cap. 7. <i>Nolite fraudare inuicem.</i> | 197.4 |
| Cap. 11. <i>Probet seipsum homo, & de illo pane edat, &c.</i> | 33.b |
| 227.a | |
| <i>Non diuidicans corpus domini.</i> | 226.a |
| Cap. 13. <i>Charitas non querit quæ sua sunt.</i> | 106.b |
| <i>Si tradidero corpus meum, ut ardeam.</i> | 215.b |

Ex Epistola posteriore ad Corinth.

- | | |
|---|-------|
| Cap. 5. <i>Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à do-</i> | |
| <i>mino.</i> | 138.a |

Ex Epist. ad Ephesios.

- | | |
|--|-------|
| Cap. 2. <i>Lapis angularis faciens utraque unum.</i> | 119.a |
| Cap. 5. <i>Mundans eam lauacro aquæ in verbo vite.</i> | |
| 136.b | |
| <i>Viri, diligite uxores vestras.</i> | 34.a |

Ex Epist. ad Philippenses.

- | | |
|---|-------|
| Cap. 1. <i>Vobis datum est pro Christo, non solum ut cre-</i> | |
| <i>datis in eum, verum etiam, ut patiamini pro eo.</i> | 177.b |
| Cap. 2. <i>Omne genu flectatur, celestium, terrestrium, &</i> | |
| <i>infernorum.</i> | 227.a |
| Cap. 4. <i>Quorum Deus, venter est.</i> | 194.b |

Ex Epistola ad Colossenses.

- | | |
|--|-------|
| Cap. 2. <i>Habitat in eo omnis plenitudo divinitatis, etiæ</i> | |
| <i>corporaliter.</i> | 135.b |

Ex Epistola priore ad Thess.

- | | |
|--|-------|
| Cap. 5. <i>Qui ebry sunt, nocte ebry sunt.</i> | 267.b |
| *** | ij |

LOCORVM S. SCRIPT.

Ex Epist. priore ad Tim.

- Cap. 2. saluabitur mulier per filiorum generationem.
303.^b
- Cap. 3. Columna, & firmamentum veritatis. 136.^b

Ex Epistola posteriori ad Tim.

- Cap. 2. Horum sermo serpit, ut cancer. 27.^b

Ex Epistola ad Titum.

- Cap. 2. Vetus doceant adolescentulas, &c. 206.^b

Ex Epistola ad Hebraeos.

- Cap. 1. Et adorent eum omnes angeli. 226.^b
- Cap. II. Fide obtulit Abel sacrificium pacificum, &c.
93.^b

Ex Epistola Iacobi.

- Cap. 5. Multum valet oratio iusti a sidua. 24.^a

Ex Epistola priore D. Pettii.

- Cap. 1. spiritu sancto inspirati locuti sunt omnes sancti Dei homines. 180.^b

- Cap. 4. Tempus est, ut incipiat iudicium à domo Dei.
20.^a

I N D E X.

Ex Epist. i. D. Ioannis.

Cap. 2. Exierunt ex nobis, quia non erant ex nobis. 113. b

Ex Apocalypsi.

Cap. 1. Sponsus lauit eam ab omni macula. 136. b

Cap. 7. Hi sunt, qui venerunt de magna tribulacione.
68. b

Cap. 20. Libri aperti sunt. 268. a

Cap. 31. Ego Iohannes vidi à Deo paratam, sicut sponsam
ornatam viro suo. 239. a

Ego sicut dabo de fonte aquae vita gratis. 213. b

F I N I S.

Errata sic corrigito. a. primam, b. secundam
paginam indicat.

Folio 12 b. in margine cap. 48. fol. 14 a. linea. 14. & tripli. l. 15.
ābōta fol. 25 a. in marg. Matth. 22. fol. 25. b. cognatos dereliquit.
fol. 28 b. linea. 12. ibidēm q. fol. 34. b. linea. 26. uxorij amoris. fol. 35.
b. lin. 6. ἐν χρ. lin. 7. πατέρων fol. 39. b. l. 25. protraherant. f. 40. a.
l. 20. ceperant. l. 9. comendanti. l. 30. compensanti. fol. 41. a. lin. 14.
eīor lin. ult. eīor. fol. 48. b. ex margine dele. lib. 2. memorabilium. fol.
49 b. lin. 8. ξυράθεοίς. fol. 54 b. lin. 3. Nono. linea. 5. decernunt.
fol. 55. a. H. namque lud. fol. 63. a. l. 7. οὐαύτη. fol. 73. a. l. 27. πύρ.
fol. 81. a. l. 12. nūrus eius fol. 87. b. l. 12. Stult. fol. 88. b. l. ultima. cō-
mittat) fol. 91. a. l. 1. Thēoūth. fol. 102. b. lin. 20. Neophytes. fo. 103.
a. lin. 11. discedere. fol. 105. b. lin. 22. Hec enim. fol. 108. b. lin. 26.
argumentum. fol. 112. a. l. 9. officy. fol. 118. a. l. 27. leana. fol. 126. b. l.
23. dele alterum. dixit. fol. 127. a. l. 22. V. fol. 132. a. l. 9. Metanæ.
fol. 133. a. lin. 10. falce. fol. 137. b. l. 2. perdidisse. l. 13. creature. l. 23. ab-
horret. fol. 140. a. l. 25. incēdibili. fol. 143. a. l. 14. Timotheum. fol.
143. b. l. 20. magistratu. fol. 152. a. l. 27. Areopagitas. f. 154. b. l. 14.
reapfe. fol. 161. b. δέλη. Ibidem τύχη. fol. 164. a. l. 2. aguntur. fol.
165. a. l. 11. Infāustissimum. fol. 167. b. lin. 10. δύσκια. fol. 168. a. lin.
9. exaggerant. lin. 29. cognouissent. fol. 169. a. lin. 19. Orpheus. fol.
170. a. lin. 2. fol. 173. b. lin. 23. me suscipit. fol. 179. b. lin. 11. & 12.
ut libellum ederet. fol. 184. a. lin. 17. subsequentis fol. 188. b. lin. 17.
suauitate fol. 193. b. in margine. 1. Reg. 2. fol. 201. b. lin. 13. quem
attulerat. lin. 22. Cincinnati. fol. 206. a. lin. 3. in contextu. fol.
208. a. lin. 1. decreto. fol. 218. lin. 14. eritu populis. fol. 227. a. lin. 5.
precipit. lin. 10. contemnentes. fol. 228. a. lin. 28. uniuersali. fol. 238.
b. in margine. Gen. 24. fol. 239. a. lin. 16. φιλέκοσμον. fol. 244. b. lin.
13. attractione. fol. 245. b. lin. 27. Hamadryades. fol. 247. a. lin.
26. Christianorum sacerorum. b. lin. 29. finem non nouerunt. fol. 255.
ab hoc ad finem usque calcographorum ostentatio numeri filiorum
sunt immutati. Sequenti enim affigere debuerunt. 256. 257. & sic
deinceps. Numerum ab illis signaturi nunc sequi cogimur. 262. b. lin.
26. puri grani. fol. 265. a. in margine. Valerius lib. 9. fol. 276. b. lin.
13. proponenda. fol. 283. b. lin. 21. offerrent. f. 298. b. in marg. versu. f.
299. a. l. 11. præmio. f. 305. b. l. 1. Erythrei. f. 295. b. lin. 6. leana.
f. 301. b. l. 16. parvulus. fol. 311. b. lin. 7. metonymia. f. 313. a. li-
nea. 2. insigniorum.

H
impr
ante
arden
tariis
storia
præt
& di
cus fe
mulc
tur, d
per F

SVMMA PRIVILEGII.

HEnrici III. Galliarum & Poloniæ Regis pri-
uilegio sancitum est, ne quis Typographus
imprimere, neu quis Bibliopola diuēdere audeat
ante decennium Librum Ruth , F. Francisci Feu-
ardentij ordinis Minorum, Parisiensis Theologi, commen-
tarij explicatum: quibus ea copioſe traduntur, quæ ad hi-
storiam fideique Christianæ, ac morum rationem pertinēt:
præter Sebastianum Nieuellum, cuius impensis
& diligentia accuratissimè impressus est. Qui se-
cūs fecerit, libris & pœna in sanctione æstimata
mulctabitur, ut fusius regio diplomate contine-
tur, dato Parisiis 24. Mart. anno 1579. subsignato
per Regem.

BRVLART.

*Impressum autem est hoc opus xy . Kal. Jun.
anno Christi M . D . lxxxij .*

卷之三

partib
primo
pronū
ex Cor
neque
sensu s
contro
mus. Si
leato,
Africat
gustinu
tius pri



PROLEGOG MENA IN LIBRVM

D. RUTH.



D maiorem totius huius historiæ elucidatione initio scire nō parū proderit, Quis eius Quatuor
quaſtiones
huius librū
initio diſſol-
uendæ. fuerit authoꝝ ſeu ſcriptor. Deinde, canonica ſit, an apo- crypha. Postea, quæ ſit illius vtilitas & vſus. Denique, quot

partibus absoluatur. Atque ut de authore, quem primo loco inquirimus, nō festinanter aut temere Prima; pronūtiemus, neque ex aliis Scripturis ſacris, neq;
ex Conciliorū, Pontificumve noſtrorum decretis,
neque ex Patrum orthodoxorum vnianimi conſenſu ſatis luculenter appetet, cui extra omnem controuersiam hanꝝ historiam adſcribere debeamus. Siquidem nec Hieronymus in Prologo ga- leato, nec Ruffinus in Symbolum, nec Iunilius Africanus lib. de partibus diuinæ legis, nec Au- gustinus lib. 2. de doct. Christiana, nec Innocen- tius primus Epift. ad Exuperium, nec Athanasius

A

PROLEGOMENA

in Synopsi, nec Epiphanius lib. de mēsutis & pō-
detibus, nec Origenes comment. in ps. 1. nec Me-
lito Sardensis Epist. ad Onesimum, qui omnes in-
ter Latinos & Græcos diuinorum librorum ca-
talogs contexuerunt, huiusc historiæ certum
authorem aut scriptorem definiuerunt.

Euseb. lib. 4.
hijt cap. 25.

De authore
huius libri
Patrum sen-
tentiae.

Sunt verò hac dere tres diuersæ Patrum sen-
tentiae. Prima est Petri cognomento Comestoris,
qui existimat piissimum regem Ezeiam, post sa-
nitatem receptam, & victoriam de Chaldæis mi-
raculo partam, animum adiecisse, ut sparsas nullo
ordine Iudicum, Ruthæ, superiorum Regum, &
aliorum quoruindam historias, in unum volumen
colligeret, atque collectas Synagogæ, id est, vere-
xi Ecclesiæ, probadas tradidisse. Sed quia nulla au-
thoritate id probat, bullaque ratione persuaderet,
eadem facilitate contemnitur, qua probatur.

Secunda sententia est eorum, qui putant Esdrā,
Iudicum, & Ruthæ historiam, sibi aut traditione
maiorum, aut sancti Spiritus diuino afflatu instrin-
ctuque notam, tum primum scriptis tradidisse,
cum post captiuitatem Babyloniam totius vete-
ris instrumenti libros, à Chaldæis concrematos,
diuino ac planè Prophetico spiritu renouaret at-
que instauraret. Hebræi quippe nihil dubitant
eum facere primi psalmi authorem, & reliquo
rum omnium collectorem: quibus ex nostris fa-
cile subscribunt Athanasius, Hilarius, Theodore-
tus, Isidorus. His adiicit Irenæus martyr Esdræ sa-
cerdoti Dominum inspirasse, præteriorum Pro-
phetarum omnes rememorare sermones, & resti-
tuere populo eam legē, qua per Mosen data fuc-

Lib. 3. cap. 25.

rat. Te
tum I
Hanc
secund
Quin
nomini
dat An
afflata
incensa
dragin
quatuor
dumta
Ruthæ
magis j
esse, qu
veteris
esse rest

Tert
Hebræ
træ: dei
amplex
do, Sixt
plures.
qui vigi
vniuersi
ne Iudic
que Sau
ratéque
Ruthæ a
muélite
toré pru
illorum,

rat. Tertullianus quoque scribit, omne instrumē-
tum Iudaicæ literaturæ per Esdram restauratum. *Lib. de habitu
muliebri.*
Hanc ob rem Isidorus Hispalensis eum appellat
secundum post Mosen, Iudæorum legislatorem.
Quin & libro quarto, cap. 2. & 14. eiusdem Esdræ
nomine vulgato, quæ frequenter & impensè lau-
dat Ambrosius, diffusè satis recēsetur, quo pacto
afflāte sacro Spiritu, Esdras vniuersam legē antea
incensam, quinque expeditissimis scribis, per qua-
draginta dies dictauerit, & in libros ducentos &
quatuor digesserit, quorum cētum & viginti sex
dumtaxat euulgauerit. Ex his autem libellum D.
Ruthæ vnum esse nullus negat. Verūm, hæc non
magis probant ipsum huius historiæ authorem
esse, quam Geneseos, Exodi, aut aliorum librorum
veteris testamenti: sed tantummodo eum eiusdē
esse restitutorem denotant.

Tertiam de authore sentētiā (quæ est veterū
Hebræorum in Talmude, capite primo Baba Ba-
træ: deinde S. Isidori, lib. de Ecclesiast. off. cap. 11.)
amplexātur omnes recētores Theologi, vt Drie-
do, Sixtus Senensis, Georgius Ederus, & alij com-
plures. Docēt enim sanctū Samuēl Prophetam,
qui viginti & sex annos Synagogæ præfuit, &
vniuersum Israēlem iudicauit, diuina inspiratio-
ne Iudicū qui ante eum obierāt, res gestas, simūl-
que Saulis, & Dauidis pro parte, diligenter accu-
ratéque perscripsisse. Constat autem historiæ D.
Ruthæ acta temporibus Iudicum contigisse; Sa-
muēl itaque scribā, & ierū à se gestarum explicá-
torē prudentē, leuerū, & graue habuit. Commēta
illorum, qui putant Rutham ipsam suæ historiæ

*Lib. de vita &
obitu sanct.*

*Lib. de bono
mortis: lib. 2.
in Lucan: Ep.
Epist. ad Ho-
rontianum.*

PROLOGOMENA

Letiem scriptis mandasse, ideo quod libellus eiusdem nomenclaturam præse ferat, & liber Ruth vocetur, delebit dies. Nam neque Judith, neque Esther suorum codicū auctrices habentur, tametsi earum nominibus nuncupentur. Vocatur autem liber Ruth, scribit in Synopli magnus Athanalius, propterea quod historiam de Ruth solam complectitur. Id est: de eius gēte, nuptiis, viduitate, cōuerione, fide, exercitiis, in populum Dei cooptatione, & Messiae proauis ex eadem natis maximè in illo differatur.

Secunda que-
stio.

Distinct. 15.
cap. Sancta
Rom. Eccl.
Lib. 15. de
Civit. c. 23.

Porrò, isthac videntur ipso statim principio lōgē difficiliorem & grauiorem reddere secundam quæstionē: quæ est, Canonicus ne sit hic liber, an Apocryphus? Nā glossa in Decret. Distinct. 16. cap. Canones, scripta ea vocat Apocrypha, quæ non habent certum authorem. Sanctus quoque Pontifex Gelasius scribit multa non legi in Ecclesia Romana, quia eorum qui scripsere, nomina penitus ignorentur. Et Augustinus, ea censet Apocrypha, quorum occulta origo non claruit patribus. Ergo cùm de Ruthæ libelli authore ambigatur inter pretissimos, aliquis forsan in classem Apocryphon illum reiiceret. Verū, si hac ratione pertinacito agendum sit, potior pars sacrorum librorum ex abo Canonicorū delenda & expungēda erit. Quādoquidē de Iobi, Iosue, Regum, Paralipomeno, Thobiae, Judith, Esther, &c. scriptoribus, non evna & cōstans Patruin sententia. Psalmorū omniū Daudem authorē contēdit Augustinus, 17. de C. feb. Hiero, in Catalog. & Epi. ad Dard. Cyprianū, eos qui id opinantur, errare probat. Ne

Vide post Epi.
feb. Hiero, in
Catalog. &
Epi. ad Dard.

Daudem authorē contēdit Augustinus, 17. de C.

uit. cap. 14. contrā verō, Hieronymus Epistola a

Cyprianū, eos qui id opinantur, errare probat. Ne

mo nescit quanta fuerit inter veteres de authore
Epistolæ ad Hebræos, quarumdam Canonicarū,
& Apocalypseos, controuersia. Hæc autem
vniuersa volumina ut sacrosancta & diuina ver-
ba, de quibus ambigere nulli licet, in Canonico-
rū ordinem iamdudum cooptata sunt. Nō est ita-
que omnino necessariū ut liber Canonicus, & di-
uinæ authoritatis ad fidei nostræ regulas confir-
madas habeatur, Scriptorē cognitum & exploratū
perinde semper habeat: sed cuilibet vere pio & or-
thodoxo satis esse debet, quod cōmuni totius Ec-
clesiæ vsu, & cœcumenici Cōcilij indicio receptus
& probatus sit, succedētiūque sibi iuicē per to-
tū orbem pastorū Ecclesiasticorū publicis suffras-
giis confirmatus, & diligētia conseruatus, pōsteris-
que traditus. His etenim regulis Eusebius, & Au-
gustinus discernūt Canonicos libros ab Apocry-
phis. At perspicuū est, cōstātque inter omnes tum
Christianos, tum etiā Iudæos, libellū Ruthæ inter
Constat hunc
Sacras, Canonicas, & indubitate fidei scripturas lib. esse Cano-
perpetuò connumeratū fuisse. Nam D. Matthæus
nicum.
Matth. 1.

postremā huius sententiā Euangelio suo inseruit,
Seruatoris nostri generationē explicans. Booz (in-
quiēs) genuit Obed ex Ruth, Obed genuit Iesse,
Iesse genuit Dauid. Canon octogesimus quartus
Apostolorū inter venerādos ac sacros codices hūc
nominatim collocat. Conciliū Laodicenū tēpore
Liberi; Papæ t. circa annū do. 364. celebratū, & à
sexta vniuersali Synodo confirmatum, hunc inter
Canonicas scripturas recenset, cap. 59. Decretorū.
Concilium Carthaginense quartum anno 417.
conuocatum, cui subscriptus Augustinus; de-

PROLOGOMENA

mūmque Florentinum, anno 1439. & Tridentinum, idem præstiterunt. His consentiunt paulò superius nominati Patres, qui diuinorū ac sacrorum voluminum ordinem recēsuerunt: cum quibus non sapere, planè desipere esset.

Synagogæ Iudaicæ nihil ab his dissentit: quoniā siue viginti duos libros Canonicos veteris instrumenti, iuxta numerū viginti duarū literarū sui Hebrei alphabeti enumerat, cū Iosepho & Philone; siue viginti quatuor, propter Iod tertio repetitum, ex sententia Aben Ezrae, & Rabbi Dauidis Kimchi; siue postremo, viginti septē iuxta totidē characteres Hebraicarū literarū (quinque enim finales, biformes sunt;) semper libellū Ruthē Canonicis & diuinis ascribunt. Extant quoque variorū Rabbinorum commentaria; simūlque Thargū seu Paraphrasis Chaldaica, quæ etiam Syriaca dicitur, in eamde historiā. Hæc adeo firma, stabilia, & fixa sunt, ut (quantū memoria repetere valo) nullus vñquā hæreticorū (bis déptis qui totū vetus testamētū penitus reiecerū) illis refragari, & libellū hunc in dubitationē adducere ausus sit.

Soluetur autē quæstiō principio adducta, si distinctionē Domini Hugonis à fæcto Victore admiseris. Is enim Cōmentariis in Job, recte & peritè scribit Apocryphum duobus modis dici. Primo, quādo author ignotus est aut incertus; sicque nō opponitur Canonicō: quoniā, vt iam euicim⁹, multi factorū Bibliorū libri in Canone ab omnibus recipiūtur, quorū Scriptores latēt. Tūc Apocryphū iuxta nominis etymō, Scriptū dicitur ab scōditum, latēs, occultū, quantum ad Scriptorem attinet: licet Ecclesia cōstanter credat præcipuum

*Apocryphum
bisariā quid
disci potest.*

eius
do &
scōdi
ritati
sunt
Dei p
que fi
goriu
perua
ctus f
scribē
inspir
nos ei
ceptis
mo fu
profe
cognō
sa fuer
imus, e
quid d
que ol
tim de
rumdā
res, vt
thorun
culmen
hacten

Vtih
inquire
ri. Hic
mus: r
declarata

eius authorem fuisse Spiritū sanctū. Secūdo modo & propriè, Apocryphū dicitur illud, quod absconditæ, occultæque, ac incertæ & dubiæ authoritatis est: quoniam nec sciuerūt, nec decernere ausi sunt Patres, an Scriptoribus huiusmodi Spiritus Dei perpetuò dū scribebent, affulserit. De hoc ita-
Prefat. in
tob. cap. 1.
 que libello non iniuria idem dixerim, quod Gre-
 gorius magnus de libro Job. Quis scripsit, su-
 peruacuè quæritur, cùm author libri Spiritus sanctus fideliter credatur. Ipse hæc scripsit, qui hæc scribēda dictauit. Ipse scripsit, qui & illius operis inspirator extitit: & per scribētis voce imitāda ad nos eius facta trāsmisit. Si magni cuiusdā viri suscep-
 tis Epistolis legeremus verba, eaq; quo calamo fuissent scripta anxiè quæreremus ridiculum profectō esset, si nō auctore, & Epistolarū sensum cognoscere: sed quali calamo earū verba impres-
 sa fuerint, indagaremus. Cū ergo rem cognoscimus, eiūsq; rei auctore Spiritū sanctum tenemus, quid de calamo anxiè perscrutamur? Omni quo-
 que obseruatione dignū æstimo, quod nomina-
 tim de hoc libello scripsit Iunili⁹ Africanus. Quo-
Lib. 1. de par-
tibus diuina
legis, cap. 2.
 rumdā librорū, inquit, penitus ignorātur autho-
 res, vt Iudicum & Ruth; vt alij diuini libri nō au-
 thorum merito, sed Spiritus sancti gratia tantum
 culmen authoritatis obtinuisse noscantur. Atque haec tenus de secunda quæstione.

denti-
 paulò
 sacro-
 m qui-
 it: quo-
 eris in-
 arū sui
 Philo-
 bō repe-
 Davidis
 totidē
 enim fi-
 e Cano-
 e vario-
 e Thar-
 Syriaca
 , stabi-
 cere va-
 qui totū
 fragari,
 usus sit.
 ta, si di-
 tore ad-
 cē & pe-
 duci. Pri-
 s; sicquē
 euicim⁹,
 omni-
 ūc Apo-
 citur ab-
 iptorem
 cipuum

Vtilitas porrò huius libelli de qua tertio loco inquirebamus, tāta est, vt paucis nō possit explicari. Hic quædā tantū præcipua eius capita signabimus: reliqua suis locis opportunius ac cōmodi declarabūtur. Cū enim diuinit⁹ inspirat⁹ sit, vtilis
Huius libri
amplissima u-
tilitas.
2. Timot 3.

PROLOGOMENA

Rom. 15. est(iuxta Apostolum)ad docendum, ad redargendum, ad corripiendū, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, & ad omne opus bonum instructus. Quæcūque igitur in eo scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt: vt per patientiam & cōsolationem scripturarum spem habeamus. Docet autem certam & indubiam esse Messiæ, id est, Christi seruatoris & iudicis totius mundi generationē ex semine Abrahæ, Isaac, Iacob, Iesse, Dauid, &c. secundū testamentū, quod Deus cum illis olim pepigerat: quod veluti totius scripturarē scopū, ac religionis & salutis nostræ fundamentum, necesse erat perspicuum esse ac immobile. Afferēda siquidem & vindicāda erat veritas ac consummatio diuinarū promissionū: simūlque refellenda & coarguenda mendacia Simonis magi, Iudæ Galilæi, Menandri, Bar-Cozbæ, & aliorum pseudo Chri-

Gen. 3, 15. 22. storum, qui sc̄e pro Saluatore non erubuerūt obtrudere. Solus enim Iesus Nazarenus Dei, & Mariæ virginis filius, semē est benedictū ab initio promissum, conterēs serpentis caput. Solus est in quo benedicūtur omnes gentes. Solus est qui factus ex semine Dauid, Isai, Obed, Boozi & Ruthæ, tulit peccata mūdi. Illi nebulones, nefarij, impostores, furēsque fuerunt improbissimi & latrones.

Rom. 1.

Io. 1.

Io. 10.

Præterea, ostendit hæc historia Christum, & omnia beneficia per eum hominibus data, non ad solos secundum carnem Israélitas, gentēmque recutitam pertinere: sed & ad omnes eos qui fide, spe, & charitate Euangelium eius amplexarentur. Iudæi sint aut Barbari, Græci aut Scythæ, Romani aut Æthiopes, Galli aut Germani, nihil refert;

non
sed i
acce
inter
inter
inter
tham
cisas
semp
rum,

De
idole
proa
ritur
tibus
pias
phyla
genti
traria
chron
Dei, E
res de
nobis
qui co
clesia
super
exemp
dæori
cidan
macul

Hi
stra, e

non est enim acceptio personarum apud Deum; Act. 10.
 sed in omni genere, qui timet eum, & facit iustitiam,
 acceptus est illi. Velint nolint Iudei, Melchisedec
 inter Chananeos, Iobū inter Arabes, Iethronem
 inter Madianitas, Naaman inter Syros, Achiorem
 inter Ammonitas; Rahab inter Ierichuntinos, Ru-
 tham inter Moabitias, id est, inter gentes incircun-
 cisas, sui nominis & numinis cultores selectos
 semper habuit. Est enim Deus non tantum Iudeo- Rom. 2.
 rum, sed & gentium.

Deinde, cum peregrina, Moabititis, & profanorum
 idolorum cultibus dedita, in ariam, matremque
 proauorum Christi assumitur; & ex oleastro, inse-
 ritur in bonam oliuam: ecclesiam olim & ex gen-
 tibus a Deo omni modo alienis, assumendam esse
 praesignificatur. Ruth alienigena, scribit Theophylactus, fuit coniuncta Booz: ita & ecclesia ex Rom. 9.
 gentibus alienigena existens, & a testamentis ex- In 1. cap.
Matth.
 traria, oblita autem populi sui, & cultus simula-
 chrorum, & diaboli cui iuncta erat, nupsit filio
 Dei. Et Ambrosius: Ruth, inquit, quae inter maio-
 res dominici generis meruit computari, magnum In 3. cap. Lue.
 nobis exemplum est: quia in illa nostrum omniū, & lib. 3. de
fide cap. 5.
 qui collecti ex gentibus sumus, ingrediendi in ec-
 clesiam domini figura præcessit. Gentes itaque
 super hac ineffabili misericordia Deum honorēt:
 exemploque reprobationis & abdicationis Iu-
 dæorum timere discant, ne & ipsi aliquando ex-
 cidiantur & reiulantur, si se pari infidelitate com-
 macularint.

His proximum est, quod Christus iustitia no-
 stra, etiam ex peccatricibus omnibus vitiis, atque

PROLOGOMENA

omni dedecore infamibus (Sanctissimam Deiparam semper excipio) genus ducere voluit , vt ex Thamare incesta , Rutha idololatra , Beth Sabea adultera &c . vt omnibus peccatoribus venia & gratia fiduciam , spemque modò resipiscant , conferret : quod & ante nos obseruarunt sanctiss . patres Ambrosius , Hieronymus , Chrysostomus .

In 3. cap. Luc.
In 1. cap.
Math.
Quest. 1. in
Ruth.

Sufficit quoque hæc narratio historica , inquit Théodoreetus , ad omnem afferendam utilitatem , iis qui ex illa sciunt aliquid lucrifacere . Habent principes , iudices , rectores quid in Boozi reipublicæ Iudaeorum prefecti æquitate , diligentia , & iustitia imitantur . Habent qui diuitiis & opibus affluunt , qui agros latos , optimos , & fertiles possident , ac quorum immensa ruperunt horrea mes- ses , in eodem iudice pauperimas viduas in agros admittente , quid consequentur . Habent vrbes , res publicæ , prouinciae , quæ vel summa pace fruuntur , vel aëre puro & salubri gaudent , omniumque rerum abundantia lætantur , interea dum aliae cum aduersis , molestiis & incommodeis conflictantur , quid in Moabitis ethnicis , & Betlehemitis aduenas & peregrinos humaniter & amicè excipientibus , obseruent . Habent auari , immanes , & derelicti ab humanitate homines , in illo proximo , qui iuri suo abrenunciare , quām pauperculam viduas ducere maluit , quid abhorreat & fugiat . Discet quibus res est angusta domi , aut ad summā inopiā redacti sunt , exēplo Noëmi & Ruthē non malis artibus , sed in sudore vultus sui , piisque laboribus vi- etū , vestitumque necessarium querere atque comparare . Cōperient serui , ancillæ , & hi omnes quo-

rum operæ aut artes emuntur, præclara in Boozī famulis fidei, modestiæ, & summissionis, exempla. Erit quod adolescentulæ, nurus, socrus, viduæ, matresfamilias, aniculæ, in Ruthæ, & Noëmi gestis amplexentur. Videbunt matrimonio iuncti in Elimelch & vxore, in Boozo & noua sua coniuge, quam mutuò sibi benevolentiam debeant. Plutimum consolationis exsulibus, miseris, & variis casuum, orbitatum, ærumnariumque communium fluctibus iactatis adferet, exsulum Betlemiticorum attenta meditatio. Occurrent in hac historia illustissima iræ diuinæ exempla aduersus peccatores: misericordiæ & pietatis erga resipiscentes, & ad eius auxilium confugientes: prouidentiæ quoque qua miserorū & afflitorū rebus, etiā contra spē cōsulit. Cætera diligens lector facile animaduertet, & nos suis locis attingemus. Nunc quod in quarta questione versatur, perstringamus.

Vniuersa historia ut quatuor capitibus, sic totidem partibus absoluitur. Primum caput continet *Historie par-*
tes, aliquas regum mentum. Elimelechi Betlemitæ, cum vxore & liberis per
 regrinationem inter infideles, properat famam qua Iudæorum terra premebatur. Deinde eius obitum, filiorum nuptias cum alienigenis: qui & ipsi post aliquot annos, matre superstite, & vxoribus, in fatalia concesserunt. Postremò, ipsius Ruthæ amorem in socrum, & conuersionem à falsa religione, ad veram in Deum viuum pietatem: & ambarum paupercularum viduarum accessum in Betlehem.

Secundū cōpletebitur Ruthæ piā pro se & socru solicitudinē, assiduosq; in spicilegio labores: ac quo

PROLOG. IN LIB. D. RUTH.

pacto non sine diuino consilio & prouidentia, in agrum Boozi inciderit: qui illam cibo humaniter refecit, verbis conselatus est, ac insuper beneficiis & ornauit & onerauit.

Tertium caput exponit Noëmi socrus Ruthæ consultationem, & consilium de futuro matrimonio; natusque promptam obedientiam, quæ non
et in horreum Boozi peruenit, ac utriusque de proximis nuptiis colloquia.

Postremum declarat, quibus ritibus alter à Boozo propinquus iuri suo cesserit, ipseque Boo-zus ex Rutha matrimonio sibi iuncta, Obed filium suscepit, ex quo Iesse, Dauid, Solomon, Roboam, &c. ac tandem Christus redemptor no-ster benedictus in secula.



LIBER RVTH DA
VIDIS, SOLOMONIS, CHRISTI
denique totius mundi vnici redempto-
ris ac iudicis auiæ, iustis commentariis
illustratus: quibus tum ea quæ ad literā,
tum quæ ad fidei Christianæ, ac morum
ædificationem pertinent, copiosè tra-
duntur. Authore F. FRANCISCO
FEVARDENTIO, ordinis Minorum,
Parisiensi Theologo.

CAPVT PRIMVM.

I. *In diebus unius iudicis, quando iudices præerant,
facta est famæ in terra.*



E BRÆI à coniunctione
& verbo, suo more auspican-
tur. ¶ Et fuit siue, Et factum
est in diebus &c. Eodem mo-
do libros Iosue, Iudicum,
Samuelis, Esther, Ionæ, &
plurima capita vaticiniorum
propheticorum ordiuntur. Septuaginta , suum

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Kœli ἐγένετο nequaquam prætermiserunt. Vulga-
ta editio Latina istud subintellexit. Hæc quidem
redundare, initis librorum præsertim, æstimant
nōnulli: sed rectius meo iudicio, Theophylactus

Comment. in I. cap. Iona. *emphasim, & latentem quandam vim verba illa*

Et factum est, habere iudicavit. Vult enim Propheta:

*Quum Moses ille termaximus Dei famulus,
ac Syragogæ pastor perugil, vitâ istam cum feliciori commutasset; simul Iosue eiusdem populi
fortissimus imperator diem extremum obiisset,
tum Iudices viri summi consilij & maximi animi,
in horum locum à Deo suffecti sunt: verumtamen
nec illi nec isti potuerunt Israëlitas penitus in officio,
ac cultu vnius veri Dei continere. Quemadmodum enim vitulum conflatilem summi Dei
loco pridem habuerant; dein initiati Beel-phægor,
comederant immolata diis mortuis: postea
commixti inter Chananæas gentes, didicerant opera earum, & seruierant sculptilibus earū: sic &
sub præstantissimis Iudicibus à Deo, pietatéque
maiorum suorū frequenter defecerūt. Sacra enim
fecerunt Baal, Baalim, Astaroth, & aliis Barbarorū
simulacris, idque etiam cum Othoniel, Aod, Barach,
Gedeon, Iephœ, eorum rempublicā moderarētur. Et quia peccatis nec modum nec finē po-
nebant; factum quoque est vnius Iudicum tem-
pore, ut Deus vltionum, delictorum vindex acer-
rimus, terrā Iudæorū dēnegatis frugibus graui-
fima fame ac inedia castigari.*

Iudic. 2.3.4.

O.

Ex his primū obseruo non abs re Samuelē huius
famis ac totius historiæ tempus signasse. Hoc si-
quidem moris est sacris veteris & noui testameti
Scriptoribus. Isaias scribit factū sibi fuisse verbū

Dom
ciæ re
tradit
que a
fiteu
ciusci
uelati
testati
chode
tiā O
obser
torē, l
narran
bus H
mo T
dæa, T
choni
cipibu
domini
fidei n
te, & p
mēta p
tū cōti
li, senat
Hec na
amplie
tet eni
cultori
plici ar
rum ge
stratus
curatè
veritatē

Domini in diebus Oziæ, Iotham, Achaz, & Eze-
 ciæ regum iudeæ. Ieremias se vatis officio functum
 tradit ab anno tertio decimo Iosia regis iudeæ, us-
 que ad transmigrationē Babylonis. Ezechiel pro-
 fiteatur se afflatum diuino ac propheticō numine,
 eiusdem transmigrationis anno quinto. Daniel re-
 uelationes diuinæ se accepisse, aliisque tradidisse
 testatur, cū orbis terrarū imperio p̄cessent Nabu-
 chodonosor, Balthasar, Cyrus, & Darius. Illud e-
 tiā Oseas, Amos, Sophonias, Aggæus, & Zacharias
 obseruāt. Lucas Euangelij sui initio regē, impera-
 torē, sacerdotésque sub quibus id cōtigerit quod
 narrandū suscepit, designat his verbis: Fuit in die-
 bus Herodis regis. Et postea: Anno quinto deci-
 mo Tyberij Cæsaris, procurāte Pontio Pilato Iu-
 dæa, Tetrarcha Galilææ Herode, Iturææ & Tra-
 chonitidis Philippo, & Lysania Abilinæ, sub prin-
 cipibus sacerdotū Anna & Caipha, factū est verbū
 domini super Ioannē Zachariæ filiū. Quin etiā in
 fidei nostræ Symbolo, quo Apostoli mira breuitate,
 & perspicuitate, totius veræ religionis funda-
 mēta proposuerūt, Christi seruatoris nostri morte-
 tū cōtigisse subnotarunt, cū Pótius Pilatus, popu-
 li, senatusq; Romani autoritate, iudeis p̄cesset.
 Hęc namque multū faciūt ad sacrarū historiarum
 ampliorē ac euidentiōrem certitudinem. Opor-
 tet enim eas à viris simplicibus, apertis, veritatis
 cultoribus, & fraudum inimicis, fidelique & sim-
 pliци animo, ac manu exaratæ esse: quando ad re-
 rum gestarum commendationem, etiam Magi-
 stratus, & tempora quibus contigerunt, tam ac-
 curatè cogitatēque designantur. De harum ergo
 veritate, nihil est quod inter homines ambigatur:

*Isa. 1.**Ierem. 1.**Ezech. 1.**Dan. 1. §. 6.**i. 4.**Lue. 1. & 3.**Clem. Ro.**lib. 7. Cōfist.**Apost. c. 41.**& Epist. 1.**Iren. lib. 1.**cap. 2. Ter-**tull. His.**Amb. An-**gust.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

nisi planè amentes sint aut Athei. Non sunt ficta
argumenta, qualia Tragicorum poëtarum: non
commentariæ fabulæ, quales cōfinixerunt de diis,
& heroib[us] suis Gentiles: non sunt comparandæ
cum his quæ Herodotus, Diodorus, Plutarchus,
Currius, Appianus, Liuus memoriarum tradiderunt,
quæque vel frequentissimis mendaciis abundant,
vel animi gratia leguntur. De his dubitare, imò &
hisdem contradicere licet, cùm ipsæ non raro, &
secum, & cum aliis pugnant. At sacræ historiae ut
diuina oracula, vocesque Spiritus sancti, quibus
& fides nostra confirmatur, & vita humana præ-
claris exemplis instituitur, excipiendæ sunt.

His confirmandi sunt piorum animi aduersus
Atheos, qui etiam istis infelicitissimis temporibus,
in quibus (sub deformi & exitiali libertatis con-
scientiae latua) per Magistratus socordiam, lice-
os aperire in cœlum, sacras Bibliorum historias,
quasi hominum commenta ridere; ac Mosen, a-
liisque sanctos historicos, proh sancte Deus! cum
impostoribus seculi comparare. Diceres reuoca-
tos esse ab inferis Appiones, Celsos, Porphyrios
Plinios, Trogos, Lucretios, Iulianos, Lucianos
Eunapios, Libanios, qui rursus in Christum, & in
sacras literas omne virus acerbitatis & impietati
suæ euomerent. Verūm, insaniant ut volent, viri in-
sanissimi, manus vindices præpotentis Dei haud
quaquam effugient. Nabuchodonosor, cuius fa-
tellites & administrilibros legis combusserat, se-
ptem annos, quasi fera & immanis bellua, regno
hominum consortio, mentéque priuatur. Eius fu-
rores imitatus Antiochus Epiphanes, foeda ex Pe-

*Hostes sacra-
rum literarum.*

Dan. 4.

2. Mach. 9.

sive fu-
loribu-
pender-
dis mo-
scelerat-
sumpli-
sunt At-
Mosis
ferre, a-
teret, id
corripin-
scriptori-
dum qu-
nuin po-
dedit H-
illi horr-
Biblior-
constrin-
désque
& conte-
Hanc
gisse, que
bræi scri-
specie M-
nistratan-
dotes &
Hircanu-
stus regi-
telios, re-
ges, que-
nes qui c-
batos à

CAPUT PRIMUM

sive fuga elapsus, phtisias, lentis, infandisque doloribus consumitur: Deo sacrilegis vices iustas re-
pendente. Diocletianus & Maximianus horre-
dis mortibus perierunt, quod (præter alia multa
scelera) flammis sacra templa, voluminaque con-
sumpsissent. Theopompos quidam, ut authores
sunt Aristeas & Eusebius, volens aliqua ex lege
Mosis secreta in historiam suam audacius trans-
ferre, ac in vulgus proiicere; donec conatus pœni-
teret, id est triginta diebus, mentis turbatione
corripitur. Theodectus quoque tragœdiarum
scriptor literis prodidit, se oculis captum fuisse,
dum quædam, ex eiusmodi libris in sum profa-
nuum poëma vellet transferre. Grauissimas pœnas
dedit Hieronymus, vel eo tantum nomine, quod
illi horreret post Ciceronis lectionem, sacerorum
Bibliorū incultus sermo. Quibus ergo suppliciis
constringenda, & coercenda essent scelera, frau-
& contemnunt? Sed ad rem redéo.

Hanc Ruthæ historiam Samuel natrāt conti-
gisse, quando Iudices præerant; seu iudicabant, ut He-
brei scribunt: quod subindicat non vna tantum
specie Magistratus temp̄ publicam Israëlis admi-
nistratam fuisse. Præfuerunt si quidem illi Sacer-
dotes & Duces à captiuitate Babylonis, usque ad
Hircanum, & Herodem, sub quo natus est Christus
regnaturus in domo Iacob in æternum. An-
te hos, regnum Iudæorum moderati fuerant Re-
ges, quorum tam infelix fuit conditio, ut om-
nes qui decē tribubus dominati sunt, inter repro-
batos à Deo numerentur. Iudæ vero, qui tres & 23.

Euseb. lib. 8.
hist.

Historia ad
Philocratem
de 72. inter-
scriptor. Lib. 8. de
preparat.
cap. 1.

Epist. ad Eu-
stoch. de cu-
stud. virg.

Diversi In-
deorū Magi-
stratus.

August. 17.
de civit. cap.
23.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

viginti post Saulem, Dauidem, & Solomonem
recensentur, vix quatuor aut quinque aeternam
salutem sunt cōsequuti. Adeo præstat mulionem,
aut agasonem pium esse, quam regem. Rerum
Hebraicarum primi post Mosen & Iosue, potiti
In Synopsi. sunt Iudices, numero tredecim, magni Athanasi
sententia, idque quadringentis & vndecim annis.
Fuerunt autem illi planè maximi heroës, summa
potestate donati, & à Deo summo Israëlis recto
re excitati, præfectique, ut lapsis eiusdem populi
rebus succurreret. Sub his autem longè fæciori
fuisse populi statum, quam sub regibus, hac breu
per digressionem comparatione inter utrosque
facta, ostendemus.

Digressio de Iudicibus & Regibus Iudeorum.

Ecclesiastes 46. **R**egum Iudeorum pauci admodum probi &
integri, (vt paulò supra ex Augustino acce
mus) Iudices aut omnes, aut plerique boni & lau
dabiles fuerunt. Tametsi enim quidā illorum eti
grauiter aliquando lapsi fuerint: ad mentem tam
redierūt. De illis Syracides ait: Iudices singuli su
nomine, quorum non est corruptum cor, qui no
tuersi sunt à Domino, ut sit memoria eorū in be
nédictione. Et Apostolus: Deficiet me tēpus na
rantem de Gedeon, Barac, Samson, Iepheth &c
qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiae
Lōgē autem diuersa in administratione huius po
puli Iudicum & Regum ratio fuit.

*Regū ac Iu
dicū Israeliū
discrimen.* Iudices non ex singulari tribu, aut certa famili
vtr reges, sed ex aliis aliisque selecti sunt. Othonie
& Booz ex Iuda, Aod ex Beniamin, Barac ex Ne
phtali, Gedeon, Iair, & Iepheth ex Manasse, Thoh

ex Isac
Samson
le, ex vi

Dein
nica vi
oraculo
Domin
populu
Suscita
ciatibus
primò a
Deo, &
ptū est:
illum tr
stantur.

cistis D
dixit: N
eratiam
vnā abie

Ad h
torum t
belli pac
nis oper
des, labo
eturi reu
Index ab
ctoriam,
filius filij
nec filius
Iepheth q
concessit
tollent, &

CAPUT PRIMUM. IMMOD 10

ex Isachar, Ahialō ex Zabulon, Abdō ex Ephraim,
Samsō ex Dā, Heli ex Leui, &c. Reges sublato Sau-
le, ex vna tribu Iuda, & Dauidis familia creati sūt.

Deinde Iudices nō consiliis humanis, vel tyran-
nica usurpatione imperium inuadebāt: sed diuino
oraculo, autoritatēque designabātur. Suscitauit
Dominus Iudices, inquit Scriptura, qui liberarent *Iudicium 2.*
populū. Et: Cum Dominus Iudices suscitaret. Et: *¶ 3.*
Suscitauit eis saluatorē. Iephē, Samsonque nun-
ciātibus angelis, populi regimē cāpesūt. Regnum
primō ab Israēlitis peruerſa gentiliū æmulatione,
Deo, & Samuele agrē ferētibus, postulatū, & ade-
ptū est: innumerisq; cædibus seruatū, & ab isto ad
illum translatum & inuasum, vt Libri regnorū te-
stantur. Ideo illis obiicit Samuel: Vos hodie abie- *1. Reg. 8.*
cistis Dominū Deū vestrū. Et Dominus Samueli
dixit: Non te abiecerunt, sed me. Iudicū aristoc-
ratiam regnem suum appellans: & ea sublata, se
vnā abiectum, reiectūmque putans.

Ad hæc, Iudices nō terribili satellitio, aut stipa-
torum turma muniti, aut armatis septi incedebāt
belli pacisque tēpore. Verūm aliquādo ex rustica-
nis operibus euocati, cōfēcto bello, in proprias æ-
des, laboribus manuū suarū vt priuati homines vi-
eturi reuerterebātur. Gedeō frumenta executiebat, cū
Iudex ab angelo constituitur. Dicenti sibi post vi- *Iudic. 6. ¶ 8.*
storiam, populo: Impera nobis, tu & filius tuus, &c
filius filij tui, respondit. Non dominabor vestri,
nec filius meus: sed dominabitur vestri Dōminus.
Iephē quoque deletis hostibus, in domum suam
concessit. De regibus Samuel dicit: Filios vestros *1. Reg. 8.*
tollent, & ponent in curribus suis, facientque sibi

COMMENT. IN LIB. D. RUTH.

1. Reg. 10.

Cantic 3.

1. Reg. 3.

3. Reg.

Esa. I.

Ezech. 22.

Sophon. 3.

Deut. 17.

equites, & præcutores quadrigarum suarū. Saul inaugurus partem exercitus Iecū assumit. Rursumque duo millia electorū virorum secur habet in Machimis: & mille Ionathæ primogenito tradit. David robustissimos quoque, sed & Celeti & Pheleti, quasi corporis stipatores assumpsit. Leptulum Solomonis sexaginta fortis, ad bella doctissimi ambiebant, propter timores nocturnos.

4. Iudices nullis tributis populum vexabant, nullis vectigalibus opprimebant, nec in fortunas concium suorum per fas nefasque grassabantur: sed contenti fortuna sua, atque propriis redditibus menebat. De Rege dicitur: Agtos vestros, & oliuetae & vineas tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras, & vinearum redditus addecimabit, ut de eunuchis & famulis suis. Solomonem clementissimum alioqui principē, grauissimo iugo populū subegisse & pressisse satis indicat eiusdem ad Reboam filium eius vniuersorum ordinum querelā. Nota est Achabi & Iesabelis iniuriosa appetitio & rapina vineæ Nabothi. De quibusdam aliis dicitur: Principes tui socij furum: Principes eius quasi lupi rapientes prædam. Principes eius quileones rugientes.

5. Iudices non priuata libidine, non edictis, non præcitis, non legibus à se excogitatis, populo ius dicabant: sed omnia ex præscripto legis Mosaice, verbo Domini, quod ex ore sacerdotum require debebant, in grauissimis præsertim negotiis, difficile & ambiguum apud te esse iudicium pspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam causam, lepram & non lepram, &c. venies ad

cerdotum, aut dos contur & eo. Iosu volum à verbis aliquot bat Do Philista petarū dixit re ni. Ide que fidus aliis lorū driolos, & lim, Be matin p Cane p spiritu p cebat Id mittebat uid rex, lum aue rio scipt & popu niuersum. Iudici fianæ ex Amalec.

cérdothes Leuitici generis &c. Et alibi: Pro hoc (du *Num. 2.*)
 ce, aut Iudice) si quid agéndum erit, Eleazar sacer-
 dos consulat Dominum. Ad verbum eius egredie-
 tur & ingredietur ipse, & omnes filii Israël cum
 eo. Iosue iudici dicitur à Domino: Non recedat *Iosue. 1.*
 volumen legis huius ab ore tuo, &c. Non declines
 à verbis legis huius ad dexterā vel ad sinistrā. Re-
 ges aliquor pīj ac timētes Dominum idē quoque
 aliquoties factitarunt, ut quando David consule-
 bat Dominum an deberet mouere bellum contra
 Philistæos: & Samuelis, Nathan, atque Gad pro-
 phetarum monitis obtéperabat. Sic Iosaphat, cū *2. Reg. 5. &*
3. Reg. 23.
2. Reg. 24.
 dixit regi Israëlis: Quære, oro te, sermonē Domi-
 ni. Idem nō semel Elišäum cōsuluit. Ezecias quo-
 que fidelissimis Isaiæ consiliis sāpe patuit. At, quā-
 tus aliis ferè omnib⁹ obrep̄sit diuinorum oracu-
 lorum contemptus? Quoties magos, pithones, a-
 riolos, & caco dæmones sub idolorum Baal, Baa-
 lim, Beelzebub, Astaroth larvis latitātes, per sum-
 matin præpotentis Dei cōtumeliam cōsuluerūt? *3. Reg. 22.*
4. Reg. 3. &
 Cane peius & angue Heliām & Michæam diuino *19.*
 spiritu plenos viros, oderat Achab; ad necem pos-
 tebat Iesabel: impuris verò Baalistis se suaque cō-
 mittebant. Quid nō turpiter & nequiter fecit Da-
 uid rex, dum a constitutionibus Mosaicis paulu-
 lum auertit animum? Turpi ocio deditus, adulte-
 ria seipsum fortissimique militis vxorem polluit:
 & populum annumerans diuinam iram in se, & v-
 niuersum Israëlem concitauit.

Iudicū postremo diligentia & fortitudine, Cha-
 nanæi expulsi, Syri oppressi, Moabitæ profligati;
 Amalechitæ victi: Iabin, Sysara, Zeb, Zebee, Sal-
 6.
 B. iij

manæ etudeles tyranni trucidati; Madianitæ occi-
sione occisi; Ammonitæ cæsi; Philistæ variis cladi-
bus affiti; cæterique sacri populi hostes, quorum
iam cōpletæ erant iniquitæ, superati ac domiti.

Eorumdē Iudicū pietate, & fide, lex sacrosancta
promulgata fuit in omnib⁹ finibus Palæstinæ; ve-
rus Dei cultus & inter Ethnicos propagatus, & in-
ter Hebreos frequēt̄ et instauratus; falsæ gentiū re-
ligiones & idolomanie sublatæ: populus post per-
fidas patiū suorū desectiones, in meliorem mentē
reductus; atque respublica Israëlitica tū ciuilibus
tū externis bellis toties labefactata & conuulta, in
optimū statū formamque restituta est. At Regum
téporibus, cuncta ambitione, auaritia, luxu, prodi-
tionibus, cædibus foedata sunt. Aliquot eorū im-
pietate, decem tribus vitulos aureos in finem vñ
coluerūt: filios suos & filias immolauerūt dæmo-
niis, & Chananterū sculptilibus: Luci, id est, ne-
mora in honore falsorum deorū confisita; aræ ido-
lis erectæ: & immolationes ferè semper in excelsis.
Per reges suos ab hostib⁹ nō fuerūt tandem liberati
sed vieti, protriti, in exilia ut pecudū greges abacti,
libertate, patria, regno, sacerdotio, ordinisq; digniti-
te spoliari sūt. Fuit itaq; vt diximus, populi Iuda-
ci stat⁹ multo fæcilior sub Iudicib⁹ quā sub Regib⁹.

Hæc porrò non à nobis scribuntur, vt Regum
dignitati & potestati quicquā detrahamus, aut eo-
rum existimationē lèdamus: sed vt quosdā Nem-
rodos, Pharaones, Antiochos, Cæsares si malue-
rint & Alexandros, & veterum Gigantum frater-
culos sacrī propositis exēplis moneamus, patre-
patriæ, atque populorū potius pastores, quā expi-
latores & oppressores se præstent. Optamus vt

gnosca
empti
Dei ex-
iudiciū
Iesu Ch
. Cæter
ue regi
tit: extr
gistratū
in terris
gerentil
etiam v
præscrib
ad histo
Quo
aut quo
thæ hist
tentiae:
pauca su
tutionē
lere. Pri
cuius lib
verba, R
interpre
tis Sacer
prehend
hem. ciu
vxorem
mens, t
sentit Io
quitatis
amplius
tifex: su

gnoscant se populis, ac ouibus Filij Dei morte redemptis præesse, ut eis pro sint: se nō hominū sed Dei exercere iudicium: se aliis præfectos ut faciant iudicium & iustitiā: & tandem aliquando se regi regū Iesu Christo rationem de omnibus reddituros.

Ceterū, siue aristocratia Iudicū vel Sacerdotū, siue regū monarchia res Iudeorū administrata fuerit: extra omnē dubitationē esse debet, omnē Magistratū à Deo ordinatū & cōstitutū esse, ac ipsius in terris vices gerere. Ideo nō solū ut magistratum gerentibus obtemperēt obedientiāque subditi, sed etiam ut eos colant, diligentque, ex verbo Dei præscribimus. Sed de his alibi commodius. Nunc ad historiam nostram redeamus.

Quoniā nominatiū nō indicauit Samuel quis, aut quotus fuerit Iudeus, sub quo cōtigit hæc Ruthæ historia, duæ de illo fuerunt interpretum sententiæ: utraque magnos habet assertores, & non pauca suppeditat quæ ad pietatis, morumq; institutionē faciūt: quare non est animi alterutrā refellere. Prima est Iosephi rerū Hebraicarū peritissimi, cuius libro quinto Antiquitatū, cap. 14. hæc sunt verba, Rufino Aquileiensī, B. Hieronymo æquali, interprete: Post mortem Samson, præfuit Israëlitis Sacerdos Eli. Sub hoc prouinciam eorum apprehendente fame, Elimelech quidam de Bethlehem ciuitate, tribu Iuda, famem ferre nō valens, uxorem suam Noemin, & filios ex ea natos sumens, migravit in terram Moabitarū. Consentit Io. Zonaras, & ipse Græcarū literarū & antiquitatis bene peritus, his verbis: Post Samsonē nō amplius iudices populo præfuerunt, sed Elius pontifex: sub quo fame ingrauescente, vir quidam

Dua de Iude
dice sententiæ.

Tom. I. An-
naliūm.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH.

Bethleemiticus, Abimelechus nomine, cum uxori
& duobus filiis, in Moabitidem transmigrat, &c.
Idem sentit Petrus Comestor, & alij aliquot Latini
scriptores. Docent itaque Eli sacerdote, rem
publicam procurare & administrante, famem isti
contigisse. Non sum nescius hanc sententiam. D.
Lyrano, Tostato, Cartusiano, Fontano, minimi
placere: propterea (aiunt) quod temporum ratio ii
ferre non potest. Sed probè nouerant prioris sen
tentiae. Authores, etiā post diluvium, multos tun
Hebreos, tū Gentiles fuisse μαρτυροῦσί, id est, pa
multa annorum secula vitā prorogasse. Quid ei
go interest, si Ruthæ, Boozo & Noëmi ducentos
& quod excurrere potest, vitæ annos dederint? Ni

Vader. lib. 8.c.

14.

Plini. lib. 7.c.

4.8.

Ethnici quoq; suorū quosdā cc, alios ccc, alios i
aliós dccc annos vixisse asseuerant? Incredibile scilicet, aut absurdum est, Deum his Christi
sui progenitoribus contulisse, vt aliqua viuaci
te, hoc breue viuere nostrum superauerint!

Admissa itaque priore sententia, liquet Domin
iustissima famis vltione in Israélē animaduertiss
eūmq; omniū terū penuria tam extrema afflixiss
& domuisse, vt ditiores (qualis fuit Elimelech) si
lo migrare terrāmque tot promissis benedictā
linquere coacti sint: & inter hostes, ethnicos, id
lolatras peregrinari, ac penè mēdicāre. Siquid
potifex Eli aut raras, aut nullas cōciones de leg
decalogo, Messia, & diuinis in peccatores iudici
habebat. In arguēdis vitiis populi, & corripiēdi
castigandisq; præsertim filiorū suorū scelerib
suptamodum mollis, remissus, & negligens. Et
quippe (aīt Scriptura,) filij Eli, filij Belial, nescie-

1. Reg. 2.

D
pulu
de ni
nes s
cieb
mieb
berna
tur o
bant
conte
Exper
bitati
nec ha
sacrile
mus i
accep
impio
petrai
Ponti
minist
igitur
gello p
no &
Hebra
inter c
authōr
inedia
ratur.

Hæ
ditoru
rent hu
quibus

Dominum, neque officium sacerdotum ad populum. Et postea: Erat peccatum puerorum grāde nimis coram Domino, quia detrahebat homines sacrificio Domini. Eli audiebat omnia quæ faciebat filij sui vniuerso Israēli: & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obliterabant ad tabernaculum Domini. His paucis comprehenduntur omnes scelerū formæ, quibus sese contaminabant. Vigebat ego in eis maximus legis diuinæ contemptus, fons & origo vniuersorum malorū. Expertes erant religionis, pietatis, & omnis probitatis. Sine iugo & disciplina viuentes, nec Deū, nec homines verebantur. Ganeones, heluones, sacrilegi, factorum profanatores: quorum animus in patinīs, & sinu matronarum. Populus tot acceptis scandalis legem contemnebat, exemplo impiorum sacrificulorum, ad scelera quæque perpetranda audacissimus & impudentissimus: Eli Pontifice moderatore, diuini & humani iuris administrō, tot tantisque sceleribus conniuēte. His igitur lacessitus & irritatus Dominus, duplīcī flagello populum castigat: bello Palestino, in quo uno & altero congressu triginta & quatuor millia Hebræorum incircumcisorum gladio perierunt, inter quos Ophni & Phinees tot calamitatum authores. Sequuta est deinde famēs, grauisque inedia, quæ initio huius historiæ commemoratur.

Hæc vtinam, iterum autem vtinam, suo & subditorum magno commodo diligenter attenderent huius seculi Pontifices, Iudices, Magistratus, quibus tot prouinciarum, & que populorum ad-

COMMENT. IN LIB. DA RVT H.

ministratio credita est. Velim Samuēlis diligen-
tiam, Phinees zelum, & Davidis æquitatem po-
tius sibi imitandā proponerēt: quām Eli negligē-
tiā. Non tot cladibus afflictus, & propemodum
prostratus iaceret populus Christianus. Non ma-
gna pars tot hæreleōn mōstrosis opinionibus pe-
ritet: nec maior in summa omnium rerum igno-
ratiōne versaretur, si orationibus & verbi, potius
quām mensarum, instarent ministerio, qui de A-
postolorum successione gloriantur. Non tot cæ-
des indignissimæ & frequentissimæ; non tot ma-
tronarum nefarię constuprations; non tot furta,
sacrilegia, prædationes; non tanta hominum esset
perfidia; non tot insidiæ bonorum hominum vi-
tae pararentur; non tot regnorum proditores &
perditores; non in D̄eum, sanctos, & sacramenta
eius insurgerent tot scelerati & nefarij homines,
si non cum viris sanguinum, lenonibus, scortato-
ribus, prædonibus, proditoribus, hæreticis collu-
derēt, & dissimularēt, qui clauū imperiorū tenēt,
& gubernacula rerū publicarum tractant. Quid,
quod etiā isthæc flagitia, tāquā obsequia sibi gra-
ta, scriptis publicatis quidam probauerunt? O
homines excordes ac planè demētes! Quantis er-
go interuersis Eli socordia nunc superatur? Et mi-
ramur, imo & murmuramus, si bellis ciuilibus, si
fame, si pestilētia plectimur? Sed ad secundam de-
huius Iudicis nomine sententiam transeo.

Chaldæus paraphrastes, quem Rabbinum Aki-
bam docti putant, vñā cuī reliquis Hebræis (vno
tantum) Seder ollam Rabbæ authore, excepto
pari consensu docent Abessan, qui etiam Booz
nominatur, tum Iudeis præfuisse, cum Noëmi &

Ruth
tiam
rē sue
stat illi
lū, & E
sa est:
ribus
sub Bo
textus
Et fuit
bessan,
Cæto
bo יב
varia e
mœnē
est nig
plices i
suadā, p
anhelā,
stā, cyc
ratione
lius lib.
letudin
cap. 24
sima fu
liberatio
benefici
vt seruiri
niorum
rū. Prop
tra Israē
& filior
octo an

Ruth viduæ in Bethlehē redierunt: quam sententiam studiosè libenterque comprobāt omnes fere siue Græci siue Latini patres. At quoniam constat illum septem duntaxat annis iudicasse populu, & Elimelechi peregrinatio in decenniū protēsa est: oportet famem peregrinationēmque téporibus Iephte qui illum præcesserat incepisse, quæ sub Boozo cessavit. Ideo fortasse Hebraicus contextus habet in plurali numero; omissa singulari: Et fuit in diebus quando Iudices (Iephte nimirū & A-
bessan, qui & Booz) iudicabāt, facta est fames in terra.

Cæterum fames Hebræis dicitur οὐρά, à verbo οὐρά, esuriit. Græcis λιμός: habéatque apud eos varia epitheta. Vocatur ἀτερπή, quasi dicas inamoenē & insuauem. Alibi vocant eam ἀτοπεῖ, id est nigrā & atram. Latini propter varios & multiplices illius effectus, appellat dirā, obscenā, male-suadā, pestiferā, rapidā, sœuam, crudelē, violētam, anhelā, mœstā, lentā, inertē, tremulā, acerbā, fune-
stā, cyclopicam, pallidā, alumnā mortis, &c. Horū rationes explicat Basilius Homil. de fame, A. Gel-
lius lib. 16. no. 8. Att. Plutarchus de tuēda bona va-
letudine, Rhodiginus lib. 13. lectionū antiquarū,
cap. 24. Porro famis immissio nihilo secius æquili-
sima fuit: quando ingratissimi Israëlitæ memoria
liberationis ab Ægypto, & omniū præcedētium
beneficiorū ac miraculorū Domini deposuerant,
ut seruirent Baalim & Astaroth, diis Syrorū, Sido-
niorum, Moabitarū, Ammonitarū & Palæstinorū.
Propterea inquit, iratus est furor Domini co-
tra Israëlē, & tradidit eos in manus Palæstinorū,
& filiorum Ammon, qui attinuerunt eum dccc &
octo annis. Ecquod satis grande supplicium tam

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

- Iudic. 11.* propugnacē defectioni constitui potuisset? Ad hæc, paulò antè Iephite imprudenti gentiū æmulatione filiam sacrificauerat. Ephraimitæ viri feroces, & rerum nouarum studiosi, contra Iephite patriæ rectorem ac liberatorem, & Manassæos fratres suos, bello ciuili insurrexerant, & pro nihilo, armis animisque tā infestis concurrerant, ut quadraginta duo hominum in illia eo prælio ceciderint. Famis ergo iustissimæ causæ istæ fuerunt: beneficiorum Dei obliuio. Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulatōis. Obliti sunt Deum qui saluauit eos, canit Psaltes.
- Psal. 77.*
2. Legis ac fœderis diuini contemptio ac despiciētia. Auerterunt enim se & non fetuarunt pactum,
 3. & in lege Dei noluerunt ambulare. Diuinæ, paternæ atque auitæ religionis, in profanā nouam que commutatio. Pronocauerunt eum, ait Moses, in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concirauerunt. Immolauerunt dæmoniis & non Deo, diis quos ignorabant. Noui recetésq; venerunt, quos non coluerunt patres eorum. Frequentes ad vomitum, id est ad præcedentia sceleribus iunxerunt noua, & fecerunt malum in conspectu Domini. Et Psaltes: Saepel liberauit eos: ipsi
 4. autem exacerbauerunt eum in consilio suo. Quoties exacerbauerunt eum in deserto, &c?
- Iudic. 10.*
- Psi. 105. § 77.*

Causæ etiam naturales ac humanae tantæ famis non defuerunt. Decem enim & octo annis grau Ammonitarum tyrannide oppressa, & excursiōnibus populata fuerat terra Israëlis. Successerat grauissimum cum ipsis bellum, quod paucis die-

bus co
& sedi
quas da
pud se,
litudo,
ta, & re
fruge,
mes. V
& vati
ex sacri
sum est

Q V
mis fla
famem
quæ id
his cor
stras d
re, & co
dicem
morti t
pessima
bestias
lem, vt
Et Mot
Domin
terat te
matte e
tuos: e

bus confici non potuit. Deinde, discordia ciuilis,
 & seditio exitiosissima Ephraimitarum aduersus
 quasdam alias tribus. Recogitet ergo quisque a-
 pud se, qualis inter hos tumultus esset in pagis so-
 litudo, quæ vastitas in agris, quam deserta, incul-
 ta, & relicta omnia: quam triste solum, sterilis sine
 fruge, sine arbore tellus, & inde saeva & iejuna fa-
 mes. Verum, breui rursum digressione de causis,
 & variis incommodis atque euétibus famis, cum
 ex sacris, tum ex profanis hic differendum vi-
 sum est.

Digressio de fame.

Quartuor genera calamitatum commemorat
 Prophetæ, quibus Deus tanquam grauissi-
 mis flagellis peccata hominum castigat, gladium,
 famem, pestilentiam, & malas crudelésque bestias;
 quæ ideo frequenter occurrunt in sacris, ut cum
 his corripimut, discamus serio conscientias no-
 stras, discutere, de peccatorum grauitate cogita-
 re, & oculos in cœlum attollere ad iustissimum iu-
 dicem & Dominum, qui castigans castigat nos,
 morti tamen non tradit. Si quartuor iudicia mea
 pessima, ait per Ezechielē, gladium & famem, ac
 bestias malas, & pestilentiam immisero in Ierusa-
 lem, ut interficiam de ea hominem & pecus, &c.
 Et Moses legis præuaricatoribus minatur: Mittet Deut. 28.
 Dominus super te famem & esuriem, donec con-
 terat te. Adiunget tibi pestilentiam, donec cōsu-
 mat te de terra. Tradet te corruentem ante hostes
 tuos: eritque cadaver tuum in escam volatilibus

*Jerem. 15.**Ez. cc. 14.**Ps. 117.**Cap. 14.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

cæli, & bestiis terræ, & nō erit qui abigat. Et iterū Congregabo super eos mala, & sagittas meas cōplebo in eis. Id est: immittam in eos omnes quatuor sagittas meas. Consumetur fame, en prima. Deuorabunt eos aues moisu amarissimo. Hebræi habent: Cōsumetur ardenti lue, & amara ægritudine: ut peste acerba, vel alio exitiali morbo, qui secunda sagitta est. Sequitur tertia. Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium. Postrema, Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene. His itaque quatuor verberibus hominū improbitatem coērcet: sed horum grauiſſimum & durissimum videtur esse famē. Fame nihil miserius, ait, & rectè quidem, Tullius, lib. 5. ad Atticū Idipsum subindicauit Dauid rex, qui maluit poſt silentia quām fame castigari. Hinc Menanden

Lιμὸς μέγισον ἀλγος ἀνθεώτωις ἐφυ. Διμῶς ταῦθι οὐδὲν ἔσιν αντειπεῖν ἐπος. Fames maximus est angor

Fames gra- niſſimū ma- lum. hominib⁹. Fami enim nihil obliuetari potest. Pro uerbio ferebatur inter Græcos, Platone authore

Miserrimum est fame mori. Famē quoque ex adi bus virgis eiicientes, dicebāt: Εξω βούλιμον, ἐστα πλάγτον καὶ θυείαν. Foras famē: intrō diuitias & sanitatē. Cæteri dolores mitigantur vetustate: sed famis crescit quotidie pœna. Celebratur à Plutacho Gelliōque dictum illud Catonis ex oratione quadā, qua dissuasit legē agrariā. Eam sic exorsu est: Arduū est ad vētē verba facere, qui careat au-ribus. Quod veluti declarans Seneca scribit: Vētē præcepta nō audit, poscit, appellat. Et Poëta: Nō est improbior res alteravētre molesto. Quippe vē-

Lib. 3. ep̄. 21.

Deut. 32.

2. Reg.

In Comed.

iduitū meminisse sui iubet. Nihil est tam sanctum quod non violare, nihil tam munitū quod nō ex-pugnare, nihil tam turpe & fædum, quod non mortalia pectora admittere cogat maleuada fames & turpis egestas. Fame pressi ad furta, latrocinia, sacrilegia, grassationes, cædes, fornicationes, adulteria, prostitutiones, mēdacia, falsa testimonia, & omnia genera scelerū profiliunt. Carthaginem nō prius cepit ac deleuit Scipio, quām propugnatores fame coacti animo defecerūt. Fame potius quām armis, Sylla Atheniēses rursum seruire Romanis cōpulit. Mithridates fame, magis quām ferro compulsus, tandem Pōpeio cessit: vt paulo antē eadē victus necessitate, ad Cyzicū sine certamine à Lucullo exercitū excindēdū reliquerat. Luciū Æmyliū fames, non hostes superarunt quādo Cæsarī hostis sui potestati, se, commilito-nésque cōmisit. Rhegini vndecim menses à Diō-sylo tyrāno obfessi, tanta fame pressi sunt, vt e-
quos, iumentaque comederint. His quoq; absum-
ptis, coriis & pellibus maceratis & coctis vñi sunt. Postmodū herbas circa muros crescentes pecudū instar depasti sunt, ante quam crudelissimi tyranni iugo se submisérint. Fame coacti orbis viētores Romani, à Gallorum regulis mille pondo auri vi-tā rediūnt. Nemo enim est tā fortis, tāmque ro-
bustus, ait Xenophon, vt aduersus famē pugnādo bellū gerere possit. In Sesto castro obfessi ab A-
theniēsibus Persæ, tā dura fame vexati sunt, vt fu-
nibus lectorum (cūm alia omnia deessent) elixatis
vescerētur. Atheniēses obfidēte Sylla, consumptis
iumentis omnibꝫ, elixarūt coria, & discocta in ali-
mētū verterūt, nec à suorū cadaueribus abstine-
re posse.

*Appianus lib.
de bellis Pa-
nic, Mithrid.
& caud.*

Linius lib. 5.

*Diodor. lib.
14.*

*Lib. 6. de In-
situ Cyri.*

Herod. lib. 9.

*Appianus lib.
de bell. Mi-
thridia.*

COMMENT. IN LIB. D. RYTH

Lib. 7. bell.
Iud.Serm. 211. de
temp.

runt. Nota sunt proverbia Saguntinæ, Meliææ, & Perusinæ famis. Iosephus, Iosippus, Hegesippus Hebræi; & qui ab his acceperunt Eusebius, Nicephorus, Zonaras, & Glycas Græci scriptores, dictu horronda, & miseranda memorie mandaerunt de fame Ierosolymitanorum, dum illos invitionem mortis dominicæ obsiderent Romani. Perseuerante obsidione, nulla palam erant frumenta, mensa nusquam apponebatur, vxores vires, & filij parctibus, & quod miserrimum, matres cibum infantibus ex ipso ore rapiebant. Ruptis foribus clausarum domorum irruerant milites, victumque iam cōtusum dentibus, ex gutture eorum qui intus edebant, ipsos penè strangulantes, reuocabant. Cloacas rimabantur, ut boum veterem fūnum alimentum haberent. Stercus inde collectum, quod nec visui quidem tolerabile fuerat, iis cibus erat. Denique nec cingulis, nec calciamentis abstinuerunt, coriaque scutis detrahebant. Quinetiam fœni veteris laceramenta vieti habebantur. Et quid scelestum & nefarium facinus addere cunctamur? Mulier Maria nomine, absumptis cunctis facultatibus, quæ secum in oppidum portauerat, vi animi & necessitate impulsa, rapto filio, quem lactentem habebat, ait Miserum te infans, in bello, & fame, & seditione cui te seruauero? Apud Romanos si vixeris, seruiturus es: fames autem præuenit seruitutem: hinc verò seditionis saeuiores sunt. Esto igitur mihibus, seditionis furia, & humanæ vitæ fabula. E hoc simul dicens, occidit filium, coctumque medium comedit, &c. Hic post Augustinum exclamavit:

mate
renda
tas ve
tatur
epula
trum
ditur,
horro
dius:

Quibu

Hæc
la, soli,
que sol
naturæ
at qui o
Deo im
ris in te
Nam v

mate libet. Proh dolor! Inquinatas carnes, & horrendas escas famis necessitas poscit! In cibum pietas vertitur, in pabulum suscepta soboles comutatur! Ante parricidium geritur, quam ad funestas epulas veniatur! Anima artibus elicetur, & matrum viscera polluuntur. Innocens sanguis effunditur, ut parentum rabida fames signetur. Famis horrorem eleganti prosopopeia describit Qui-

*Famis multa
immodica.*

dius:

*Quæstamque famem lapidoſo vidit in agro,
Vnguis, & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,
Labra incana stu, scabri rubigine dentes,
Dura cutis, per quam speluncæ viscera passent:
Offa sub incuru extabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus: pendere putares
Pectus, & à spinæ tantummodo crate teneri:
Auxerat articulos macies, genuimque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.*

Metam. 8.

Quibus hæc Plautina meritò addi possunt:

*Tenebræ oboriuntur, genua inedia succidunt. In Cirenilion
Os amarum habeo, denteis plenos, lippiant fauces ne
fame,*

Ita cibi vacuitate venio laßis laetibus.

Hæc porrò & sexcēta eiusmodi diræ famis mala, soli, lunæ, syderibus, gelu, æstu, imbris, aliisque solis naturalibus causis ascribunt cæci quidam naturæ admiratores, Epicuræi, ac planè infideles: at qui diuinis oraculis & vocibus fidem habent, Deo immortali (sine cuius nutu nec folium arboreum in terram cadit) isthæc eadem accepta referent. Nam ut agtorum vberitas, copia frugum, cœli te-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

peratio, & fœcunditas terrarum diuinæ benedictionis sunt effectus: sic & sterilitas, inopia, famæ,

Gen. 3 & 4. iræ atque maledictionis. Maledicta, inquit, terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi. Et ad Cain fratricidam dicitur: Cùm operatus fueris terrā, nō dabit tibi fructus suos. His aduersis præpotēs Deus peccata hominū plectit & corripit, nō vt perdat: sed vt more parentū ac medicorū emendet, ac sanet. Ficus maledictione & execratione diuina, citò citius aruit: vt impiis hominibus incuteretur terror. Propter peccata veteris populi, posuit Deus flumina in desertū, exitus aquarū in sitim, terrāque fructiferā in salinē. Si audire nolueris vocē Domini Dei tui, scribit Moses, veniēt super te omnes maledictiones. Maledictus eris in agro. Maledictū horreū tuum maledictus fructus vētris tui, & fructus terræ tuę armenta boum tuorum, & greges ouium. Mitt super te Dominus famem & esuriem. Erit cœlū quod supra te est æneū, & terra quam calcas ferrea. Properantibus post Deos alienos minatu

Deut. 28.
Levit. 26.

Osee 2. & 3. Deus: Cōuertar & sumā frumentū meū in tépore suo, & vinū meū in tépore suo, & oleū meū in tépore suo, & lanā meam, & linum meum, quæ o periebat ignominia eius. Et rursus: Ventū semini būt, & turbinem metēt: culmus stans non erit eo, germē non faciet farinam: quod & si fecerit alieni comedent eam.

Decies mundus fame afflictus.

Non est alienum ab hac tractatione, quod scribit hoc loco Paraphrastes Chaldæus, famem mirum, decies mundo cœlitus decretam esse, abducti ipsius creatione, ad Messiæ tempora, ad castigati-

rium
ait, A
Etum
tus, q
te Lar
exem
braha
idem
peric
horre
homiu
sublat
pluriu
Diabc
Clem
Isaac:
lech re
state I
Abrah
cob:qu
Ægypt
lius sec
& eius
natus e
est que
cuius ca
Dauide
giter te
num. E

pinas, &
Nec cess

dum terræ incolas. Incessit autem prima famæ,
 ait, Adamo viuente. Nam grauissimum eius deli-
 etum meruerat, vt terra negaret illi suos prouen-
 tis, qui Creatori subiici renuerat. Secunda, viuen-
 te Lamech. Is enim contempta lege naturæ, malo
 exemplo bigamiam induxit. Tertia, viuente A-
 brahamo. Nam inualescente inedia, coactus fuit
 idem Patriarcha, magno sui, & vxoris pudicitia
 periculo, Ægyptum petere. Eo autem tempore
 horrendæ vltionis factæ per diluvium iam oblii
 homines, ad priora peccata redierant. Præterea,
 sublato vnius, solius, veri, ac viuentis Dei cultu,
 plurium falsorumque Deorum impias religiones
 Diabolus in orbem inuexerat, vt authores sunt
 Clemens Ro. atque Epiphanius. Quarta, viuente
 Isaac: qui vt sibi & familie consuleret, ad Abime-
 lech regem Palæstinorū perrexit. Illa vero tempe-
 state Išmaël defieiebat à vero Dei cultu, quem ab
 Abrahamo patre didicerat. Quinta, viuente Ia-
 cob: quando rei frumentariæ causa, filios suos in
 Ægyptū semel & iterum alegauit. Nota sunt il-
 lius seculi crimina in fratribus Ioseph, in Putifare,
 & eius vxore. Sexta, viuente Booz, qui cognomis-
 natus est Abessan, iustus Bethleemita Iudæus. Ea
 est que huius libelli initio commemoratur: & de
 cuius causis superius diximus. Septima, viuente
 Dauide Israëlitarum rege. Hac tribus annis iu-
 giter terram affligente, consuluit Dauid Domi-
 num. Responsum est ei, quod propter Saulis ra-
 pinas, & domū eius sanguinariā, immissa fuerat.
 Nec cessauit, donec septē filij eius in malam crucē
 abducti fuissent. Octaua, viuente Elia propheta,
 C ij

Gen. 3.

2.

3.

Gen. 5.

Gen. 12.

Lib. 1. Recog.
In Panario.

4.

Gen. 26.

Gen. 42.

6.

Ruth 1.

2. Reg. 21.

7.

3. Reg. 17.

8.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

quando Achabi perfidia, & Iesabelis tyrannide
 sublata è medio fuerat vera religio, & tot ortho-
 doxi trucidati, ut solum se relictum existimatet
 propheta. Nona, viuente Elisæo: quando caput a-
 fini veniit Samatiæ octoginta argenteis, & quanta
 pars cabi steroris columbarum quinque. Dux
 quoque inuentæ sunt à rege mulieres, quarum v-
 na filium comedederat, altera de suo tantum dæ spop-
 onderat. Decima verò futura est, inquit, non fa-
 mes comedendi cibum, aut bibendi aquam, sed
 audiendi verbum diuinæ prophetæ. Hac inedi-
 premuntur nunc vbiique terrarum Iudæi, quâd
 sine rege, sine lege, sine artis, sine sacriss, sub omnii
 Gentium dispersi tyrannide gemunt. Famem pa-
 tiuntur ut canes. Christiani qui Messiæ nomin-
 dederunt abundant panibus verbi Dei, illi autem
 esuriunt. At vereamur, ne etiam à nobis aufen-
 tur regnum Dei. Sed ad historiæ contextum iat
 redeamus.

Facta est famæ in terra.

PAraphraates Chaldæus adiungit, *Israëlitans*
 ne quis putet vniuersal fuisse. Quorsum eni-
 ad Moabitæ fugissent, si æqua famæ laborassen.
 Emphasim verò maximam mihi videtur conti-
 re particula, *in terra Israëlitarum*. Vult enim
 muēl. Terra Moab idolis dedita, Ægyptus sup-
 stitiosissima, quæ omne ferè bestiarum genus o-
 fecratarat, Arabia, Edom, Chaldæa, Græcia, Ital-
 ia in quibus non Deus verus, sed spurcissima ido-
 colebantur, circufluebant omnibus copiis, atq;

in omnium rerū abundantia viuebant; in terra vero Israëlitarū vbi veri dei cultus, inuocatiōque vigebat, sūma erat omniū rerū inopia, dura fames, maxima annonæ caritas. Terra, quæ reprobis gentibus, & à diuino fœdere alienis, veluti fœcundissimum Copiæ cornu, vniuersa quæ ad vitam humanam pertinet affatim, vtrōque suppeditabat; Israëlitis, primogenitis Dei, parti Domini & funiculō hæreditatis eius, genti sanctæ, populo acquisitionis cuius erat adoptio, & gloria, & testamen-
tū, & legis constitutio, & promissio, & Messias ipse; sterilis, infœcūda, & planè ferrea. A fructu frumenti, vini, & olei Gentes multiplicabantur; erat eis filij sicut nouellæ plantationes, filiæ compoſitæ ad formam templi: promptuaria plena, ones fetosæ, bony crassæ: nō erat inter eas ruina mæceriæ, non clamor luctuosus in plateis, non quisquam transiens in exilium: Israëlitæ, adēd miseri, afflicti, ærumnosi, calamitosi; vt eorum opulentiores & præstantiores impellente inedia, solum vētere, & inter profanos peregrinari, ac mendicare coacti fuerint.

*Exod. 4.**Ps. 4. et 143.*

Isthæc porrò videntur esse aduersa & contraria diuinis promissionibus: nec ambigo multorum popularium animos tunc variis incredulitatis temptationibus pulsatos fuisse: an Deus promissis staret? An res Israëlitatum præ cæteris, illi curæ essent? An prophetarū oraculis fides habenda? &c. Pro certo pollicitus fuerat Patribus, & horum semini, atq; cōfirmauerat, se daturum terram eis incolendā, quæ lactis, vini, olei, & mellis fluminibus manaret: terrā bonam, terrā riuorum, aqua-
Exod. 3.
Deut. 8.



COMMENT. IN LIB. D. RUTH

rūmque & fontium, in cuius cāpis & montib⁹
erumperent fluuiorum abyssi : terram frumenti,
hordei, ac vinearum, in qua ficus, & malogranata,
& oliueta: vbi absque villa penuria comedet
panem, & rerum omniū abundantia perfrueren-

Leuit. 26.

tur. Dabo vobis, aiebat, pluuias temporibus suis
& terra gignet germen suum, & pomis arbore
replebuntur. Apprehendet messium tritura via
demiam, & vindemia occupabit sementem, & co-

Deut. 32.

medetis panē vestrum in saturitate. Et alibi: Con-
stituet eū (sunt enim præterita pro futuris in ed-
tione vulgata) super excelsam terrā, vt comedet
fructus agrorū: vt sugeret mel de petra, & oleū d
saxo durissimo. Butyrū de armēto, & lac de ouī
cum adipe agnorū & arietū filiorū Basan. Et he-
cos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ bibi-
rēt meracissimū. Hæc quidem Istrælitis Domini
quondā promiserat: nunc autem facta est fama
terra. Ne granū quidē frumenti, aut micam pa-
habent incolæ vnde fame rugientē latrantē mo-
ventrē placare possint. Furit ardor edendi, Péq.
auidas fauces immensaque viscera regnat.

Verum enim uero nū quam vanæ, nunquā irrita
aut fallaces erunt diuinæ promissiones. Est enī
Deus verax, cuius consiliū stabit, & omnis voli-
tas fiet. Nec ingratitudo, nec infidelitas, nec me-
dacidum hominum fidem Dei euacuabit. Quo
processerunt de labiis suis non faciet irrita. In-
digni quidem erant Hebræi tot bonis promissi-
onē que meritò eisdem ad tempus priuantur,
ſæua premūtur fame, vt ab impietatibus suis
piscat. Discant quoque omnia genera bonorum
Dei viuentis quem reliquerant, dona & beneficia

est: i
nerab
lerat
eos m
taque
uelce
tius a
rū p
Aderi
res vt
ne po
nec p
proue
Deum
rantu

Hir
Primū
gellan
tis: qu
exper
quit:
tibus,
iudici
tur, ca
tur. Sc
vrben
aliqua
Omnis
re. Ait
altera
est, &
gelido

esse: non simulacrorum & fictitiorum quos venerabantur, deorum. Piorum verò qui inter sceleratos viuebant, fidem, patiētiāque exercet, ut eos maioribus & amplioribus præmiis afficiat. Itaque morbis, bellis, fame, aliisque aduersis ingrauecentibus, os in cœlum non aperiamus: sed potius agnoscētes peccata nostra, vimque lacrymarū profundentes, diuinā bonitatem inuocemus. Aderit proculdubio aut crucem auferens, aut vires ut alacrius feratur, subministrans. Nec pro pane porrigit lapidem, nec pro pisce serpentem, nec pro ovo scorpionem. Faciet cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere. Diligentibus *Rom. 8.* Deum omnia siue prospera, siue aduersa, cooperantur in bonum.

Hinc verò duo præsertim considerare licet. Primum, Deum publicis calamitatibus orbē flagellando, etiam incipere ab electis & prædestinatis: quoniam & ipsi non omnino peccatorū sunt expertes. Angelis gladio orbem percussuris inquit: A sanctuario meo, id est leuitis & sacerdotibus, incipite. Et Petrus: Tempus est ut incipiatur iudicium à domo Dei. Quos amore complectitur, castigat, & corripit, ne cum hoc mūdo dāntur. Secundū, alto, iusto tamen Dei iudicio vnam urbem, aut prouinciam fame, bello, pestilētia aut aliqua alia publica calamitate affligi: non aliam. Omnia secundissima huic, aduersissima illi accidere. Ait enim Plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui: pars vna compluta est; & pars super quā nō plui, aruit. Quū primū *Amos. 4.* gelidos rores aurora remittit, perfundet vellus, *Esd. 6.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

non terram: aut terram si voluerit, non vellus. Ägyptij grandine, fulgure, tenebris, mortibus denique primogenitorū afflictabantur: Hebræis magna tranquillitate, luce, & salubritate perfruentibus. Potest enim huic parcere & benefacere, non illi: idque sine injuria, quoniā neutri debitor est. Huius humilitatem intuetur, illius superbum cor dijudicat. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

2. *Abiitque homo de Bethlehem Iuda, ut peregrinaretur in regione Moabitide, cum uxore sua ac duobus liberis. Ipse vocabatur Elimalech, & uxore eius Noëmi: & duo filii, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæ de Bethlehem Iuda: ingressique regionem Moabitidem, morabantur ibi.*

Iosue 19.

In loc. Heb.

Gen. 31.

Aliquot propria nomina complectitur hæc periodus, quæ prius examinabimus, quæm fusiōre explicatione diffūdamur. Primū est Bethlehem Iuda. Hebræi scribunt Bethlachem: Stephanus vocat Βέτλεμος: Suidas & alij Βιθλέεμ. Hieronymus in 31. Ieremiæ, & 2. cap. Matthæi euincit duplēcē esse Bethlachem. Primam in Galilæa, quæ pertinet ad sortē, tribūmque Zabulonis, ut scribitur in libro Iosue. Alterā, quæ Micheæ 5. Iudicum 19. Matth. 2. & hoc loco dicitur Iudæ: quoniam in diuisione terræ data & concessa fuit huic tribui. Hæc ab Hierosolymis distare sex miliaribus, contra meridiem, in itinere quo itur Hebron, testis est Hieronymus. Pauit in ea pecora sua patriarcha Iacob, atque ob loci fundique fertilitatē, id ei fortè nomē imposuit. Ibidē dolorib⁹

partus fracta Rachel animam efflauit, & sepultura est tradita. Hæc nobilitata est natali & cohabitatione Davidis: sed multo magis partu beatissimæ Deiparæ, Christi redemptoris nostri cunis, angelorum doxologia, pastorum & piorum Magorum aduentu, & religione. Eandem Hieronymus appellat Villulam Christi, & Mariae diuersorum, locumque Tarpeia rupe longè sanctiorem. In hanc religionis ergò Paula, Eustochium, Marcella nobiles Romanæ, idemque Hieronymus commigrarunt. Sed & quicunque in Galliis, scribit Hieronymus, fuerit, primus hoc properat. Diuisus ab orbe nostro Britannus si in religione processerit, quærit locum fama sibi tatum & scripturarum relatione cogitum. Armenij, Persæ, Indi, Æthiopes, Aegyptij, Pontici, Cappadoces, Syri, Mesopotamij, cunctique orientis populi illic pietatis gratia peregrinabantur. Ei æqualis Chrysostomus scribit, vicum illum à Virginis partu, non tantum in omni Palæstina, sed in vniuerso profus orbe factum esse illustrem: quoniam ab extremis mundi finibus venirent ad visendum illum. Et quanta ipse pietate circa eundem afficeretur, indicat hac exclamatione: O si mihi licetet vide illud præsepe, in quo Dominus iacuit! Sed hæc obiter tantum dicta sint.

*Epist. ad
Marcellam,*

*Hom. 7. in
Matth.*

*Homil. de
Nat. Dom.*

Beth-lehem porro duo cognomina habuit. Primum Ephratha, de quo Moses: Mortua est Rachel, *Gen. 35. 18.* & sepulta est in via, quæ dicit Ephratham, hæc est Beth-lehem: Et rursus: Iuxta viam Ephrathæ, quæ alio nomine appellatur Beth-lehem. Eiusdem meminerunt David Ps. 131. Ecce audiuimus eam

COMMENT. IN LIB. D. RVT.

in Ephratha: & Michæas, cap. 5. Et tu Beth-lehem Ephratha. Et idcirco non solum filij Elimelech hic vocantur Ephrathæi, id est, Beth-lehemitæ: verum & Iesse, Ephrataeus, & Dauid filius viri Ephrathæi pari nuncupantur cognomine. Ephratha autem d. Hieronymo sonat quasi frugiferam, aut vberem: aliis, incrementum, vel ad incrementum: quæ omnia Christi inde mundo exhibiti mysteriis optimè quadrant. Alterum Beth-lehem cognomentum est, Ciuitas Dauid, quod inde natus, educatus, primoque in regem vngatus: & (ut quidam volunt) ibide sepultus fuerit. Luc. 2. Ioseph ascendit in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Beth-lehem. Et angelus pastori bus dixit: Natus est vobis saluator in ciuitate Dauid.

Secundum nomen est Moab, quod hic regio nem Arabiæ: alibi vero etiam vrbem, significat. *Hierony. epi. ad Fabiol. Gen. 19.* Incolæ passim Moabitæ vocantur. Nomen primum imposuit filia Lot natu maior, filio ex patre suscepso. Hauserat dubio procul plusculum è Sodomitana impudentia, quæ scelus prædicabat, Filium scilicet nefario incestu à patre conceptum. Moab enim significat, à patre. Huius prouincia Rex fuit Balac filius Beor, qui conduxit Balaam hariolum de Mesopotamia, ut malediceret Israéli: ubi & post scortationes populus Hebraicus initiatus est Beelphegor. Prouincia tunc præter Eglon, cum in eam migravit Elimelech, ut cum aliis Hebræis, vult Paraphrastes Chaldæus. Aduersus Moabitatum potentia, opes, thesauros, luxum, superbiæ, tyrannidem, & cætera horrëda sce-

Num. 22.

Vide Hieronym. in 15. lsa.

lera vaticinantur Hieremias cap. 48. Isaias cap. 15. Ezechiel cap. 25. Amos cap. 2. Sophonias cap. 2. Graues, insitásque inimicitias Moabitæ semper habuerunt, & gesserunt cum populi Hebraici nomine, idcōque cautum lēge fuerat: Ammonites & *D. ut. 23.* Moabites etiam post decimam generationem nō intrabunt ecclesiam Domini in aeternum. Rationes mox adiiciuntur. *Quia* noluerūt vobis occurtere cum pane & aqua in via, quando egressi estis de Aegypto: & quia cōduxerunt cōtra te Balaam vt malediceret tibi. Quæ cōstitutio de viris tantū, intelligēda est, vt Ruthæ à Boozo ductæ exemplū cōfirmat. de illorū impia religione poſtea dicem⁹.

Tertium nōmē est Elimelech, viri propriū, maritique Noëmi. Chaldæus Paraph. habet: *Discēdit vir eximus de Beth-lehem Iudeæ.* Alij Hebræi docent hunc fuisse virū nobilem & dītissimum. *Quod* his rationibus confirmant. Fuit de tribu regali Iuda, quæ propter Messiam ex ea nasciturū omnibus in primis suspicienda erat. Deinde, alter filiorū eius Maalon nupsit Ruthæ, quam arbitrantur filiā fuisse Eglonis regis Moab. Ad hæc, Noemi paulo post ingemiscens ait: *Egressa sum plena, & reduxit me Dominus vacuam.* Poltremō, ipsum nomen indicat summum singularēmque virum fuisse: significat enim Elimelech idem quod Deus meus rex. Zonas & Theodoreetus Abimelechum vocant.

*Philo.
Hieron.*

Quartum nomen est Noëmi, vxoris Elimelech. Chaldæus Naoumi: Heb. Nahomi. id est, pulchra, decora, iucunda, & fœlicitas, vt vult Iosephus. Sic dicta proper formam eximiam, venustatem corporis, morum suavitatem, mundumque muliebrē.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Lib. de nom. Heb. Quintum nomen proprium est filij natu maioris Elimelechi, & Noëmi, Maalon. Significat vero, Hieronymo authore, De fenestra, iue, à principio, vel cōsummationē. Hebrai scribūt Machlō, quod alij interpretātur, infirmitatē, chorū. Postremū nomē est Cheliō, Theodoreetus Cheleō, Heb. Chilion bisyllabum. Apud Iosephum, Chelinon, ni mendum fuerit, & Chelion legitur: quod defectū aut deficientiā significare putant. Alij cōcupiscentiam: vnde & Chelaioth, renes, concupiscentiarum sedem. Atque hæc de propriis nominibus: ad contextum redeamus.

Lib. 5. Antiq. cap. 14.

Abiit homo de Beth-lehem Iuda &c. Nobili generē ac summo loco natus dicitur, de tribu nimis Iuda, quæ regia erat; & ciuitate Beth-lehem, de qua superius diximus. Hæc autem inter honesta, & exteriora huius seculi bona numerantur, nec patrum ad res præclaras gerendas putatur prodefisse. Indignum siquidem natalibus putant quid turpe agere, aut præclarum prætermittere, qui ex generosis parentibus descendunt: aut non responde-re nomini, qui ex celebri ciuitate, aut patria oriuntur. Quantum ad parentes attinet, fortis persepe creantur fortibus: nec imbellem columbam fero-ces progenerant aquilæ. Maioribus dedecori esse, nefas vitiumque iure putatur. Multum etenim valet apud generosos & nobiles animos virtutis, fidei, pietatis, & de republica meritorum, etiam mortuorum, maiorum suorum memoria. Maiorum laudata probitas & integritas posteris veluti faces præludent; & virtutum stimulos incredibili-les eorum animis admouent, quibus noctes &

dles ad eorum imitationem incitantur. Romæ,
maiores natu in conuiuïis ad tibias egregia supe-
riorum suorum opera carmine comprehensa pan-
gebant, quod ad ea imitanda iuuentutem alacrio-
rem redderent. Inde oriebantur Camilli, Scipio-
nes, Fabricij, Marcelli, Fabij, Cæsares. Sallustius
sæpè se audiuisse testatur *Q. Maximum, P. Scipio-*
nen, aliósque ciuitatis präclaros viros solitos di-
cere: Cum maiorum imagines intuerentur, vehe-
mementissimè animum sibi ad virtutem accendi: me-
moriaque rerum gestarum eam flammam egre-
giis viris in pectore crescere: neque prius sedari,
quam virtus eorum famam, atque gloriam adæ-
quauerit. Superiorum virtutes posteris ad imita-
tionem propositas, pietatem sibi exprobrantibus
proximis, his verbis docet Thobias: Nolite ita lo-
qui fratres mei, nam filij sanctorum sumus, &c.
Christus Iudæis de Abrahamo patre gloriatiibus,
dixit: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Et
Paulus Timotheum adhortans, maiorum exem-
pla proponit: fidei nimirum non ficta, quæ habi-
tauerauimus primum in eius auia Loide, deinde matre
eiusdem Eunica. Velim hæc altius insedissent in a-
nimis multorum, & patrum probitas plus apud
eos valuisse, quam aliquot neotericorum impie-
tas. Nunquam flagitiosè ac turpiter à vera, pri-
fca, & catholica religione, ad falsas & impias quo-
rundam nouatorum opiniones defecissent, &c.

Nec parum etiam ad pietatem confert clara, &
insigni ciuitate natum esse: quando hinc domes-
tica virtutis exempla desumuntur. Platonem im-
pensius Diis gratias egisse scribit Lactantius, quod

Valer. lib. 2.
cap. I.

Histor. de bel-
lo Iugurt.

Lib. 3. cap. 19.

C M M E N T . I N L I B . D . R V T H

Athenis, omnium bonarum artium domicilio,
natus esset. Nemo pius negabit melius olim fuisse
nasci & educari Hierosolymis, aut Beth-lehem, v-
bi penè cum lacte nutricis fides, vera Dei inuocatio-
tio, adoratioque suscepitur, quā in Babylone, Da-
masco, Ascalone aut aliis Ethniconib⁹, in qui-
b⁹ Beelzebub, Astaroth, &c. Ita & nūc prestat Lu-
tetiae, Rothomagi, Coloniæ, Bononiæ, Salmaticæ,
aut in quadā alia vrbe catholica nasci, in quibus fi-
lij secundum maiorū instituta, erudiuntur & dis-
cunt iugum Domini ferre ab adolescentia: quam
Londini, Rupellæ, Genevæ, Lipsiæ, aut Tiguri, vbi
impiis de Deo, de sacramentis, bonis operibus, de
sanctis, & aliis prauis opinionibus à teneris con-
fuescunt. Ideo omnem curam & diligentiam ad-
hibebat hinc inde sub Gētibus dispersi pīj Iudæi,
vt filios suos ablegarent Hierusalem; vbi collegia
plurima erant Libertinorum, Cyrenensium, Ale-
xandrinorum, Cilicum, Asiaticorum, &c. vbi piissimi
Rabbini Hillel, Samæus, Simeon, Zacharias,
Nicodemus, Jonathan, Rabbenu Haccados, Ga-
maliel, (ad cuius pedes noster Paulus legis sensa
didicit) vna cum liberalibus disciplinis, veri Dei
cultum & religionem tradebant. Faxit Deus vt
tam diligenter liberis suis prospiciant Christia-
ni, &c.

Quam igitur ob rem Elimelech in Beth-lehem
natus & educatus, eā cum vxore & liberis deser-
ruit, vt in Moab regionē idolorū cultibus deditā
pergeret? Duas causas adferunt longè diuersas:
quarum neutram conuellere libet, quoniam &
magnos adsertores utraque habeat, & non pauca

ad pietatem & doctrinā adferat utilissima. Prima est B. Hieronymi, cāmque sequuntur Lyranus, Rupertus, Hugo, Carthusianus, Fontanus, & alij patres Christiani. Quod vir iste vt ditissimus, ita & sanctissimus fuerit: qui tot Israēlitarum suorum idolomanis, & sceleribus prouocatus, orauerit Dominum vt ē supernis horribili quodam portento edito impios terret, & vel inuitos à peccatis & impietatibus renocaret. Tuncque ad eius preces cunctis quidem spectantibus, sed non emendatis, Solem aliquot horis stetisse quasi fixum & immobilem; quemadmodum pridem sub Iosue contigerat. Id cōfirmant hoc scripturæ testimonio: Qui stare fecit solem, &c. impios autem tantum prodigium contempnisse & irrisisse: & propterea famem tam fœnam durāmque immillam esse, vt etiam Elimelech magna ex parte consumptis opibus, coactus fuerit solum vettere, domum, terrāmque sanctam deserere, vt inter alienigenas, profanos, & antiquos populi sui hostes peregrinaretur, vt victum sibi, familiaque compararet. Fame itaque & inopia compulsus abiit vt peregrinaretur in terra Moabitide, cum uxore sua, & duabus liberis. Quantum ad famis necessitatem attinet, Iosephus huic sententiæ, his verbis adstipulatur: Elimelech famem ferre non valens, vxorem suam Noemin, & filios ex ea natos sumens, migravit in terram Moabitarum.

Ex his autem primū obserua, quām potens & valens sit apud Deū sancti & iusti hominis deprecatio. Multū valet inquit d. Iacob^o, oratio iusti assidua. Quod mox probat exéplo. Helias homo

In Quæst.
Plac. in 1. p. 4.
ralig. 4. 4.

I. Paralip. 4.

Iacob. 5.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

erat similis nobis passibilis, & oratione orauit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex: & rursum orauit, & celum dedit pluuiam, & terra fructum suum. Moses orationis virtute Aegyptum horribilibus plagis decies percussit, & sanavit. Mare Erithraeum in duodecim diuisiones diuisit; aquam de petra, & manna de celo excusit: quin immo sola oratione munitus irae diuinæ ac flammis cœlestibus sese opponere non timuit. Proposuerat quippe Deus disperdere Israëlitas, nisi Moses electus eius intercessisset, ut auerteret iram eius, ne disperderet eos. Dimitte me, aiebat, ut irascatur furor meus contra eos. O misericordem Deum, qui se sanctorum suorum preciis superari permittit! Decem viri iusti parem veniam obtinuerunt quatuor ciuitatibus, cum ea quam Lot urbi Segor impetravit. Thobias ab angelo visitari, à cacodæmonis carnificina atque crudelitate filium eripi, demumque visionem oculorum recipere orationibus meruit. Susanna à iudicio iniquo, Ionas è ventre cœti, David de manibus Saulis, Ezechias à lethali mōrbo, Iosaphat ab obsidione, diuini numinis inuocatione liberati sunt. Stephanus Pauli conversionem mirabilem, ecclesia Petri summi pastoris sui libertatem precibus impetraverunt. Quin immo, cum non inuenit Deus homines viuos, scribit Chrysostomus, qui possint intercedendo veniam obtinere; confugit ad defunctos, & per illos se remissum peccata pollicetur. Ezechielem enim dixit: Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter David seruum meum. Olim autem mortuus erat David. Et rursum

Pſ. 105.

Exod. 32.

Gen. 19.

*Homil. de
pœnitent. &
confess.*

4. Reg. 19.

sus id
clem
Post
latiu
Ob
Dum
morr
ratio
etor
tangi
dunt
prof
viger
à cor
thore
pecca
deter
cuius
Itaqu
verb
rauer
esse se
& tri
potu
quid
Ob
impi
fame
frequ
Mali
Sod
perii

sus idem : O rem admirandam ! O dei ineffabilis *Homil. 41. in ps.*
clementia ! Homo mortuus viuis patrocinatur. *Gen. 2. in ps.*
Post mortem iustus inuenitur viuis præstissime fo-*30. 27. in*
latum . Mortuus est, sed merita eius vigent, &c. *Math. 3. 6.*

Obstrepunt verò post Vigilantiū , Caluiniani. *Ant.*

Dum viuunt, pro nobis impetrare possunt Sancti: *Sap. 3.*
mortuorum autem nullius pro alio exauditur oratio. O lepida capita, si cerebrum haberent ! Sacerdotum animæ in martu Dei sunt, o boni, & non tangit illos tormentum mortis. Qui corpus occidunt, animam necare non possunt. Viuunt enim profecto, viuunt ac benè beatèque tum maximè vigent spiritus beatorum, cum plurimum absunt à corpore, & apud Deum valent. Sunt enim (auctore filio Dei) sicut angeli in cœlo: qui de uno peccatore pœnitentiam agentes lètantur. Non est deterior eorum conditio, diuitis epulonis sorte, cuius anima pro fratribus superstribus orabat. Itaque si Apostoli & martyres (vt B. Hieronymi verbis cōcludam) adhuc in corpore constituti ostauerūt pro cæteris, quanto pro se adhuc debebat esse solliciti; quanto magis post victorias, coronas, & triumphos? Si Solem sisteret Iosue & Elimelech potuerunt dum hic viuerent miseri & mortales: quid non poterunt iam immortales & beati? &c.

Observandum rursus pios & sanctos viros, vna cū impiis & Dei cōtemptoribus, bello, pestilentia, fame, incendio, submersione, aliisque calamitatibus frequenter perire, nedum laborare ac periclitari. Malis publicis etiā boni implicantur . Lot cum Sodomitis in captiuitatem abripitur. Cum Saule *Gen. 13.*
periit & pius Ionathas. Hieremias, Ezechiel, Da-

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

niel, Esdras, Thobias, cum sceleratis capiuntur. Elimelech (ut docet prior sententia) pius & iustus, annuonæ pressus in opia faméque afflictus, domū, agros, cognatos, & (quod omnium acerbissimū erat) terra, quæ tabernaculo & area Dei altissimi inclita erat, deserta, abiit ut peregrinaretur in terra

Gen. 12. 26. Moabitide, cum uxore, & liberis. Sic longè antea magnus Abrahā fame compulsus descendērat in Aegyptum, Nili incrementis fertilissimam, ob idque mundi horreum, ab antiquis nuncupatam. Isaac

orta fame, in Geraris, ad Abimelechum Palæstinæ regē profectus est, ut familiæ victui cōsuleret. Jacob semel & iterum compellente communi patriæ in opia, filios in Aegyptum ablegauit, rei frumentatiæ gratia. David vir secundum cor Dei, in desertis agens, apud Nabalem opulentū hominē mendicare compellitur. Helias esuriens frustulū panis, & pauxillum aquæ à vidua paupercula postulat. Apostoli etiam sabbato, spicas vellunt & terunt manibus, ut famem depellant. Christus esuriit in deserto, fatigatus itinere & sitiens aquā petiit à Samaritide, & moriens de siti ardentissima conquestus est. Paulus fame & siti, frigore & nuditate se laborasse non diffitetur. Et de patribus ait: Circuerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti. Quæcunque sunt generis humani incommoda, scribit Cyprianus, sunt nobis cum humano genere cōmunia. Sic cum factu sterili terra iejuna est, neminē fames separat: sic cùm irruptione hostili ciuitas aliqua possessa est, omnes simul captiuitas vastat. Et quādo imbre nubila serena suspendūt, omnibus siccitas yna est.

1. Reg. 25.

3. Reg. 17.

Matt. 12.

2. Cor. 11.

Heb. 11.

Serm. de mor. sal.

Et cū nauē scopulosa saxa constringunt, nauigati-
bus naufragiū, sine exceptione commune est, &c.

Sed quomodo dicet aliquis, isthac stare possūt
cum diuinis promissionibus? Nunquid nō seruis
suis agrorum, frugum, horreique benedictionem
promisit? Nonne eius verba sunt: Si me audieris-
tis, bona terrae comedetis? Et per Dauidem ait:
Spera in Domino & fac bonitatē, inhabita terrā,
& pasceris in diuitiis eius. Nō confundentur (pīj)
in tempore malo, & in diebus famis saturabūtur.
Nō vidi iustum derelictū, nec semen eius quærēs
panē. Ampliores adhuc promissiones sunt in Euā-
gelio. Videte, ait, volatilia cœli, considerate lilia
agri &c. Quærite primū regnū Dei, & hæc om-
nia adiicientur vobis. Cētu plū recipietis in hoc
seculo, &c. An ergo Abraham, Iſaac, Iacob,
Dauid, Helias iniusti & exleges, qui terrae bonis
destituti esuriunt? Si sic dixerimus; & patres, &
Apostolos, & Christum ipsum, & cunctā filiorū
Dei nationem reprobabimus. Consulit enim ac
proudet pius pater rebus seruorū suorum, non
solum vniuersis, aut spiritualibus; sed & singulari-
bus, & quæ ad hanc vitā pertinent: verū longè
alia ratione quām carnalis homo aut cogitat, aut
desiderat. Superius nominatis sanctis victus non
defuit necessarius, sed aliter, atque aliter submini-
stratus. Deinde, & si ad tempus laborent sancti,
id iuste contingit: quoniam & in eis adhuc pecca-
torum vigent reliquiæ, quæ camino harū calami-
tatum purgandæ sunt. Castigabo te, ait Dominus,
in iudicio, ne tibi videaris innocēs. Electorū quo-
que ecclesiæ vox est: Irā Domini portabo, quoniā

D eut. 28.
I ſa. 1.

P̄ 36.

Matth. 6.
Mar. 10.

P̄ 72.

Terem. 30.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

*Mich. 7.
Daniel. 9.*

2. Cor. 12.

*Lib. 2. de na-
tura & gra-
tia, cap. 5.*

*Lib. 1. de ci-
mis, cap. 7.*

*Hebreorum
de peregrina-
tione Elime-
lechi sententia.*

peccauit ei: donec causa meam iudicet, & faciat iudicium meum, educet me in lucem, &c. Et Daniel: Peccauimus, inquit, iniquitatē fecim⁹, impie egimus, declinauimus à mandatis & iudiciis tuis, &c. ideo stillavit super nos maledictio & detestatio, &c. Quia periculū erat ne magnitudo reuelationū extolleret Apostolum, stimulis carnis, & à Satana impactis colaphis fuit coercendus. Quin imò, propter peccatum originis, ait Augustinus, vniuersa masla hominum pœnas debet: & si omnibus debitum damnationis supplicium reddetur, nō iniuste reāderetur. Manet tamen, ut idem alibi docet, dissimilitudo passorum, in similitudine passionum: & licet sub eodem tormento, non sunt tamen idem virtus & vitium. Nam sicut sub eodem igne aurum rutilat, palea fumatur & sub eadem tribula stipulae comminuuntur, frumenta purgantur; nec ideo amurca cum oleo confunditur, quia eodem præli pondere exprimitur: ita vna eadēque vis irruens, bonos probat, purificat, eliquat; malos damnat, vastat, exterminat. Nihil igitur habent serui Dei quod iure cum illo aut de illo conquerantur, si ad momentū aduersis exerceantur. Imò si hæc cum fide, patientia, & humilitate perferant, magnum pondus gloria operabuntur in illis. Sed hæc sufficient de priori peregrinationis Elimelechi & eiusdem familiæ causa.

Posteriorem huius peregrinationis causam, sed lögè diuersam, ac priori planè contrariā assignant Hebræi. Nimirum, virum hunc ut ditissimum, sic tenacissimum & auarissimum fuisse: & ideo fame

inualeſcēte, ne pauperum clamoribus, aut cognatorum importunis precibus cogeretur erogādo, aut commodando, fruges ac opes suas imminuere & consumere, omnibus secum asportatis, in terram Moab, quæ tum abuadabat, cum uxore ac liberis concessisse. Deum porro pauperum defensorem, & auarorum iustissimum ultorem, tantum scelus mala viri ac amborum filiorum morte multasse. Admissa hac Patrum circuncisorum opinione, nullus satis dignè execrari posset viri immanitatem, feritatem, & animi duritiem: qua se plurimorum & grauissimorum criminum reuin & alligatum coram deo & angelis reddidit. Primo enim terram sanctam, in qua sola verus Dei cultus tum vigebat, deserere non debuit, ut cum Moabitibus infidelibus, & falsis falsorum deorum cultibus contaminatis commoraretur. Scelus est nulla necessitate excusabile, ad fidei & diuini nominis hostes configere; cum quibus aut acquiescendum, aut impiè dissimulandum est, si aliquandiu, & tranquille agere voles. Ad hæc, cum Moabitibus præsertim, prohibuerat Deus omnipotens fœdera inire, ut superius diximus. His adde, quod uxorem, ac filios suos idololatriæ & impietatis periculo exponebat. David quidem ad Achis regem Geth configuit, sed cōficta amentia salutem redemit, & cito citius ausfugit. Abraham & Iacob in Aegyptū concesserūt, sed diuinis oraculis moniti. De aliis qui temerè gentibus adhæserūt scribitur; Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorū, & seruierunt sculptilibus eorū, & factum est illis in scandalum. Salomon idololatria

1. Reg. 21.

3. Reg. 17.

4. Reg. 8.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

vxorum deceptus, falsis diis tempa arāsque dicauit. Ioram filius Iosaphat ambulauit in viis regū Israēl: filia enim Achab erat vxor eius. Et postea: Ochosias ambulauit in viis domus Achab, & fecit malum coram Domino: gener enim domus Achab fuit. Et de vniuerso Israēle dicitur: Morabatur Israēl in Sethim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua, at illi comedederunt, & adorauerunt deos eorum. Prohibuerat autem Dominus: Nō habitent in terra tua gentes, ne fortè te peccare faciat in me, si seruieris diis eorum. Siquidem, qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.

Num. 25.

Exod. 23.

Eccles. 13.

2. Pet.

2. Tim. 2.

Quod de infidelibus dictum est, etiā de his intellectum volo, de quibus Petrus: Melior erat illis viā iustitiae non cognouisse, quam post agnitionem retrosum conuerti: id est de hæreticis, & apostatis, qui more canū ad vomitum redeunt, & porcorum rursus in luto voluntantur. Horum sermo ait Apostolus, ut cancer serpit. Modicū fermenti, totam massam fermentat.

Sed fidē, verāmq; patrū suorū religionē fortasse, perpetuò constanterque inter Ethnicos retinuit Elimelech. Et vnde istud euinces? Quorsum ergo filios suos cum infidelibus mulierculis in matrimoniu collocauit? Verūm istud cōcedamus quo niā de Noemi ex sequentibus perspicuum est, & Paraphrastes Chald. scribit eū in regno Moab secundas tenuisse: in déque peccatū eius paululum eleuemus & excusemus. Certum est enim multos Iudæos olim sub Ethniciis, ut hodie quoque sub Christianis, Turcis, Persis & Mauris, sacra sua mordicus seruasse. Moses, Iacob Daniel, Ananias, A-

zarias, Misael, Thobias, Mardochæus, Esther, David, inter infideles verā fidē sancto fortique animo retinuerunt. Minus enim hostiliter & crudeliter catholicā religionem, fidem, ritusque oderūt & insectantnr infideles & Turcæ, quām hæretici & apostatae. Tutiū & liberius sub illis sacerdotem, monachū, catholicum profitebetis, quā sub istis. Sub Moscouitis, Tartaris, Turcis, Persis, Mauris, sub rege Calicut & aliis ethnicis, licet habere altaria, sacrum facere, crucis ac sanctorū depietas imagines, inuocare Diuos, sacra loca inuisere, catholico more ordinare, baptizare, vngere: in Anglia, Scotia, Germania, Dacia, Heluetia, & vbi cunque perfidi sectarij summam rerum occupauerunt, non licet, &c.

Ergo huius exēplo discamus, fidem veram magna constantia & firmitate animi retinere, etiam si inter hostes eius versari cogamur. Ioseph in aula Putipharis & Pharaonis in vero Dei cultu perststit. Ancilla Naamā ex terra Israëlis captiua Dominā suā, ac herū Deo vero lucrificit, nedū ipsum coluit. Benevolus Iustinae imperatricis Attianæ Cæcellarius, maluit cingulo deposito, honōribus carere, quām impiis eiusdem Iezabelis decretis sub-
Ruff. lib. II.
hist. eccl. cap. 16.
 scribere. Iouinianus & Valentianus in aula Iuliiani apostatae enutriti, eiusdem impietatem canepius & angue sunt auersati. Petrus, Dorotheus, Gorgoni⁹, Sebastianus in aula Diocletiani nostrā pietatē illustrissimis martyriis cōfirmauerūt. Qui me erubuerit coram hominibus, inquit supremus viuorū & mortuorū iudex, erubescam eum corā
Idem lib. II.
cap. 1. & 2.
Euseb. lib. 8.
hist. cap. 6.
 patre meo, & angelis eius.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Ad hæc, quomodo Elimelech parentes, amicos, patriam in summis periculis cū iuware posset suis opibus, deserere iustaratione potuit? An nō tranfugam iure quis eū vocare posset? Sed quo pacto excusaretur, in eo quod putauit se se manū Dei effugere posse, si solum verteret: Scilicet, Ionas impunè conatus est nauigio fugere à facie Domini? Et bellè cessit Adamo dum se se subtraxit ē medio, & sub frōdosa arbore latere studuit! Videlicet, diuina vltione corripi non poterat, noster Ephratæus, cū peregrinaretur in terra Moabitide, ibidem quæ moraretur! Oculi Domini in omni loco contemplantur bonos & malos. Si exaltatus fueris vt aquila, ait Dominus ad Edom, & si inter sydera posueris nidum tuūm, inde detrahā te. Sapientia Domini gyrum cœli circuit, profunda penetrat abyssi, & in fluctibus maris ambulat, & in omni terra stat. Infelices ergo filij hominum, qui se manu, iudicio, & aspectu eius subtrahere conantur! Præstat cum Davide, faciem eius præuenire in confessione, procidere, ante eum, & plorare coram Domino qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: quām post Cainum fugere, aut protervè responsare. Debuisset Elimelech magna fide amplecti promissiones factas suæ genti, & sibi aliisque persuadere Deum tandem aliquando minas flagellaque remissurū; benè sperare Israëli breui ad futurū, eūmque ab crumnis liberaturū, mox vt à peccatis omnes resipuerint: atque vt hæc ocyus & maturius euenirēt, summis & assiduis precibus postulare. Bonus est enim Dominus sperā-

*Abdia. 2.**Eccles. 24.*

ribus in eū, animę quærēti illum. Bonum est præ- *Thren. 3.*
stolari cū silentio salutare Dei. Si pœnitentiā ege. *Ierem. 18.*
rit gens à malo suo, inquit, agam & ego pœnitentia-
tiam super malo quod cogitavi ut facerem ei. O-
portuisset itaque nostrum B̄eth-lehemitam con-
ciues ac cōtribules s̄uos de peccatis admissis mo-
nere, pœnitentiām prædicare, diuinæ prouidētiæ
confidere, horūmque omnium euentum Deo cō-
mittere.

Postremò, nullus culpa liberare, nullus crimi-
ne eximere potest illius crudelē, immoderatā,
ac planē barbarem inhumanitatem, qua(s) si quidē
vera est Hebræorum sententia(ne miseriam pau-
perum cōspiceret, né ve clamoribus eorum victus
rem familiarem eleemosynis imminueret, maluit
cum opibus inter infideles Moabitas confugere.
Oportuit sanè eum immisericordi, durissimo, &
impiō animo præditum esse, qui nulli compate-
retur, nullius miseriam releuare vellit. O quātum
à perenni contestatāque humanitate & virtute
maiorū suorū degenerauit! Abraham & Lot etiā *Gn. 18. 19.*
in ipso feroore diei vias obseruabāt, vt peregri-
nos, pauperēsque colligeret ac foueret. Hic vt ne
quidem videat, aufugit. Thobias in captiuitate *Theb. 1.*
positus, omnia quæ habere poterat, concaptiuis
erogabat: hic ne qua arte sua largiri cogatur, pro-
prios agros domūmque relinquit. Parum hāc Do-
mini vocem attendebat: Si vñus de fratribus tuis
ad paupertatem deuenerit, non obdurabis cor
tuum nec cōtrahes manum, sed aperies eam pau-
peri, & dabis mutuum quo eum indigere prospe-
xeris, &c. vt benedicat tibi Dominus Deus tuus *Deut. 15.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

- Isa. 58.* in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. Et alibi : Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum operi eum, & domesticos sanguinis tui ne despexeris. Tunc erumperet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orieretur, &c. Id est, tunc eris felix, omnia tibi prosperè cedent, & à cunctis calamitatibus liberaberis. Est enim elemosynis, & muneribus quæ egenis ex commiseratione dantur, magna merces reposita à Domino. Qui miseretur pauperis, & vicissitudinē reddet ei. Pater qui videt in abscondito reddet.
- Proverb. 19.*
- Matth. 5. & 10.* Et qui calicem aquæ frigidæ in nomine Domini dederit, non perdet mercedem suam. Iustitia eius qui dispergit dátque pauperibus, manet in seculum seculi : & cornu eius exaltatur in gloria. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Eripiet eum, vivificabit, beatum faciet in terra, non tradet eum libidini inimicorum eius. Optem feret illi super lectum doloris eius, &c. Qui sequitur misericordiam, inueniet vitam, iustitiam, gloriam. Qui dat pauperi, non indigebit. Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam. Qui vendiderit omnia, & dedit pauperibus, magnum thesaurum habebit in caelo. Hostiis beneficentia & communionis promeretur Deus. Miseri filij hominum, qui tot tantisque præmiis non excitantur. Perfidi, improbi, malitiosi sectarij, qui ut Simonis magi, & suū de sola fide iustificante decretū confirmēt, homines
- Psal. III.*
- Psal. 40.*
- Proverb. 21.*
- Prov. 28.*
- Thob. 8.*
- Matth. 19.*
- Heb. 12.*

à bonis operibus reuocét, eleemosynis meritam mercedem negant. Quinimò iustum etiā in quo-
uis bono opere peccare cōminiscuntur. Et quod his adhuc execrabilius est, ac planè blasphemum & contumeliosum, Christū Dei sapientiam im-
propriè locutū esse autumāt, cùm aut ieiatio, aut eleemosynis patrem redditum esse mercedem, pronunciauit. De his rursus, & de crudelium

*Calinus, Be-
z. a. Mariora-
tus in 6. cap.
Matth.*

auarorūmque iustissima vltione postea dice-
mus.

Non caret etiā vtilitate ac fructu, quod Moa-
bitæ tum rebus omnibus quæ ad istam vitam per-
tinent, abundarent, cùm Iraclitæ fame propemo-
dum enecarentur. Hinc enim videmus frugum
vbertatem & copiam non esse satis evidens ac
certum argumentum gratiæ diuinæ, aut electio-
nis aternæ. Possunt etenim infideles, profani, &
reprobi, quales erant Moabitæ, circumfluere om-
nibus copiis, atque in omnium rerum abundātia
viuere, electis inopia tabescentibus. Opum sem-
per maiorem partem possident improbi, scri-
bit Nazianzenus, & servi principis huius mundi.
Vnde est figmentum illud apud Ethnicos, Plu-
tum à Ioue missum tardum esse, & vtroque clau-
dum pede, ita vt ægrè ad metā pertingere queat,
sene interim facto, qui illum opitulabatur. Quo-
ties autem à Dite mittitur, allatus est: vt si-
gnificetur improbos ac malos ferè semper
melioribus successibus frui, probos autem & à Deo delectos aut nunquam, aut raro in
hac vita fœlices vel diuites fieri. Possunt nihi-
lominus diuitiæ aliquando etiam à bonis haberi,

COMMENT. IN LIB. D. RVT

Ser. 5 de
verb. Do.

Lib. 5. de Ci.
uit. cap. 18.

In p. 37.

Math. 6.

Quatt. 5. Et
126.

quoniam & ipsæ bonæ sunt, sed (Augustini sententia) bonos facere non possunt. Aurum, argentum bonum est, non quod te faciat bonum: sed unde facias bonum. Et alibi: Fœlices nos vel filios nostros, non diuitiæ terrenæ faciunt, aut nobis viuebibus amittendæ, aut nobis mortuis à quibus nescimus, vel forte à quibus nolumus possidendæ. Sed Deus fœlices facit, qui est medium vera opulentia. Et Chrysostomus ait: Diuitiæ istius seculi malis bonisque cōminunes sunt. Dat illas Deus malis, ut non habeant quid de Deo queri. Non dat bonis, ut æterna bona de Deo sperent. Non dat illas malis, ut paupertate humilientur. Dat illas bonis, ut doceant malos quomodo utatur bonis. Ergo dat ista temporalia bonis & malis, sed se non dat nisi tantummodo bonis.

Itaque non extollatur, non sibi quasi fœlices ac beati placeat impii Turcæ, apostatae, hæretici, si ad tempus florent, si abundantes in seculo obtineant diuitias. Nō inde impietatem eorum probat Deus: sed aut ad suū cultum & agnitionē reuocat, vel quasdam eorum morales virtutes in hac vita compēsat. Nam & opera Pharisæorum mercedem habuerunt: & Romanis pro bonis moribus summi in orbe imperij gloriam Deus dedit, quibus vitam æternam cum angelis in ciuitate sua cœlesti datum non erat, ut tradit Augustinus lib. 5. de Ciuit. cap. 15. 16. 17. Iustinus martyr quatuor fere seculis Augustino superior, de his ab orthodoxis interrogatus, responder: Sol oritur in bonos & malos, pluitque in iustos & in iniustos, non ut his Deus malos & iniustos confirmet in malitia & iniusti-

tia: A re
ne a
coni
Deu
lia v
lioru
ciun

T
me
pra
ros
solu
imp
do
gra
pi
bu
pe
ran
pra
(p
lib
ni
au
lib
ti

tiā: sed præparet ad iustas pœnas . Et alibi rursus:
 A rebus secundis, annonæ vbertate, & habitatio-
 ne aut desertione vrbiū & agrorum, non licet
 conicere meliorum pietatem : cūm Dominus
 Deus cunctis hominibus ad eorum vtilitatem ta-
 lia vel præstet, vel adimat. Iudicatur autem me-
 liorum pietas ex rebus bonis, quas data opera fa-
 ciunt, &c.

*Abiit Elimelech cum uxore sua Noëmi, & du-
 bus liberis Maalon, & Chelion.*

TAmetsi auarus, immitis, & crudelis in pau-
 peres ab Hebræis dicatur Elimelech, hīc ta-
 men duo virtutis ac boni viri officia præstissime
 prædicatur: alterum in vxorem , alterum in libe-
 ros. Sunt etiam inter Christianos , perditi ac dis-
 soluti nebulones, qui legitimas vxores prostituūt,
 impura earum corpora vulgando , vt egestatem
 domestico lenocinio sustentent, vel Principum
 gratiam ineant. Et sunt errores improbi, qui ino-
 pia pressi, vel tedio cohabitationis , vel aliis qui-
 buslibet etiam exiguis molestiis affecti, vt his cō-
 pedibus se expediant, & liberius per orbem ter-
 rarum vagentur , miseris vxores , aliquot liberis
 prægrauatas furrim deserunt. Sunt denique , qui
 (proh nefas !) sub Euangelicæ reformationis &
 libertatis specie, legitimas vxores repudiāt & om-
 nino abiiciunt , infœcunditatem , morositatem ,
 aut alias difficultates causati ; sed reuera ut nouis
 libidinibus sese oblectent & suam salacitatē exfa-
 tient . Sic Henricus octauus Anglorum rex , Ca-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

tharinam Hispaniarum regis filiam, præstanti sanguine pudicitia & pietate vxori, quam supra viginti annos in matrimonio habuerat, & ex qua liberos suscepserat, magno totius regni exitio repudiauit: ut Bolanam, Cliensem, Hauardam, & alias plures insignes meretrices ordine duceret. Princeps Auraicus, Belgij pernicies, propriæ vxori, filiaz ducis Saxonia remisso nuncio, Deo antea sacram Monialem, abbatissam, Mon-péserij Christianissimi Ducis hæreticam filiam, Caluiniani Euangelij authoritate, nunc sibi desponsatam habet, alia *Concionem de adhuc superstite Nefarium, & plusquam Achitovita coniugali.* felicum consilium Lutheri est: Si vxor nolit, velit alia: recusat vxor, veniat ancilla, &c. Multis, insidemque leuibus de causis, Geneuenses viris concedunt vxores relinquere, & alias ducere, &c.

Verum, & si durus & nequam Elimech ut alter Nabal, honesti tamen ac legitimi coniugij iuria retinet ac seruat, quando profecturus peregrinè, vxorem quasi quoddam grauissimum onus non abiicit, non deserit: sed secum ut perpetuam omnium fortunarum sociam ac participem, abducit. *Abiit, inquit, cum uxore sua Noëmi.* Nduerat leges matrimonij esse penitus indissolubiles, atque aedœ æternas, ut nullus morbus, nulla molestia, nullum bellum, nulla famæ, nulla pericula, nulla quantumuis diuturna absentia, earum nexus ac vincula soluere possit. Verbum omnipotentis est: Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne una. Quibus appetit Deum nuptiarum authorem,

tam arctum instituisse earumdem vinculum, ut
 citius pater qui genuit, & mater quæ concepit,
 peperit & aluit, dimittantur, quām vxor à
 marito, vel maritus ab vxore. Magna est pa-
 rentum & liberorum necessitudo: sed sanctior,
 & arctior debet esse viri & vxoris coniunctio.
 Permissum est quidem Iudeis dare libellum re-
 pudij, sed non probatum: imò ad duritiam cordis
 dissimulatum. At, qui dimissam tum ducebat,
 Christo authore, mœchabatur. Nunquam igi-
 tur summæ illius connexionis nodus vinculum-
 que soluebatur. Quos Deus coniunxit, ait fi-
 lius Dei, homo non separet. Et rursus: Qui-
 cumque dimiserit vxorem suam, & aliam du-
 xerit, adulterium committit super eam. Et si
 vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœ-
 chatur. Idem postea Apostolus inter Gentes
 verbis & scriptis confirmauit: Iis qui matri-
 monio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Do-
 minus, vxorem à viro non discedere: quod si
 discederit, manere innuptam, aut viro suo, re-
 conciliari. Et iterum: docens sola morte dirumpi
 matrimonij vinculum, inquit: Mulier alligata
 est legi, quanto tempore vir eius viuit. Quod si
 dormierit vir eius, liberata est à lege, cui vult
 nubat, tantum in Domino. Et ne quis putaret
 viro maiorem concessam esse facilitatem, ad-
 didit: Alligatus es vxori, noli querere solu-
 tionem. Qua ergo authoritate, qua confiden-
 tia, tot modis soluūt hæretici, & secudas, tertias,
 quartas, etiā si voles, decimas nuptias concedūt?
 At nō eos puder Iudeorū, & Maometanorū sala-

Matth. 5. &

Mar. 10.

Luc. 16.

Cor. 7.

COM MENT . IN LIB . D . R V T H

cem polygamiam; pro Christiano coniugio constitueret & inuehere? Num credunt Christi & Ecclesiæ vnitioneim, (cuius matrimonium etiam ipsi concedentibus, sacrum signum est) perpetuam esse? Omnis spiritus qui soluit Iesum, ait Ioannes, Antichristus est. Cauet ergo ab hoc mysterio iniquitatis, si Christi esse velint. Habemus totius Ecclesiæ Christianæ iudicium ac sententiam istiusmodi cui omnino acquiescendum: Si quis dixerit propter hæresim, aut molestam cohabitatem, aut affectatam absentiam à coniuge, dissoluere posse matrimonij vineulum: anathema sit. Sed operæ pretium etiam hoc loco videtur, digressio ne explicare, quæ sint piorum maritorum in uxores officia: & econtrario, uxorum in viros.

Concil. Trid.
Seß 24.
Gen. 5.

Digressio de maritorum in uxores officiis.

Gen. 2.

Malac. 2.

*Prou. 18. &
19.*

Primum est, uxorem uti à Deo sibi datam, omnii amore & benevolentia complecti. Adamus quippe è manu Dei coniugem suscipiens, aiebar. Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea: & vocabitur Virago, quia de viro sumpta est. Et paulò post: Mulier quam dedisti mihi, &c. Isaac Rebeccam in tantum dilexit, ut doloré quem ex morte matris contraxerat, temperaret. Iacob Rachelem impensiùs amauit. Malachias prohibet viro uxorem adolescentiæ suæ despicerre. Et Salomon: Qui inuenit mulierem bonam, hauriet iucunditatem à Domino: qui expellit mulierem bonam, expellit bonū. Et iterum: Domus, ac res paternæ hæreditatē obueniunt: à Domino

uxor

xore
tua. I
lij, dic
stus d
suas, v
ligat l
nolite
& var
experti
dum s
atque
tiri.

See
cognit
& ab
Sancti
virum
tes) di
non in
lieris:
Eccles
Mose
nius v
cob d
que fa
secum
uenti l
suas fi
prout
Daudi
pietate

vxor prudens. Et Syracides: Pertuere vita cum vxore, quam diligis, cunctis diebus instabilitatis tuæ. Idem sub Euangelio personat tuba Euangeli, dicens: Viri, diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Viri debent diligere vxores suas, ut propria corpora. Vt huiusque vxorem diligat sicut seipsum. Viri diligite vxores vestras, & nolite esse amari ad illas. Petrus quoq; molestias, & varias tentationes quibus pulsantur coniugati, expertus, docet viros cohabitare vxoribus secundum scientiam, & tanquam infirmiori vasculo, atque cohæredibus gratiæ honorem impari.

Ephes. 5.

1. Pet. 3.

Secundum, vxorem verbo & exemplo in Dei cognitione, cultu, timore, amoreque instituerei & ab his etrantem cum moderatione corrigerem. Sanctificatur, ait Apostolus, mulier infidelis, per virum fidelem. Et tursus: Si quid volant (mulieres) discere, domi viros suos interrogent. Ad hoc non ineptè referetur, quod vir dicitur caput mulieris: & quod eius cura gerere debeat, ut Christus Ecclesiæ. Nō dubito Iudam patriarchā, Iosephū, Mosen, & Samsonem vxores suas gentiles, ad unius veri Dei fidem & religionem traduxisse. Jacob domum suam lustrans, iubet vxores cunctām que familiam abiicere deos alienos, mundari, & secum ascendere in Bethel, atque vni vero & viuenti Deo sacrum facere. Job & Thobias vxores suas sibi exprobantes miseras, & ad blasphemias prouocantes grauiter & seuerè reprehenderunt. Dauid non parum Micholi succensuit, quod eius pietatem irriteret. Si vxor quæ dormit in sinu

1. Cor. 7. 14.

Gen. 33.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Deut. 33.

tuo; inquit Moses, tibi voluerit persuadere: Eamus & seruiamus diis alienis, quos ignoras tu, & patres tui; non acquiescas ei, nec audias, neque patcat ei oculus tuus, &c.

Thob. 8.

Tertium, vxorem ad preces & orationes incitare, cum eadem orare, atque pro eius salute, & consolatione precari. Thobias iunior vxori dixit: Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundum eras: quia his tribus noctibus Deo iungimur. Eleana sacrificatus Deo in Silo, Annam & Phenienam vxores secum duxit. Deprecatus est Isaac Dominum pro uxore sua, eo quod sterilis esset: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebbecca. Ne impediatur orationes vestrae, ait ad coniuges D. Petrus. Et Paulus permittit fraudare iniicem, id est corporum mutuan potestatem subtrahere, ut vacet reiunio & orationi: quibus satis indicat, preces & alia bona spiritualia debere coniugibus esse communia.

1. Reg. 30.

Quartum, corpus, libertatem, famam, vitamque uxoris ab omni externa violentia defendere, ac vindicare: eamdemque in miseriis & afflictis rebus siue pluatis, siue communib[us], consolari. Dauid duas uxores suas Achinoam & Abigailē fortissimo prælio redemit a seruitute Amalechitarum, a quibus abductæ fuerant: simulque comilitonum suorum coniuges, unoquoque eorum pro sua dimicante. Eleana charissimam sibi Annam, quæ inhatam sibi sterilitatem, & æmulæ sua Phennam exprobrationes mœrèbat, & flebat amarissime, his verbis amicissime demulceret & solatur: Anna cur fles? & quare non comedis? & quā obre

1. Reg. 1.

affligitur cor tuū? Nunquid non melior tibi sum,
quam decem filij? Thobias senior vxoris suæ pro-
pter filium diutius absentem, lamentis muliebri-
ter lacrymísque deditæ, planctus ac gemitus cō-
pescit. Huc pertinent istæ Apostoli adhortatio-
nes: Vir est caput mulieris, sicut Christus Ecclesiæ; Eph. 5.
ipse saluator corporis eius. Viri diligite vxores
vestras, sicut Christus Ecclesiā: qui se tradidit pro
ea ut illam sanctificaret, &c. Viri debent diligere
vxores suas, ut corpora sua, quæ nutriūt & fouēt.

Quintum, fidē coram Ecclesia vxori semel pro-
mislam, nec occulte, nec palam vñquā violare, sed
sancte, perpetuo que seruare: abstinendo ab omni
concubinatu, scortatione, adulterio, &c. Ad hoc
pertinet ista Decalogi præcepta: Non mæchabe^t Ex od. 20.
ris. Non concupisces vxorem proximi tui: non fi-
liā, non ancillam. Adulterorum quoque lapida-
tiones, & combustiones diuina lege præscriptæ:
Sanctissimi patris Thobiæ ad filium verba sunt^b Thob. 4.
Cave fili, ab omni fornicatione, & præter vxorē
tuā nunquam patiaris crimen scire. Prima matri-
monij lex est: Adhæredit vxori suæ, & erunt duo
in carne vna. Scortatores, & adulteros à regno dei
extorres facit Apostolus. 1 Cor. 6.
Heb. 13.

Sextum, dominationem & principatum, non
quidem tyrannicum, superbum, aut crudelē, sed
planè moderatum ac paternum, in vxorem serua-
re & tueri. Eusæ siquidem præscripsit Deus: Gen. 3.
Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur
tui. Et sub lege Mosis, votis à se factis, & nun-
cupatis vxores coram Deo non astringebantur:
ni maritorū adprobationes accessisſet. Syracides Numb. 30.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

*Ecc. 9.**1. Tim. 2.*

etiam vetat maritum dare mulieri potestatem animæ suæ, ne pessundet potestatem eius, & sic cōfundatur. Mulierem quoque cum omni subiectione, discere à viro, ut à capite & principe suo, vult Apostolus. Quæ supersunt viri studiosi ex sa-
cris facile colligent.

Porrò, vt Elimelech maritis, sic Noëmi in dura alioqui peregrinatione à viro non discedens, aliis vxoribus in exemplum proposita est; vti ab eadē quoque discant, quid viris suis debeant. Et licet ex superioribus id cuicunque facile sit & obuiū: pau-

*Officia uxori
rum erga matrēs.
titos.* tamen & ordine, mātrum familias præcipua in viros officia quoque describere non inutile erit.

Primum itaque illarum munus est, agnoscere diuinitus sibi hunc maritum contigisse: atque ideo ipsum suspicere, adamare, & vereri. Euam è costa formatā deduxit Dominus ad Adā, tāquam pronubus, atque paronymphus aliquis, inquit Theodoretus: atque in manus eius tradidit. Michol

Dauidis vxor, diligebat eum, ait Samuël. Apud

Cap. 10. Thobiam, Raguel filiam suam Saram monet diligere maritum, soceros autem honorare. Virum & mulierem bene iuicēm consentientes, inter ea

Tit. 2. quæ Deo beneplacita sunt, recenset Syracides. Adolescentulas hortare, inquit ad Titum Apostolum, vt viros suos ament. Præclara huius vxoris amoris exempla de Iulia Pompeij vxore, Portia Bruti, Artemisia Mausoli, Hippocratis Mithridatis, & aliarum coniugum narrant Valerius, Appianus, Plutarchus, Gellius, Plinins, Herodotus.

Secundum piæ mattis familias munus est, vi-

rum infidelem, deoque nec obtemperantem, nec seruientem, admonere sedulò de pietate, Dei cultu, timore, obedientia, inuocatione. Sanctificatur, *1. Cor. 7.* inquit Paulus, vir infidelis per mulierem fidelem. Et Petrus: Mulieres, ait, subditæ sint viris suis, vt *1. Pet. 3.* & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem, sine verbo lucrifiant, considerantes in timore castam vestram conuersationem. Sunamitis virum monuit, vt Elisæum hospitio colligeret, eidemque cellulam cōstrueret. Esther regem Assuerum maritum reuocauit ab impia Iudæorū carnificina. Abigail virum suum Nabal de contemptu Dauidicæ postulationis prudenter commonefecit. Non stetit per vxorem Pilati, quomodo à Christi damnatione abstineret. Damnantur in sacris literis Ethnicæ mulieres Solomonis, Isabell Achabi, Zares Aman, imo & Eua Adæ protoparentis vxor, quod viros suos vel à Deo astrinxerint, vel ad grauia sclera illexerint.

Tertium est viro, vt Domino suo morem gerere, recta cōfilia sequi, humiliter sese ei demittere, nihilque sine eius bona venia capessere. Ad virū, inquit Deus mulieri, conuersio tua: sub eius potestate eris, & ipse dominabitur tui. Sara obediebat Abrahæ, Dominum cum vocans, scribit D. *Gen. 3.* Petrus. Sunamitis petiti à marito facultatem eundi ad Elisæum, cum filius mortem optiueret. Paulus iubet: Vxores subditæ sitis propriis viris, veluti Domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesia. Sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Et alibi; non permittit dominari in virum. *Eph. 5.* *1. Tim. 2.*

COMMENT. IN LIB. D. RVT H'

Hoc nec Ethnico latuit, qui semper ab imperio fœmineo abhorruerunt, γυναικὶ δὲ ἀρχεῖν οὐδίλωσιν φύσις, inquit Menander. Id est: Natura non dedit fœminæ imperium. Et Medæa apud Euripidem conqueritur: Ήμῦν δ' ἀνάγκη πρὸς μᾶς φυχῶς βλέπειν, Necesse est nos ad unam viri animam respicere: δεσπότιν τε σώματος λαβεῖν, & corporis dominū accipere: καὶ πάντας ἐν τῷ πόσει τινῶσκεν, & in omnibus rebus totas ab eodem pédere. Et Electra: γυναικὶ ταῦτα χρῶ πάντας συχωρεῖν πόσει. Mulierem oportebat per omnia viro acquiescere. Pittacus quoque scribit: γυναικὸς ἀρχεῖ, Mulieri impera. Hugnostici in Anglia sacrorum suorum caput habent muliebre, &c.

Quartum, fidem nunquam violare, nec thorum alterius cuiusquam admissione nefariè polluere. Huc enim pertinent supplicia legibus diuinis & humanis decreta in adulteras. Iesabelis, & Herodiadis stupra publicis & priuatis execrationibus damnantur: Iosephi vero & Susanna castitas econtrario laudibus æternis celebrantur. Propter Gabaonitarum scelus, qui sacerdotis coniugem constuprauerant, bello cæciderunt vixinti quinque virorū millia de tribu Ben-jamin. Ideò Paulus ab eis postulat, ut maritum diligent & reuereantur, quod fieri non potest, si adultero commisceantur. Ut sint castæ, modestæ, puræ, bonæ, sobriae, pudicae, verecundæ: non ociosæ cirquire domos, non garrulae, non curiosæ, &c.

Quintum, corporis potestatem viris cōcedere,

Exod. 20.

Leuit. 20.

Dent. 22.

Ez. 27.

Num. 5.

Iud. 19. 20.

Tit. 2.

I. Tim. 3.

Philip. 4.

filiisque generare, ac educare in timore & disciplina Domini. Eua peperit Adamo Cainum, Abel, Seth, aliisque plurimos filios & filias; vti etiam de reliquis Patribus postea scribitur. Sara ex Abraham, Rebecca ex Isaac, Laea & Rachel ex Iacob, Sephora ex Mose, Beth-sabea ex Dauid, Elizabeth ex Zacharia sanctis & legitimis coniugibus prolem suscepereunt. Vir vxori suae debitum reddat, ait Apostolus, similiter & vxori viro. Mulier potestatem corporis sui non habet, sed vir: &c. Quae nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomo^ddo placeat viro. Et alibi rursus: Saluatur mulier per filiorum generationem. Et iterum: Volo iuⁿiores viduas nubere, filios procreare, matres familias esse,

Sextū, matito prorsus adhærere, eius incolumente prospicere, inceſtiā, atq; miseriā lenire, ac benevolē subleuare, & si fors coegerit, peregrinatē, aut exulantē benignē comitari. Esther regi & viro Asiuero aperuit inſidias, quae ei ab Eunuchis patrātū. Michol honestis dolis patrem delusit, vt Dauidē maritū seruaret. Sephora filios circumcidendo, Mcſen ſponſum ab angelico gladio liberavit. Anna Thobiam ſenio, cæcitate, & ægestate laborantē, ſuis operibus fouit & nutriuit. Sara ſequuta est ſuum Abrahamū vbi cumque locorum peregrinaretur; ſiue inter Chaldaeos, ſiue inter Palestinos, ſiue inter Agyptios. Rebecca ex Mesopotamia, & domo patris ſui Labā, venit ad Isaac in terra Chanaā, nec unquam latere eius diſcessit. Sephora ex Aethiopia cū Mose viro ſuo concesſit in Agyptū: & ea relictā, per mare, per ſaxa, per ignes,

*Gen. 4.5.6.**1. Cor. 7.**1. Tim. 2. 6.**1. Reg. 19.**Exod. 4.**Gen. 12. 15.**20. &c.**Gen. 31.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Ezod. 4. 11. per Arabiaz deserita penetrare cum eodem non æ-
græ tulit. Thobiam exulem & profugū vxor non
deseruit. Læa & Rachel maritum Iacob intem-
pesta nocte fugientem magna alacritate comitá-
Luc. 2.
Math. 2. tur. Sanctissima Deipara Ioseph sponsum ad de-
scriptionem in Beth-lehem properantem non re-
liquit: fugientem in Ægyptum non deseruit: re-
deunti continuò adfuit. Sed hæc propter Elime-
lech vxorem secum abducentem; & Noëmi virū
in Moab sequentem, ibidémque quādiu vixit,
commorantem, de virorum erga vxores, & vxo-
rum erga viros officiis, dicta sufficiant. Qui pro-
fanorum exempla & testimonia desiderauerint
apud Aristotelem lib. Oeconomicorum primo,
cap. 3. & 4: lib. 2. cap. 1. 2. 3. 4. Platonē, Plutarchū,
Herodotum, Senecam, Tullium, Valerium, Pli-
nium, &c. inuenient abundè vnde sitim ardorē-
que restingant. Subiicit Samuël de Elimecho lo-
quens.

Abiit cum duobus liberis, &c.

Quibus indicat secundum eius officium in li-
beros. Hos etenim non neglit ut alienos,
non abiicit à se ut fame pereant, non elocat serui-
turos austero alicui domino, non vendit extra-
neis, non repellit ut grauissima onera. Sed custo-
dit quasi sacra pignora sibi à Deo credita, eorum
curam gerit, ac diligit ut propriā carnem, & tan-
quam omnium fortunarum suarū participes, eos
dem secum peregrinaturos, & permanuros afflu-
mit. Inde verò colligimus quæ sint parentum in
liberos suos officia; de quibus etiā hoc loco op-
portunè differetur.

*Officia pare-
ntum in libe-
ros.*

Digressio

Primū est educatio, tuitio, nutritio, donec adolescentia doleuerint: quibus etiam cultum iuxta sortem honestum, adiunctum intelligo. Non est enim bonorum parentum, quos procrearunt & eduxerunt, eos non vestire & ornare. Hoc autem etiam à natura cunctis animantibus inditum est, nimirum ut fœtus suos diligent, foueant, nutriat, protegant. Bestiae pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant, nullos impetus, nullos casus reformident. Gallinæ, aquæque reliquæ, & quietum requirunt ad pariendum locum, & cubilia sibi, nidisque construunt, eosque quām possunt mollissimè substernūt, ut quām facillimè oua seruentur: ex quibus pullos, cum excluserint, ita tuentur, ut & pennis foueant, ne frigore lœdantur, & si est calor à sole illi se opponant. Cum autē pulli pennulis vti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur, reliqua cura liberantur. Ursa non tam parit, quām lambendo informes fœtus pau- *Ouid. 15.*
latim figurat. Imo ut Poëta scribit: *Met.*

*Nec catulus partu, quem reddidit ursa recenti,
sed male visa caro est: lambendo mater in artus
Fingit: & in formam, quantum caput ipsa, reducit.*

Pelecanus, cuius etiam David meminit in Ps. *Glycas parte*
animaduertens serpentes veneno suo pullis *l. Annalium,*
interitum attulisse, vitam restituendi illis hanc
nouit artem. Leniter super illos alas expandens,
& feriens utrinque latera, guttas in eos sanguinis

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

demittit: quo factō, noua & inopinata quadam ratione pulli vitae redunduntur. Catulus Leoninus in lucem quidem mortuus editur, verū adflatu patris vitam accipit. Læna fœta dimicans pro catus, oculorum aciem in terram defigit, ne venabula expauescat. Canis marinus si strepitum quēdam sentiat, catellos suos in sinu occultat proprio, ac deinceps eos vicissim educit. Balenas etiā referunt, imminente tempestate, suos virtulos vetero, ut tuto ri hospitio, ac placido sinu receptare, donec fiat tranquillitas. Habet foueam Ericius, inquiunt sacri authores, & enutrit catus, circūfodit, & fouet. Sed & lamiae (Heb. dracones) nudant mammas, ut lactent catus suos. Aquila prouocat pullos suos ad volandum, super eos volitans. Gallina congregat pullos suos sub alas. Passer inuenit sibi domum, & turtur (seu, hirundo) nidum, ubi reponat pullos suos. Vaccas fœtas quibus plastrum nouum, arcāmque testimoniū Dei cum Israële imposuerunt Palæstini, nō uerant ipsi magno vitulorum suorum desiderio teneri. Cū itaque in his, & sexcentis aliis bestiis communem naturæ instinctum, vocemque vide-mur audire de parentum in suos cura ac officiis: vel ex his saltem homines discere oportet, pri-mū, quod liberis debet pietatis officium. Præser-tim cū illos pro eximiis Dei donis agnoscere de-
Gen. 33. v. 48. beant. Patuuli sunt, aiebat Iacob ad Esau, quos donauit mihi Dc' seruo tuo. Et Ioseph de Efraim & Manasse liberis suis loquēs, Iacobo patri dico-bat: Filij mei sunt, quos donauit mihi. Demius in hoc loco. Fœcunditatē hominum à diuina

benedictione p̄dere, Deūmque ipsum manibus
suis fœtum in vteris matrum formare, & plasma-
re totum in circuitu : initioque nos vt lac mul-
gere, vt caseum coagulare, pelle & carnibus vesti-
re, ossibus & neruis compingere, &c. ex Mose, Ilo-
bo, & Dauide apertum & certum est. Notum est
quanto amore & studio Adamus Abelem, Jacob
Iosephum & Ben-iamin, David Absalonē & So-
lomonem, Anna Samuēlem, altera Anna Thobiā,
imò & meretricula corā Solomone cū æmula li-
tigans, filium suum prosequeretur.

*Gen. 2.**Iob 10.**Ps. 21. & 138.**Reg. 3.*

Secundum parentum munus est liberos doce-
re Dei cultum, amorem, & timorem. Ideo omne
primogenitum sibi offerri Deus lege sanxerat.
Rurſusque præcipiebat Israēlitis, cùm interroga-
uerit te filius tuus cras, dicens: Quid est hoc? Ref-
pondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus
de terra Aegypti, & occidit omne primogenitū, *Dent. 4.*
&c. Et iterum: Docebis ea filios tuos, ac nepotes
tuos, &c. Thobias filium ab infantia timere Deū
docuit, & abstinere ab omni peccato. Si institue-
ris adolescentem in via sua, in eadem & senex per-
seuerabit. Plura eiusmodi præcepta Syracides
memoriæ mandauit, Ecclesiastici 22.

*Exod. 11. 15.**& 22.**Thob. 1.**6. & 11.**Pro. 22.**19.**23.*

Tertium, arguere eorum scelera, & virgis, fla-
gisque si opus fuerit, eadem castigare & emen-
dare. Qui parcit virgæ, inquit Solomon, odit
filium suum. Et rursus: Castiga filium tuum dum
spes est fore ut corrigitur. Et: Noli subtrahe-
re à puero disciplinam: si enim percuferis eum
virga, non morietur. Tu virga percuties eum, &
animam eius de inferno liberabis. Jacob peccata

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Gen. 34. 2f. Simeonis, Leui, & Ruben, grauiter reprehendit.
48. Noë filij sui Cham irrisiones diris execrationibus
Valerius. lib. multauit. Fuerunt etiā inter Ethnicos Brunti, Cas-
sic. cap. 9. si, Manlij, Fuluij, qui exiliis, verberibus, gladiis in
 filios immorigeros seuerè animaduerterūt. Hor-
 ribiles pœnas persoluit tota Eli summi pontificis
 & Iudicis Hebræorum familia, quod in filios re-
 missior & indulgentior fuisset.

Gen. 48. Quartum, sedulò precari, & sacrificare pro il-
 lis, eisdémque etiam vel moriendo, benedicere.
Gen. 27. Iacob extremos trahēs spiritus singulis filiorum
 suorum benedixit, benedictionibus propriis. E-
 sau multis lacrymis, vel alteram ab Isaac patre ex-
 torsit benedictionem. Iob mittebat ad filios suos,
Iob. 1. & sanctificabat eos, cōsurgēnsque diluculo offe-
 rebat holocausta per singulos, dicens: Ne fortè
¶ Paralip. peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cor-
29. dibus suis. Et David his verbis orabat pro Solo-
 mone. Da cor perfectum Solomoni filio meo, ut
 custodiat mandata tua, & testimonia, & ceremo-
 nias, & ædificet domum, cuius impensas pa-
 rauit.

Quintum, cum omni Christiana moderatione
 aut diuinitatis, aut liberalium artium scientia, adver-
 sus inopiam liberis prospicere: aut si datum non
 est, saltē artificium quoddam docere, quo vitæ
 suæ consulere possint. Verba sunt cuiusdam haud
 aspernanda: Si tibi sint nati, nec opes, tunc artibus
 illos instrue.

Artes enim mechanicæ à Deo sunt reuelatae
 hominibus, & sanctificatae sanctorum virorum
 laboribus, adeoque ad hanc vitam mortalem ne-

cessariæ. Nemini dubium est patrem Adamum artem agri colendi, pastoritiam, futoriam, aliisque filiis tradidisse. Tubal-Cain fabilem, Noë nauticam, &c. Manus Ioseph in cophino seruerunt. Hebræi luto, paleis colligendis, & lateribus conficiundis quadrinquentos annos operam dederunt. Apostolorum pars è laboriosis nautis, facti sunt hominum pescatores. Paulus erat scenofætoriæ artis: qui & nocte diéque propriis manibus se operatum esse scripsit, ne quem grauaret.

Ioseph Christi nutritius faber erat: Christum autem fabri filium ideo appellari vult Iustinus martyris, quod illum aliquot annis in fabricandis aratriis iuuerit. Quantum ad opes attinet, exemplum extat Abrahæ, qui cuncta quæ possederat dedit Isaac: filiis autem concubinarum largitus est munera. Dauid noluit Adoniam regnare pro se, verum Salomonis filio Beth-sabeæ, sceptri, regni que gubernacula commisit. Thobias cum mori se putaret, filium cum schedula obligatoria misit ad Gabaelum, ut ab eo pecuniam olim accommodatam reciperet. Iosaphat rex Iudæ filiis suis multa munera argenti & auri, & pensationes cum ciuitatibus munitissimis in Iuda: regnum autem tradidit Ioram, eo quod esset primogenitus. Iacob ultra communem tribuum sortem, prædium 22. dedit Ioseph filio suo. Et Iob tribus filiabus habreditatem inter septem fratres dimisit. Nec Paulus tantus mundi contemptor, vetat parentes thesaurizare filii. Sed de his pro re nata satis: ad literam redéo.

*Dialog. cum
Triphone.*

Gen. 25.

2. Paralip.

10. 42.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Ingressi regionem Moabitidem, morabantur ibi.

Hebræi habent **יְמַלֵּךְ עָמִקָּה** quod: ingressi in agros, vel campos, quidam interpretantur: ideoque volunt Elimelechum cum suis vrbes fugisse, (in quibus multæ peccati occasiones quotidie obiciuntur,) & in agris habitasse, ut minus corrumperetur. Pari consilio quo postea Ionadab filius Rechab, suis posteris consuluit, ut in tabernaculis instar Nomadū habitarent, & re pastoritiæ exerceant, quo sincerius & magis religiosè Deo seruirent.

Iacob. 35.

Et si verum sit, quod de peccandi maioribus in oppidis occasionibus, & Rechabitis scribunt: quod tamen de Elimelecho autumant, adeo leui & infirma coniectura nititur, ut adserendum non sit. Nam vox Hebræa Schedei, siue Schadæh, ex qua patrocinium querunt, ipsis etiam agnoscendib; agros, campos, itemque terram, prouincias, regionemque significat. Chaldaeus quoque interpres, regione, semel & iterū reddidit; & secudas in eadē regione eosdē tenuisse testatur; quod fieri haudquaquam potuisset, si vrbes perpetuè fugisset. Sed quomodo in tuto potuerūt esse inter Moabitas, quos paulò ante Aioth, siue Ehud imperante, graui bello fuderant & protulerant, selectissimorum illorum decē millibus occisione deletis? Quæ fides, quæ tranquillitas cum antiquis hostibus? An sic domiti & oppressi erant, ut quidam opinantur, vt virū Israëlitam ad se confugientē lædere; & thesauris spoliare ausi non sint? Hercules scilicet, non tantum contra duos, sed contra decē millia. Potuit ergo suis opibus Elimelech animos primorū Moabiticorū sibi conciliare & ad usus

suos adiungere: Deo in primis corda illorum ad
humanitatem erga eum & familiam ciuius mitigare ac
flectente, qui hac peregrinatione Rutha ad se vocare,
atque ex ea Verbum suum nasci disponebat.
Dauid postmodum sibi metuens a Palestiniis, & pa-
rentibus suis a Saule, cum eis cōfugit ad Regem
Moab, a quo humaniter & benigne suscepit fuit.
Parat etenim Deus seruis suis, ab impiis electis &
fugientibus, ubique voluerit, etiam inter infestissimos hostes,
tutissima, liberalissima & magnificissima hospitia. Abrahā a Chaldais prouincia
exturbatus, ab Abimelech Palestinoium rege
benignè admittitur. Moles ex sinu matris raptus,
& in profluenta Nilū crocodilis cōiectus, in aula
Pharaonis nutrices, eunāsque sibi diuino consilio
paratas inuenit. Thobias nō modo hospitio, civilitate,
securitate, sed & pecuniis ab hostib⁹ Assyriis
donatus fuit. Dabat enim Deus Israēlitas seruos
suis in misericordias, etiam in cōspectu eorum qui
cōpererat eos: memor testamēti sui, & p̄nites secundum
multitudinem misericordiae suae. Deū itaque
nobis bene propterea super omnia habere studeamus,
& ferocissimos etiam hostes non tantum eleemosynas
sed & cōmodis nostris inservientes reddere.
Discamus quoque Moabitū exemplo, exulū
ac profugorū miseriari; & chi quibus facultas adest,
domum egētibus apertissimam & per hospitale exhibeat. Sic enim & sanctorū virtutes imitabitur,
& Deo passim nobis hospites commendantur, ac
hospitijs merita amplissima mercede compensante
obedient. Peregrino, ait in lege, molestus
nō eris: scitis enim aduenarū animas, (variis nimis
molestiis affici & deiici:) quia & ipsi peregrini

1. Reg. 22. 1.

Pſ. 105.

Exod. 23.

Exod. 12.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH.

fuiſtiſ in terra Aegypti. Et iterum: Aduenam non
contristabis, neque affliges eum: aduenæ enim &
ipſi fuiſtiſ, &c. Exhortatio est à communib⁹ vi-
ta humanæ caſib⁹, & ea lege naturæ: quæcun-
que volueritis ut faciant vobis homines, &c. Pro-

Lewit. 19.
Zeuſt. 23.
Num. 15.

eisdem rursus has leges tulit. Si habitauerit adue-
na in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, non
exprobretis ei, sed sit inter vos quaſi indigena, &
diligeretis eum quaſi vosmet ipſos. Prohibet quo-
que messis remanentes spicas colligere, sed pau-
peribus & peregrinis vult dimitti. Et rursus: De⁹

Dent. 14. ¶ amat peregrinum, & dat ei viſtum atque veſtitū;
¶ 26. & vos ergo amate peregrinos, &c. Et poſteat: Pe-
rigrino qui inter portas tuas eſt, da ut comedat,
aut vende ei, quia tu populus sanctus Domini
Dei tui es. Hæc verò toties repetuntur, ut cogite-
mus quantæ curæ ſint Domino noſtro, qui hos
ſuſcepit in ſuam cuſtodiam, & pro eis leges tulit
plenaſ humanitatis: quātūque ſupplicia maneat
eos, qui illos laſerint. Apostoli hospitalitatē im-
penſius commendant dicentes: Beneficiæ &
communicationis nolite obliuisci, talibus enim
hostiis promeretur Deus. Hospitalitatē ſectan-
tes. Hospitalales inuicem ſine murmuratione. No-
ta ſunt præmia quib⁹ Deus Abrahæ, Loti,
Raabæ, Sunamitidis, Martha, Simonis coriarij
hospitalitatē remunerauit. Inter præcipuas epif-
copi virtutes, Paulus præcipit eum eſſe hospitalē.
Quantū verò nunc ab hac pietate, ipſi abhorreat,
& illi personati Abbates, quos Commendatarios
voſtant, pudef dicere.

Apud Ethnicoſ iuſ hospitij ſanctiſſimum ac di-
uinum

tinum fuit, adeo ut illud violasse piaculū tā magnum æstimarent, cuius nulla esset expiatio. Iouē quippe summum Deorū, putabant illud sanxisse, ideoque eiusdem vindicem fore & assertorem: ob idque vocari Hospitalē. Virgilius: Iuppiter, *tib. i. Ac.* hospitibus nam te dare iura loquuntur. Et Oui- *heil.* dius: Ante fores horum stabat Louis hospitis ara. *lib. 10. met. 6.* Tullius Louis hospitalis numen nihil vñquam celiari posse: nec hospites offendendos esse, ne Louis hospitalis fidē implotent, non semel docuit. Græcorum insignia sunt de hospitibus benignè admittendis, & fouendis præcepta. Phocilidis enim verba sunt.

Ασερονέις οίκου μέξει, καὶ τυφλὸν ὅδηγει.

Et paulo post:

Ἐσα γαν ὄμότιμοι ἐπίκυροις ἐν πολιάταις.

Id est: Peregrinum in domum suscipe, & caco dux esto. Et: Aduenæ inter ciues sint æqualis honoris. Sola enim duce natura nouerant pelagi huius vitæ nauigationem esse incertam; omnēsque paupertatis ac exiliorum posse aliquādō fieri participes. Nullus est enim qui non possit patria pulsus, exul esse. Menander Comicus hospitalitatem non tautum præcipit, sed & præmiis ornandam docet, his verbis: — *Ἐνίας ᾧ φρόντιζε, id est: Hospitalitatis curam semper habeto.* Et Idē rursus: — *Ἐνοις ἐπαριῶν, τῶν ιστον τέυχη ποτέ.* Peregrinis opitulans, paria consequeris aliquando. Hospites quoque honorariis donis *Lib. 5. de ex-cohonestatos esse ab indigenis scribit Xenophō, ped. Cyri.* quando Cyri milites à Trapezuntiis acceperunt βοῦς, καὶ ἀλφίτα, καὶ οἰνόν, boues, & farinā, & vi-

*Pro Deiot. et
ad Quin fr.*

COMMENT. IN LIB. D. RVT H

nū. Horū rursus meminit libro sexto Exped. Cyri: & libro tertio de institut. eiusdē. Homerus in prima commendatione Hospitalitatē posuit, vt Odysseos eius lib. 8. 9. 13. 14. omnibus periuū est. Toxaris cùm Anarchasim peregrinū ad Solonē duceret, illū sic est allocutus: Venio maximū tibi munus adducēs, virum peregrinum egentē amicitia. Inde colligimus cuiusmodi erga peregrinos se ostendere solerent, & quā humani ac liberales se præberent accidentibus. Videant, & timeat qui Christiani haberi volunt, feras, canes, equos, mimos domi souentes, & peregrinos excludentes; ne ab his ethnicis tum quoque iudicentur, cum à Christo eis exprobrabitur: Hospes fui, & nō collegisti me. Ite ergo maledicti, &c.

Et mortuus est Elimelech maritus Noemi: remansitque ipsa cum filiis.

Nihil dubitant Hebræi scribere, illum immortalem morte periisse; idque in terra profana, & vxorem viduam, filiosque pupillos, (quorum conditione nihil miserius) & inter idololatras ac hostes, (quo nihil periculosius) reliquisse: quod in pauperes ac egenos durus, ferreus, planèque inhumanus fuisset. Vult itaque Samuel. Attendite filij hominum, attendite & horrete in uno vestru, tremenda Dei iudicia. Supplicia vnius, omnium sint documenta. Discite sapere alieno periculo ac damno. Elimelech legis Dei oblitus, conditionis suæ ac salutis immemor, pluris faciens aurum quam cœlū, ob idque crudelis in fratres suos pauperes: ne Deo fœneraretur, collectis omnibus quos in Bethlehem possidebat opibus, illinc protinus ut

famem sensit, se itineri accinxit, & ad infidelium terram transiuit. Verum, manum Dei haudquam effugit: quoniā nec opes, nec thesauri, nec Moabitica fœdera, eum liberare vñquam valuebunt. Fraudes auarissimi hominis vltus est Deus, ille zelotes, pupillorum pater, viduarūmque ac egenorum vindex acerrimus, non ynico dumtaxat, sed plurimis, grauissimisque suppliciis: cùm diuitias amisit, in mala fata concessit, & viduam miserabilem, pupillōsque omni ope destitutos, vrbe, domo, penatibus, foro, congressu æqualium extorres dereliquit.

In his autem primū obserua hanc esse conditionem, sortemq; vniuersorum filiorū Adæ, vt tandem aliquando moriantur; & pecunias, charos, hancque terram velint nolint deserāt. Cætera pericula quæ hominibus intēduntur, vitari possunt: sola mors nunquam potest. Cætera nostra & bona & mala incerta sunt, sola mors certa est. Cōceptus est puer? fortè nascetur, fortè abortū faciet. Fortè crescat, fortè nō crescat. Fortè senescet, fortè nō senescet. Fortè diues erit, fortè pauper. Fortè habebit filios, fortè non habebit. Respice omnia mala, vbique est fortè erit, fortè nō erit. Fortè ægrotabit, fortè non ægrotabit. Nūquid potes dicere fortè morietur, fortè nō morietur? Clemēs Alexandrinus ex maiorū, id est apostolorū, traditione, refert Salomen aliquādo Dominū interrogasse: Quousq; mors vigebit? Dominūmq; respōdisse. Quousq; vos mulieres paritis: naturalē docēs cōsequentia ortus & interitus. Vita nostra, inquit Gregorius, similis est nauigati: stet, sedeat, ia-

*August. Ser.
21. de verb.
Dom.*

Lib. 3. Strom

In Registre.

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

ceat, vadatq; impulsu nauis ducitur. Et nos siue vigilantes, siue dormientes, siue iacetes, siue ambulantes, siue volentes, siue nolentes, per momenta te porru quotidie ad finem ducimur. Et Hiero. Quoti die morimur, quotidie commutamur. hoc ipsum quod dicto, quod scribitur, quod relogo, quod emedo, devita mea tollitur. Quot puncta notarij, tot mortuum dana sunt temporum. Subiectatur Ambrosius:

Epist. ad Hebreos.

Orat. de fide et resur.

Rom. 5.

Mors, ait, & qualis est omnibus, indiscreta pauperibus, inexcepta diuitibus. Per unius peccatum in omnes pertransiit: ut quem generis non refugimus autorem, non refugiamus & mortis. Lata est enim in Adamum, & omnes eius posteros nulla aetate reuocanda sententia: Pulus es, & in puluerem reueteris. Itaque omnibus semel ingredienda est via vniuersae carnis, nec hic licet ullis pro voto morari. De unoquoque illorum, qui vel nongentis, vel octingentis, vel septingentis annis in terris vixerunt, Moses tandem scribit, Et mortuus est. Ecquis est homo qui viuet, & non videbit mortem? Omnes morimur, & quasi aquae dilabimur super terram. Statutum est omnibus semel mori. Abraham mortuus est, & prophetae mortui sunt. Si quis hic vellet perpetuo morari, & aliud suo loco mori, nunquam id consequeretur. Eo itaque nobis eundum, quo omnia eunt.

Gen. 5.

Psi. 88.

2. Reg. 14.

Heb. 9.

Io. 8.

Ethnicorum non minus verae, quam graues sententiae sunt. Omnibus semel calcanda est via lethi: Pallida mors aequo pulsat pede, pauperum tabernas, Regumque turres. Mors & fugace persecutur virum, nec parcit imbellis iuuentae poplitibus, Mors ultima linea rerum est. Rigidum ius est & ineuitabile

mort
fanat
ergo
dit, l
ante
nos i
tabit
vltim
hac c
deter
ineui
haben
mus,

At
Ita sa
talita
ta et
his q
sed h
qui r
etion
fici p
cras
ex C
lib. d
xioc

H
Deu
Deu
pote
vidu
Paup

mortis. Scilicet omne sacrū mors importuna profanat: Omnid' obscuras iniicit illa manus. Quid ergo nobis nouum si mors instet? Hoc patri accidit, hoc matri, hoc auis & abauis, hoc omnibus ante nos, hoc omnibus post nos. Quantus rogo, nos moriturorū populus sequetur? quātus comitabitur? quātus p̄cessit? Moriar, nec primus, nec vltimus: omnes me antecesserūt, omnes sequētur: hac conditione intraui, ut exirem. P̄os igitur nō deterreat, mortis recordatio, nō cōsternat eiusdē inenitabilis necessitas: quando tot in ea comites habeant. Si chari nostri moriantur, eos nō amittimus, sed p̄mittimus, mox sequuturi.

*Senec. Epist.
78. cap. 86.*

At, mors est omnium terribiliū terribilissimū. *Ethik.*
Ita sanè senserit Aristoteles, cui animorū immor-
talitas incerta, corporū verò resurrec̄tio, atque vi-
ta æterna omnino ignota fuit. Terribilis sit, sed
his qui vita futuræ ip̄e non habent. Terribilis sit,
sed his qui cū vita, omnia extingui putat. Non his
qui renati in Christo, per eius mortis & resurrec̄tionis beneficia, eiusdē gloria ac regni cōsortes
sieri piè credunt, ac benè sperat. Ampliores, & sa-
cras super morte consolationes, pius lector petat
ex Cypriani Serm. de Mortalitate, & Ambrosij
lib. de bono mortis: ethnicas autē ex Platonis A-
xiocho, & Phedone, Tullij quoque Tusculanis.

Hic quoque mecum expende, quām abundē
Deus noster nominibus ac titulis suis respōdeat.
Deus est vltionum, zelotes, ignis consummans, *Pſ. 64. cap. 8.*
potens, fortis. Rursus, pater orphanorum, iudex *139.*
viduarum: faciens iudicium inopis, & vindictam *Deut. 10.*
pauperum. Dominus Deus vester, ait Moses, est *Exod. 22.*

COM MENT. IN LIB. D. R VTH

Deus deorum, qui facit iudicium pupillo & viduæ. Et iterum: Viduæ & pupillo non nocebitis: si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiā clamorem eorum. Cœue hēc fallacia, vel iniuria putes. Elimelechi iudicium considera. Ut pupillorum, viduarum, egenorū molestis vociferationibus se expediret, & opes male forsan partas iniquiore consilio seruaret, aus fugit: sed diuina vltione periiit, horrendis desperantium damnatorū clamoribus cruciandus. Opes quibus contribule afflitos iuuare noluerat, ab impiis alienigenis diripiuntur & dilapidantur.

Atque hoc diuini iudicij opus est, Christiana nimaduersione dignissimum: vt qui diuitiarum more nimio abutuntur, eisdem non gaudeat diutius. Hic mortis effectus, vt nos caducarum opum gloria & splendore penitus spoliaret. Relinquit (inquit diuinus cytharœdus) alienis diuitias. Itē Diues cū interierit, non sumet secū omnia, neque descendet cū eo gloria eius. Rursus: Thesaurizat & ignorat cui cōgregabit ea. Nudus egressus sum ex utero matris meæ, ait Iob, & nudus reuertar illic. Sed & his paucis Apostolus egregiè philosophatur: Nihil intulimus in hūc mundū: haud dubiū quod nec auferre quid possimus. Horū consideratione ad diuitiarū contemptum se, suōsque incitauerunt etiā Ethnici. Propertius scribit:

*Haud illas portabis opes Acherontis ad undas,
Nudus ad infernas, stulte, veheris aquas.*

Hoc Lucianus in Dialogis περὶ νεκρῶν, venustrē & graphicē suo more, depingit. Nullus est enim alias Diogenis & Pollucis; Menippi cū

Psal. 48.

Psal. 38.

Iob. 2.

I. Tim. 6.

Cræso, Philosopho & ceteris, Mercurij & Charentis ad transfretandos colloquiorum scopus.

Quin imò, mors æquat quos pecunia, gloria, potentiaque hic separat: & non rarò multos deterioris conditionis esse facit. Hinc Phocylides: πέντε ἵστιν οὐκ εἰσί. Omnes mortui æquales. Et Seneca: Hoc est iustitiae præcipuum, quod cum ad exitum ventum est, omnes in æquo sumus. Et poëta.

Mors Dominos seruis, sceptra ligeribus æquat,

Dissimiles simili conditione trahens.

Qui nescit longè deteriorē Pharaonis, Antiochi, Holofernis, Balthasaris, Herodis, Cayphe, Iudæ, & omnium impiorum conditionem ac sorte morte factam esse? Mors etenim peccatorū pessima. Hoc & Lucianus, ridens licet, docet in Menippo suo, ubi potissimos monarchas & tyrānos facit apud inferos vel mendicantes, vel falsamēta vendentes, vel detritos calceos mercede resarcientes, vel literas vrgēte inopia profitentes, cōtumeliis denique à quovis affectos.

Sed ad Elimelechi calamitates & miseras, redeūdū. Facti sunt filii eius orphani, & vxor eius vidua, pro eo quod nō est recordat' facere misericordiā. His flagellis deus castigat improbos auaros, acerbos fœneratores, & humanitatis immemores. Nabal qui egētis, ac exulis Davidis miseri' nō fuerat, vino sepult', repētina morte rapitur ad seueranci 1. Reg. 15. omnipotentis tribunalia. Auaro & immisericor- Lyc. 12. di, cui amplissima horrea non sufficiebat, dicitur: Stulte, hac nocte repetunt animam tuam à te; quæ autem congregasti cuius erunt? Quem nō

COMMENT. IN LIB. D. RUTH.

Lxx. 16.

terrebit Epulonis mors , damnatio , supplicium , desperatio? Referunt quendam Hatonem ex Abbatे Fuldēsi , Archiepiscopum Moguntinu:m anno Do. 914. horribili simūlque terribili morte vivendi finem fecisse; eo quod grauissimæ famis tempore , pauperes magno numero , largitionis spe in horreum vocatos & conclusos , flammis iniectis barbarica planè crudelitate consumpsisset . Omni siquidē ex parte mures tāta copia ebullierunt , tantaque pertinacia illum inuaserunt , ut nulla stipatorum opera , nullis carbonibus ac flammis circum eundem positis , nullis denique Rheni fluctibus , aut turris crassissimæ muris , quibus tandem conclusit prohiberi potuerunt , quo minus immanem tyrannum immaniter corroderent ac lacerarent . Huius meminit , & quid fermè simile Regi Polonorū contigisse , subindicat Author fasciculi téporum , ad annum Do. 1014 . Viderint personati huius seculi Abbates , Episcopi , Archiepiscopi , & purpurati galeroque redimiri , qui ecclesiæ Cardines haberī gaudent , quanta illos maneant suppicia , pro tantis bonis pauperum , quæ tam miserè & propudiose helluantur . Horum quidā decem , alij viginti , alij quinquaginta , alij centum , quidam etiā ducenta aureorū milia ē sacerdotiorū , redditibus possident : qui tamen nec docent , nec sacra faciunt , nec pésūm soluunt : nec vñquam fortasse , aut vestem nudo , aut panē esurienti porrexerunt , aut hospitem peregrinūm que domibus collegerunt . Viderint qui amplissima patrimonia ambitioso corporis cultu , ganeonibus , lustris , & cōuiuiis dissipat: & vix ē mēsa

decidētes micas, per Christi nomen obtestatibus
egenis largiuntur. Viderint etiā huius mūdi prin-
cipes & Rectores, horūmque improbi Publica-
ni, qui ex intollerabilibus tributis, grauissimis ve-
ctigalibus, ciuiū, agricolarū, pauperimorū arti-
ficium, ac pupillorum bonis, montes ferè aureos
coaceruāt; qua æquitate hoc totum in vnius mol-
lissimi aulici quæstum, aut vnius procacissimæ
meretriculæ pretiū conuertant: tot interea Chri-
sti membris fame pereuntibus. Utinam isti vel sal-
tem Herodem intollerandum tyrānum, sibi pro-
ponerent imitandum; qui propter maximum ge-
la, ingenti fame in Iudæa exorta, populum sibi nō
esse negligendum censuit: sed omnibus gazis in
publicam salutem cōsumptis, ornatum etiam re-
gium incidit, neque pretiosissimis vasis, neque
artificio pretiosissimis parcens: quo frumenta
(quibus abundabat Ægyptus) in Iudæam affatim
aduehenda curaret. Illi quoque à Sixti Papæ, Lau-
rentij Diaconi pietate vtinā nō abhorrerent; qui
thesauros philippi imperatoris suę fidei cōmissos
egenis maluerunt erogare, quām Decio tyranno
prodere, Ambrosio authore. Qui & de seipso
subiicit: Et nos aliquando in inuidiam Arriano-
rum incidimus, quæ confregerimus vasa mysti-
ca, vt captiuos redimeremus. Utinam vel Cypria-
ni Episcopi & martyris vmbrae assequerentur,
qui non tantum facultates proprias pauperibus
distraxit: sed & pro fide Christi relegatus ad clerū
suę Ecclesię scripsit, vt libros, vestesque suas ven-
derent, & pretio pauperum miseriā releuarent.
Faxit Deus vt vel vnuş eorum, Exuperij Tholosa-

*Iosephus 15.
antiq. cap. II.*

*Ambros. lib.
2. off. cap. 23.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Epist. ad Rn- ni Episcopi misericordiam æmuletur, qui (Hie-
stic.
ronymo laudatore) in redemptione captiuorum
& egenorum opere omnibus expensis, corpus Do-
mini in canistro vimineo, & sanguinem eius in
vase vitro in usum infirmorum seruare cogeba-
tur. Phœnice rarer nunc est, qui paria præstet. A-
nathema, anathema ingeminant cōgregati in eos
qui Ecclesiæ decretis non obaudient: & hæc Ec-
clesiæ decreta audacissimè spernunt: Pasce esuri-
tem; si non pauiisti, occidisti. Et: Aurum habet Ec-
clesia, non ut seruet, sed ut eroget. Superi melio-
ra velint, &c.

Considera deniq; in Elimelchi profana sepul-
tura, pœnam peccati, & diuinæ vltionis ac vindic-
æ signum, imò & opus esse, priuari honesta, sa-
crâq; piorū patrū sepultura. Argumentum enim
est eū qui illa priuatur nō pertinere ad cœtum ele-
ctorū, & filiorum Dei, sed ab hoc tandem segregandū
esse, ut hædi ab ouibus. Hinc inter male-
dictiones quas legis suæ cōtemptoribus minatur
Deut. 28. Dominus, dictum est: Sit cadaver tuum in escam
cunctis volatilibus cœli, & bestiis terræ, & nō sit
qui abigat. Cuius rei exempla, in Achabo, Iesabe-
le, Athalia, Ioacimo, Ioram, & aliquot aliis reisla
exhibita, ostenderūt non fuisse minas inanæ. De
Achabo népe & Iesabele dixit Elias: Canes come-
dēt Iesabel. Et: Si mortu⁹ fuerit Achab in ciuitate,
comedēt eum canes; si autem in agro, comedēt eū
volucres cœli. Et de cōscelerato hypocrita Achaz
3. Reg. 21.
2. Paralip. 28. scriptū est: Neq; enim receperūt eum in sepulcris
regū Israël. Äquum profectò nō erat, ut vel mor-
tuus eis adiungeretur, quorum viues pietatē reli-

querat. De Ioacim quoque qui ab optimi patris Iosiae singulari contestataque religione tam ne-
quiter degenerauerat, ait Dominus: Non plangēt eum, Eheu frater! Eheu soror! Heu Domine!
Sepultura assini sepelietur, putrefactus & proie-
ctus extra portas Hierusalem. Prohibet etiam Dominus Hieremias, vxorem accipere, & filios in Anathoth procreare, ne parem cum impiis vl-
tionem subeāt. Ecquānam ista est? Non plangen-
tur, ait Dominus, & non sepelientur, in sterquilinum super faciem terre erunt: & gladio & fame conseruentur, & erit cadauer eorum in escam vo-
latilibus cœli, & bestiis terræ.

Terem. 22.

Terem. 16.

Digressio de sepulturis.

Mirabile est Ethnicis quoque sepulcrorum tantam fuisse religionem, ut extra sacra, & gētem inferri fas esse negauerint. Imperatoribus, summis ducibus, viris de republica optimè meritis, magnifica monumenta, sepulcra operosa vna cum inscriptionibus, quas hodie passim Epitaphia vocamus, cōstruxerunt; iustaque feralia per soluerunt. Hinc leges istae: Honoratorum virorum laudes in concione memorantur: easque ad cantus, & ad tibicinem prosequantur. Vestibulū sepulcri, bustū ne ysu capito. Tā Solonis, quām Rōmana lege grāuissima pœna fuit interdictū, ne quis alienum bustum violaret, aut deiiceret: & violati sepulcri actio constituta. Locum etenim sanctū, & religiosum effici, mortuorum humatio-
nibus ac cineribus, non dubitauerunt: quinimò

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

sepulcris ditutis, nihilominus loca sacra esse, ipsorum sepulcrorum sanctitate in solo remanente, illis persuasissimum fuit. Secum etenim, Seneca & Tullio authoribus, ita ratiocinabantur: Omnibus natura sepulturam postulat. Naufragos ideo fluctus qui iactant & submergunt, sepeliunt. Crucibus suffixorum cadavera, etiam in sepulturam suam defluunt. Qui viui vrantur, etiam flammis inuolui, & cineribus adoperiri & sepeliri vindetur. Et Phocylides: Corpus de terra habemus, & omnes in ipsam soluti puluis sumus. Ether vero spiritu suscipit: Dei namque imago est. Speramus in terra in vita redire. Tertia itaque impetrare inse-
pultis: mortuis nec sepulcrum mortuorum aperias, neque non aspicienda ostendas soli, & diuinam iram concites. Huius vitae finibus, virtutis praemia concludi non possunt. Mors non omnia tollit, sed quandam bonorum in celum migrationem ador-
nat. Sit ergo magna cura sepulcri eorum. Ideo pri-
mus inter confertos hostes, supplex pergit ad Achille, multisque muneribus Hectoris filij sui cadaver ad sepulturam redimit: quod quadriugo curru raptans, & omni crudelitate lacerans, insepulatum canibus se praedam obiectum minabatur. Bella quoque non raro excita, propter bello interemptos a sepultura suorum prohibitos, docet Euripidis Phoenissae, ac Supplices: & Sophoclis Antigone. Lycurgus, authore Plutarcho, lege sanxit, ut in urbe, & secus Deorum templorum, sepulcra construerentur: quasi mortales, Deorum immortalium hac ratione hospites & conciues efficeretur. Et quidem scribit Xenophon, si quis parentum

mortuorum sepultra non ornet, hoc quoque res-publica Athen. Magistratum in explorationibus inquirit. Pro immanibus ac barbaris habitu sunt Græci suorum corpora exurentes, Persæ defodiētes, Indi adipe suillo oblinientes, Scythæ deuorātes, muria condientes Aegyptij, Magi feris tridentes lanianda, canibus lacerāda Hyrcani, Maf-sagetae senes suos mactantes & comedentes, Tibareni præcipitantes, Colchi atque recentiores Tartari ex arboribus suspendentes, Diogenes denique ac pares Cynici, feris proiici se inhuma-tos iubentes.

Tantum homines insigniter improbos, nefarios, & omni scelere contaminatos sepultura, & iustis exequiis carere voluerunt: adeò hac in re cù diuina lege conspirarunt. Romani parricidas insui volétes in culeū viuos, atque ita in flumen dei-sed lōr-riā-^{Tull. orat pro Rose.} iicientes, non modò sepulcrum eis denegabant, sed & terra, mari, aëre, cœlōque indignos eos iudicabant. Atheniensium lex erat, laudatore Xe-nophonte: Si quis hanc vrbem prodiderit, vel res sacras cleperit, in Attica non sepeliatur. Prodito-^{Lib. 1. hist. riarū Grac.}res itaque ac sacrilegos sepulturis arcebant. Ty-rannos quoque patriæ libertatem opprimentes, & qui in seipso crudeles spontaneo laqueo peri-bant, condi sepulcro aut humari non decebat, itaque insepulti abiiciebantur. Græcis lege cau-tum erat, vt qui patrimonium decoxerat, sepulcro patrio priuaretur. Apud Aegyptios si quem prauis moribus vixisse contigisset, eorumque reū agi, etiam si rex fuisset, eius eiectum in solitudini-bus cadauer, coruis, ferisque discerpendum daba-

*Lancian. de
Inclu.*

*Tull. 1. Tuf-
cul.*

Theod.lib. 9.

Lilius Gyral.

Hirodot.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Sueton.
Eutrop.

tur. His quasi legibus ac institutis, aliquot sunt exempla subiicienda. Scribunt Suetonius & Eutropius Domitianum Ro. imperatorem, alterum à Nerone Christianorum persequutorem, à propriis satellitibus multis vulneribus trucidatum, iussu Senatus Romani, populari sandapila(i. fere tro) per vespillones contumeliosè in quodam hortos exportatum fuisse. Aurelij Heliogabali

Aelius Lam-
prid. in He-
liogab.

hominis post homines natos turpissimi, in latrina ad quam confugerat, militari tumultu interfes-

In Epitome.

Et, corpus per urbis vias, more canini cadaueris (inquit Sex. Aurel. Victor) à milite tractum est, militari cauillo appellantium, indomitæ & rabidae libidinis catulam. Nouissimè cum angustum foramen cloacæ corpus minimè recipere, usque ad Tiberim deductum, adiecto pondere ne unquam emerget, in fluuium proiectum est. Cō-

Aelius Lä-
prid. in Com-
med.

modo imper. à Palæstrita strangulato, à Senatu populōque acclamatū est: Hosti patriæ honores detrahātur, parricidæ honores detrahātur, parricida trahatur, parricidæ honores detrahātur, parricida trahatur. Hostis patriæ, hostis deorū, carnifex Senatus, parricida Senat^o, gladiator, in spoliario lanietur. Qui senatū occidit, qui innocētes occidit, qui sanguini suo nō pepertit, qui tēpla spoliauit, qui testamēta deleuit, qui pretia vitæ exegit, & fidē nō seruauit, vncō trahatur. Parricida ciuiū trahatur. Carnifex vncō trahatur. Carnifex senat^o more maiorū vncō trahatur. Parricidæ cadauer vncō trahatur. Iulius Capitoninus author est, Maximino crudelissimo imperatore, adeoq; altero Busitide, ac Phalaride imperfecto, Senatū decre-

Iul. Capit.

uisse: hostis publici caput in profluente abiiciatur: Corpus eiⁿ nemo sepeliat, maximinū cū filio, Diis inferis deuouemus. Tandemq; de eodē, ac filio eius quē imperij consortē ascierat, subiicit: Sepulcrum eorum nulla extant: in profluentem enim cadaueram eorum missa sunt, & capita eorum in capo Martio, insultante populo, exusta. Quin & eius fautores senatus consulto occisi, tracti sunt, & in cloacam missi. Decius post cruentas Christianorum cædes, in solo barbarico, ait Aurelius Victor,
Aurel. Vict.
 victus, inter confusas fugientium turbas, gurgite paludis submersus est, ita ut nec cadauer eius potuerit inueniri. Prætermitto Valerianum, Julianū, Valentem, & alios innumerabiles tyrannos, Deo & hominibus exoscos, quorum cadaueram vel in cineres redacta, vel feris, anibus, piscibusve in prædam data fuerunt, sicque iustis sepulturis priuata: ut de Christianorum institutis dicam.

Extant Ecclesiæ Catholicæ amplissima atque ornatissima de sacris sepulturis decreta, quibus piorū virorum maximè commendatur in locis sacris facta cum maioribus, coniugibus, & amicis humatio: impiorum autē aliquot districte prohibetur. Siquidē Gregorius nonus summus Ecclesie Lib. 3.
 six pōtifex his verbis decernit: Nos instituta maioretatē, statuimus vnumquēque in
decretal. tit.
 maiorū suorū sepulcris iacere: ut Patriarchū exitus docet, &c. Abrahā, Isaac, Iacob & Ioseph intelligit, qui Mose authore, sumis votis exoptarū in terra ob Messiā venturū benedicta, cū suis amicis fidelib⁹, ac maioribus in sepulcro cōdi. Quinimō & ipsū Adamū volūt Origenes, Cyprianus, Athanasius, Basilius, Epiphanius, Augustinus, post

Gen. 25.35 50.

COM MENT . IN LIB . D . R VTH

multos casus & discrimina rerū, quibus nongētis
 & triginta annis iactatus fuit, venisse tādē in mō-
 tem qui postea dictus est Caluariæ: ibidēmque
 curasse sepeliri, vbi oraculo didicerat Christum
 mundi redemptorem moritum. Rursus causa
 13. q. 2. Can. Ebron, superioribus patriarcharum
 exemplis constituitur, vt coniugati in vno sepul-
 cro recondantur: quando Abrahā & Sara, Iсаac
 & Rebecca, Iacob & Læa in spelunca duplici si-
 mul quieuerint. Thobias quoque filio suo præce-
 perit: Cūm acceperit Deus animam meam, cor-
 pus meum sepelies: & honorem habebis matri
 tuæ, & cūm ipsa compleuerit tempus suum, sepe-
 lias eam iuxta me in vno sepulcro. Quos con-
 iunxit vnum coniugium, coniungat vnum sepul-
 crum, quia vna caro sunt: & quos Deus coniun-
 xit homo non separat. Continuò subiicitur: Vna-
 quæque mulier sequatur virum suum, siue in vita,
 siue in morte. Sotor B. Benedicti condita est in
 sepulcro, quod ipse sibi parauerat: vt quorū mens
 vna fuit, inquit Gregorius magnus, eortū quoq;
 corpora sepultura non separaret. De aliquot piis
 regibus scribitur: Obiit, & appositus est ad pa-
 tres suos. Concilium Triburiense circa annū Do-
 895. cap. 15. constituit vnumquemque sepeliendū
 esse vel in maiori Ecclesia, vel in ea in qua re-
 ligiosorum Canonorum, vel monachorum, vel
 sanctimonialium religiosa congregatio commu-
 niter degerit: vel saltem vbi dēcimas persolue-
 rit.

Thob. 4.

Math. 19.

Lib. 2. dial.

cap. 34.

13. q. 2. Can.

Vbicunque.

Lib. 2. me-
morab.

Hāc porrò sacræ sepulturæ religionēm, vñā cū
 piis ritibus, ac statis solemnibūsque ceremoniis,
 que

quæ à Catholicis religiosè seruatūr, ab ipsis Christi Apostolis, hōrumque discipulis, originem traxisse & per totū orbem Christianū dimanasse nemo dubitat, qui sacris literis & antiquissimis scriptoribus fidem habuerit. Nemo nescit ipsum mundi seruatorem Iesum Christum, Martham, *Io. 11.* Magdalenam, ac pios aliquot Iudæos super Lazarī morte lacrymas profudisse. Sed & oinnes, qui vñquam de animorum immortalitate, corporum resurrectione, ac vita æterna piè recteque senserunt, suorum funera diligenter curauerunt. Extincto homine Iudæi tibicines conuocabant, qui cātu subtristi alios ad commiserationem, lacrymas, & preces incitarēt. Dein, corpora sedulò lauabāt, quasi aliquando pura & sancta diuino tribunali fistenda, & inter angelos collocanda; & aliquando adseruabant, vt de Tabitha legitur. Postea, *Act. 9.* lin- teis mundis, & pro viribus, preciosis aromati- bus prius condita inuoluebant, quemadmodum Iacobi, Dauidis, Lazari, Christi denique docet historia. Præterea, frequenti ac honesta parentum, amicorum, vicinorūmque comitiua, loculis elata cadauera, in cœmeteria deducebant, quæ tū extra urbium moenia extabant, vt cap. 7. Lucę claram est. Monumenta opulētiorum in lapides ex- eisa & parata fuisse indicat Lazari, Arimatheiensis, *Io. 11.* & Christi sepulcra. Magdalena exitus, & Iudæorum verba satis declarant, eos consueuisse interdum excurrere ad tumulos suorum, vt flerēt. Curauerunt protomartyrem viri timorati, cum plan- etu magno, ait S. Lucas. *Act. 8.*

Constat quoque veteris Ecclesiæ historiis,

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Apostolos cœmeteria, id est dormitoria, humanis (quantum per tranquillitatem à persecutionibus licebat) piorum Christianorū corporibus cōsecrassē: in quæ non sine religiosa comitiua, sacrificio, psalmis, & precibus deferebantur, & terra mandabantur. Apostolicam constitutionem collegit, & posteris cōmendauit B. Clemens, his verbis: σωμαθρούζεσε ἐν τοῖς κοιμητηρίοις, τινὶ ἀνάγνωσιν τῶν ιερῶν βιβλίων, ποιουμένοις καὶ φάλλοντες ὑπὲρ τῶν κεκομιμένων μαρτύρων, καὶ πάντων τῶν ἀπὸ ἀιώνος ἀγίων, καὶ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν τῶν ἐν κυρίῳ κεκομιμένων.

Lib. 6. Conf. ca. 29. in tralat. Turriana: & 30. in Oftmanni.

Conuenite in cœmeteriis ad legendum sacros libros, & canendum psalmos pro mortuis martyribus, & sanctis omnibus qui sunt à seculo defuncti; ac pro fratribus vestris, qui in Domino mortui sunt. Quibus liquet cœmeteria tū dicata fuisse sepulturis, sacrisque lectionibus, psalmodiis, & cantionibus pro defunctis. Ad honorem & gratiarum actionem siquidem martyres erāt: ad requiem verō & salutem postulādam, si pœnis expiatoriis adhuc detinerentur. De oblatione autem corporis Christi pro fidelium animabus, & psalmorum modulatione in efferendis horum corporibus, subiicit: Καὶ τινὶ ἀντίτυπον τῷ βασιλέου σωματος χριστῷ δειπτινῷ ἐνχαρισίαις προσφέρετε ἐντε τοῖς ἐνικησίαις ὑμῶν, καὶ ἐν τοῖς κοιμητηρίοις. Καὶ ἐν τοῖς ἔξοδοις τῶν κεκομιμένων φάλλοντες προπέμπετε αὐτὸς, ἐὰν ἔστι πιστὸν ἐν κυρίᾳ. Et antitypon (id est, sacramentum) regalis corporis Christi, & acceptabilem Eucharistiam offerte in Ecclesiis vestris, & in cœmeteriis. Atque in exercitiis defunctorum psallentes ipsos deducite, si

fuerint fideles in Domino. Hæc est doctrina & traditio verè Apostolica, per omnes orientis, meridiei & occidentis Ecclesiæ ab illorum temporibus ad nos usque fideliter conseruata. Accedit alterius discipuli Apostolorum exploratum certumque testimonium, Dionysij nimirum Areopagitæ, eosdem sepeliendi ritus confirmantis. Coacto sancto cœtu, ait, venerandus Antistes (siquidé sacerdotalis ordinis fuerat, qui obdormiuit) ante sanctum altare inclinans eum, orationem ad Deum inchoat & gratiarum actionem. Si autem honestissimis Monachis, aut sanctæ plebi insertus erat, ad venerandum sacrarium ipsum ante sacerdotum reclinat ingressum, deinde perficit sacrum solemne precationis, & gratiarum actionis Pontifex. Deinceps vero ministri diuinis inserta eloquiis, verissima de nostra resurrectione promissa recitantes, consentanea tantumdemque valentia cantunt psalmorum Cantica, &c. Postea accedens venerabilis præful precem super eo sacratissimam peragit, & defunctum salutat, & post illum qui astant omnes: & honesto in loco ponunt corpus, cum æqualibus aliis corporibus sanctis. Haec enim magnus Dionysius, Pauli Apost. auditor, & Timothei condiscipulus. Sacro itaque templi aut cœmterij loco Christianos sepeliri, & ad id cum psalmorum, orationum, gratiarum, & Canticorum quæ de resurrectione sunt, melo, ab eorum qui sacris præsunt choro efferti, ab Apostolis traditum est.

Sed de precibus & sacrificiis pro requie defunctorum paulò post aptior occurret dicens locutus, nunc tantum de sepeliendi ritibus

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Euāgelicis & Christianis aduersus hēreticos Cal-
uinianos dissero : qui suorū putida cadauera per-
inde ac si brutorum essent , nullāmque spē resur-
rectionis haberent , aut noctu in suis hortis: aut si
interdiu, in aliquam vilissimam scrobem, vel ster-
quillinum, siue vllis sacris abiiciunt & obruunt:
quos iam euicimus esse doctrinæ Apostolicae hac
in re contemptores & hostes. Magdeburgensem

Cent 1.lib.2. quoque Centuriatorum magnum ac impudens
pag. 504. mendacium refellimus, qui non erubuerunt scri-
& Cent. 2. bere, neque præceptum, neque exemplum ullum , de can-
pag 121. 122. tionibus vel orationibus pro mortuorum requie & salute,
in probatis primi & secundi Ecclesiæ seculi authoribus in-
ueniri : sed neque consuetudinem aliam agendi cum vita
defunctis, quam sepeliendi iniecta terra . Quod quām
impudens quām falsum , & impium sit, duo supe-
rius citati testes ostendunt . Quibus merito addi
possunt ea, quā Nicephorus, Glycas, Cretēsis, Da-
masenus, Euthymius, Metaphrastes, Iuuenalis
Hierosol . Melito Sardensis monumentis tradi-
derunt de sacris B. Deiparæ exequis . Nimirum
quòd Apostoli diuinitus illic adfuerūt, & corpus
illud quod authorē vitæ & salutis peperit, magna
reuerētia subiectis humeris in Getsemane asporta-
runt, cum incredibili cereorum ardentiū, florū,
Apolog. cap. psalmorūmque pompa & melodia. Tertullianus
42. Et lib. de etiam quem virum Apostolicorū temporum ap-
animata. pellat Hieronymus , disertè adfirmat Christianis
cōsuetū fuisse mortuos suos ad sepulturā religio-
sē cōponere, tum Sabæorū vnguentis, tum maxi-
mē presbyterorū orationibus. Eusebius quoque
prudens, seuerus, & grauis explicator rerum, quæ

temporibus illis contigerunt, refert Iacobum Apost. à Iudeis de templi fastigiis præcipitatum, prope idem honesto tumulo collocatum, cui columella eiusdē nomini inscripta addita fuit, quæ Lib. 2. hift. ibidem ad sua vsque tēpora permanerit. Et pau- cap. 22. &
lō post, meminit inscriptionū quæ in cœmeteriis ^{24.}
Romæ erant super SS. Apostolorum Petri & Pauli monumētis. Caij etiam vetustissimi autho-
ris citat testimonium, qui de trophēis & præcla-
ris eorumdem Apostolorum monumētis aduer-
sus Cataphrygas gloriatur. Sepulcri quoque Phi-
lliippi diaconi, & quatuor filiarum eius, quæ spiri-
tu propheticō floruerant, vt celebris & sancti cu-
iudam operis, Gaium quendam antiquum scri-
ptorem in suis contra Proclum disputationibus,
mentionem fecisse refert. Citat etiam Epistolam
Ecclesiæ Smyrnensis ad Ponti Ecclesiæ, in qua
pij viri qui Apostolicum virum Polycarpum ad
ignem pro Christi nomine damnatum, comitati
fuerant, contestantur, se ingēti desiderio cupiuſſe
sancti martyris corpus ad sepeliendum rapere.
Verūm furore gentium & Iudeorum in cineres
redactum fuit. Sed nos, inquiunt, postea ossa eius
potiora lapillis preciosis, aurōque puriora, ex ci-
neribus selecta, eo loco reposuimus, qui illi erat
decorus & consentaneus. Sed & Dionysius Ale-
xandrinus Eusebio Cæſāriensi longè superior, E-
pist. ad Domitium & Didimum, cuidam Euse-
bio tum diacono, sed postea Laodiceæ Episcopo
in magna gloria & laude ponit, quod non solum
martyribus qui carceribus tenebatur, sunimo stu-
dio inservierit, sed etiam quod lintea, quibus illo-

Lib. 3. hift.
cap. 25.

Lib. 4. ca. 14.

Euseb. lib. 7.
hift. cap. 10.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

rum iam vita defunctorum corpora ad sepulturam inuoluerentur, neglecto vita periculo confienda, præparanda curauerit. Idémque rursus Dionysius Epist. ad Hieracem Aegypti Episcopū, aliquot sepeliendorum ritus his verbis comprehendit: Sanctorū corpora (pij viri) nō sunt grauati manibus erectis superinīisque excipere, gremio suo reponere, occludere oculos, ora obturare, gestare humeris cadauera, decenter ornare, illis adhærescere, amicē complecti, lauare accuratē, & linteo funebri inuoluere. Asterij senatoris Romanie-

Euseb. lib. 7. gregium facinus celebrat Eusebius, quo S. Mari-
hist. cap. 14. ni fortissimi militis martyrio præstò adfuerit, & eius corpus simul atque è vita migravit, pretiosa & splendida veste obtectum sustulit, atque humeris impositū, denique magnifico & sumptuoso linteo inuolutum decenti sepulcro condiderit. Sed quo in loco? In religiosis cœmeteriis pro-

culdubio, quæ Christianis restitui iusserat imperator Galienus, ut idem laudata Principis epistola,

recitat Eusebius. Quinetiam Origenes, primus post Apostolos (iudicio B. Hieronymi) Ecclesiariū magister, docet humana corpora veluti animæ rationalis domicilia & organa, sepulcro honorifice demandanda. Alibi quoque meminit preciosi vestitus, quo defunctorū ornatabant mēbra, cùm terra condebantur: quem si quis pro consuetudine amico mortuo mitteret, prius conscindebat, ne eo à flagitiis surrepto, funus irreuerēter abiiceretur. Simulq; publici recordatur luctus, qui septē diebus & septē noctibus super mortuos habebat. Atq; hæc pauca ex innumeris exēplis & testi-

Lib. 7. cap. 12.

Origen. lib. 5.

& 8. cont.

Celsus: &

lib. 1. & 3.

in Iob.

mon
rūm
prob
stian
hære

Qu
fiasti
ad El
redear
mo, c
res, c
ritu
bis: P
aut p
do vi
illis i
mis a
de iis
niā si
imp
Quo
se ip
occa
dext
nō ap
insep
prop
hum

S
crile
das,

moniis, quæ ex duobus primis Ecclesiæ, martyrumque seculis colligi possunt, sufficient ad comprobationem sanctorum rituum sepulturæ Christianorum; simulque Centuriatorum, & aliorum hæreticorum redargutionem.

Quot autem, qualèvsse iuris divini, atque Ecclesiastici authoritate sacra sepulturæ sint arcendi, ut ad Elimlechum (qui profanam tantum accepit) redeamus, iam ordo postulat ut differamus. Primo, omnes eos qui propriæ necis sibi sunt autores, quomodocumque id contingat, Christiano ritu sepeliri prohibet Conciliū Bracarēs, his verbis: Placuit aut qui per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitiū, aut suspicdiū, aut quolibet modo violentam sibi ipsis inferunt mortē, nulla pro illis in oblatione cōmemoratio fiat, neq; cū psalmis ad sepulturā eorū cadavera deducantur. Quod de iis interpretandū est, qui sui cōpotes sunt: quoniam si per furorē & amentiam id contingēret, non imputaretur, ut abundè docetur 15. quæst. 1. Can. Lib. 3. de bell. cap. 14.

Quod autē. Hebræi (Iosepho authore) eos qui in se ipsis eo modo crudeles fuissent, usque ad solis occasum insepultos abiiciebāt: Gentes autē etiam dextras illis abscondebant. Menelaus & Agamēnō apud Sophoclē enixissimè contendunt Aiace In Aiace Flaminio, qui insepultum auibus & feris relinquēdum, quod se gellif. proprio pugione cōfodisset. Adeo misericōde leges, humanæ cum divinis in his consentiunt.

Secundo, publicè facinorosos, veluti fures, sacrilegos, pyratas, prædones, incendiarios, homicidas, arcet sepultura idem Concilium, subiiciens:

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Similiter & de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus moriuntur. Hoc tantummodo de impoenitentibus accipiendum esse vult Gratianus, dum adiicit: Impoenitentes subaudiatur. Nam conciliū Vvormatiense, cap. 8o. permittit suspensos in patibulis pro suis sceleribus, modò de omnibus peccatis suis puram confessionem & poenitentiam egrent, sepulturæ mandari. Cui leges humanæ adiiciunt, dummodo Principis, aut Magistratus accedat authoritas. ff. de cadaue. l. 2. Volunt enim hac publica ignominia expositi cadaueris, alios detergere & reuocare à similibus facinoribus.

*Lib. 5. Decreto
tal. tit. de ha-
ret. cap. 2.* Tertiò, hæreticos, horùmque fautores, pugnatores, & receptatores sepieliendos verat hoc decretum Ecclesiæ: Quicumque hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum sciéter præsumperint Ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vñq; ad satisfactionē idoneā excōmunicationis sententiæ se nouerint subiacere. Nec absolutionis beneficiū mereātur, nisi propriis manibus publicè extumulent, & proiiciant huiusmodi corpora dānatorū. Et locus ille perpetua careat sepultura. Nō desunt scripturæ testimonia, nec historiarū exēpla, quib⁹ corroboretur hoc decretū. Sub lege nāque hæreticorum typum gesserunt profi, qui extra castra eiiciebantur: Nadab & Abiu, quorum cadauera diuina vltione exanimata, & ipsa quoque castris eiecta: Dathan, Core, Abiron cum asseclis, quos terra viucs deglutiuit, & ad inferos rapuit. Insepulti quoque maneant falsi prophetæ populum à patrum suorum

Leuit. 13.

Leuit. 10.

Num. 16.

sacris abducentes, & nouis, falsisque religionibus
initiantes. Horum quadringentos & quinqua-
ginta Elias trucidauit in torrente Kison. Id est,
extra terram promissionis, ne videlicet eorum
sanguinibus & cadaueribus ipsa contaminaretur.
Et piissimus regum Iosias aliorum pseudopro-
phetarum ossa ex tumulis extrahi, & in fauillas
conuerti, atque dispergi iussit in aura. Sub euau-
gelio, iussit filius Dei eum habendū esse pro ethni-
co & publicano, qui ecclesiam non audierit. Pau-
lus iubet haereticum hominem deuitare, subtra-
hendum se ab eo qui non ambulat secundum tra-
ditiones apostolicas; nullam partem esse infideliū
cum fidelibus, tenebrarū cum luce, filiorum Be-
lial cum seruis & membris Christi. Ioannes illos
recipere in domum vetat, aut etiam Ave dicēdo,
salutare. Petrus Simonem magum omnium ha-
reticorum parentem, vnam cum pecunia sua, iubet
ite in perditionem. Quomodo igitur sacræ sepul-
turae locum illis impostoribus, pestilentissimis
hominibus, grauissimisque lupis, inter oves Chri-
sti concessissent? Simonis cadauer in Romano fo-
ro aliquandiu computruit: Cerinthi in balneo
oppressum, lacerumque iacuit: Montani, ac Pris-
cilla & Maximilla de infælici arbore suspende-
runt: Theodoti ex aere (cūm cœlum petere ten-
taret) graui lapide confractum est. Sabellius tur-
piter occubuit: Manes in Perside excoriatus, lu-
pis & coruis præda fuit. Arius latrinas, Nesto-
rius terræ horrendos hiatus pro sepulcro habue-
runt, &c.

Quarto, sacra sepultura interdicitur Iudeis,

3. Reg. 19.

4. Reg. 23.

*Matth. 18.
Tit. 3.*

2. Thess. 3.

2. Cor. 7.

2. Io.

Act. 8.

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

ethnicis, & vniuersis infidelibus; quoniam absurdum visum est mortuos illos facrorum ecclesiæ

De conf. dist.
I. Can. Ecclesiam.
participes esse, qui ab eius communione vixerunt extores. Canonis verba sunt: Ecclesiam in qua paganus sepultus est, non liceat cōsecreare, neque Missas in ea celebrare: sed iactare foras, & munda-
re oportet. Et continuò post: Ecclesiā in qua mor-
tuorum cadavera infidelium sepeliuntur, sanctifi-
care non licet, sed si apta videtur ad consecrandū,
inde euulsis corporibus, reædificetur.

Concil. Lat.
cap. 25. lib. 5.
Decretal. 11-
tul. 19. cap. 3.
Quintò, acerbissimi fœneratores, nisi ante su-
prenum diem pœnitentia ducti, malè parta re-
stituerint. Concilium Lateranense sub Alexádro
3. de his ita definit: Constituimus ut usurarij ma-
nifesti nec ad communionem admittantur alta-
ris, nec Christianā, si in hoc peccato deceperint,
accipiant sepulturam: sed nec eorum oblationem
quicquam accipiat. Qui autem acceperit, aut eos
Christianæ tradiderit sepulturæ: reddere cōpellatur,
& donec ad arbitriū Episcopi sui satisfaciat,
ab officij sui maneat executione suspensus. De
his rursus præclara & eximia decreuit Concilium
Parisense, sub Ludouico & Lothario. Imp. lib.
1. cap. 53: item Clemens quintus in Concil. Vien-
nenſi, lib. 3. Clement. cap. 1. Hoc autem de u-
surariis manifestis duntaxat intelligendum in-
nuit ibidem Clemens pontifex: sicut & Gre-
gorius decimus in Concil. Lugd. vt refertur in
sextō Decretal. lib. 5. titulo de Uſuris. Qui vero
manifesti dicantur, ibi reperies. Rursusque, dum
viventes nullam, vel minus sufficientem fecerunt
de restituendo cautionem,

Sextò, nominatim interdicti; itemque publicè excommunicati, ab homine vel à iure, idque maiori (quam vocant) excommunicatione, ecclesiastica sepultura prohibentur. Si quidem Clemens quintus in Concil. Vien. hanc edidit constitutionem. Eos qui propriæ temeritatis audacia, defunctorum corpora in cœmeteriis vel excōmunicatos publicè, aut nominatim interdictos sciēter sepelire præsumunt, decernimus ipso facto excommunicationis sententiæ subiacere. Quia nō solum tales sepelire vetat, sed & sepeliētes sacrīs interdicit, & Christiana communione submouet.

*Lib. 3. Cle-
ment titul. de
Sepult.*

Septimò, prædones, raptore, & sacrilegi, qui ante diem supremum nec pœnitentiam, nec satisfactionem peregerint sepeliri prohibentur. Eugenij tertij hac de re decretum refert Gregorius nouus lib. 5. Decretal. titulo 17. qui est de raptoribus incendiariis, & violatoribus ecclesiistarum.

Octauò, idem Gregorius lib. 5. Decretal. titulo 26. qui est de maledicis, Ecclesiæ ingressum, & post obitum ecclesiasticam sepulturam interdit iis, qui contra Deum, vel aliquem Sanctorum, & maximè beatam Virginem, linguam in blasphemiam publicè relaxare præsumperit, si pœnitentiam eodem loco præscriptam recipere ac peragere renuerit. Id verò æquissimum iudicabit quisquis attenderit diligenti animo quām seuerè, iustèque vniuersam blasphemiam prohibeant sacræ literæ. Quin imò, etiam humana iuria supremo supplicio adiudicant eos, qui Principem, Regem, Imperatorem, aut etiam eorum statuas contumeliis affecerint. Theodosij magni maiest.

22. quest. 1. e.

Si quis per

capillum.

6. Quest. 1. ca.

Quero, &c. ca.

Si quis.

C. titul. ad le-

gem Iuliam.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH
cruelis in Thessalonicenses animaduersio, propter deiectionem imperatricis statuam nota est.

Num, iis qui in manifesto, grauique peccato mortali deceidunt, in sacris locis sepeliri, plus obesse quam prodeesse, ecclesiae canones decernunt? 23. quæst. 2. canone Quibus. Eos enim (ait canon) sacra loca non liberant, sed de culpa temeritatis accusant. Ibidem quoque, can. Cum grauia, & sunt verba Gregorij magni. Nam quos grauia peccata depriment, ad maiorem cumulum damnationis, potius quam ad solutionem eorum corpora in ecclesiis ponuntur.

Decimò, Monachi cuiuscunque ordinis aut instituti, qui sine Abbatibus aut alterius superioris sui licentia, in extremis constituti cum peculio fuerint inuenti. Decreuit namque Concilium Lateranense: Qui peculium habuerit, nisi ab Abbatete fuerit ei pro iniuncta administratione permisum, à communione remoueatur altaris: & qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, & dignè non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam. Quod etiam de universis religiosis præcipimus obseruari. Petrus in

Actis Ananiam & Saphiram partem venditi agri, contra votum seruantes, terribili ac subitanea, morte multauit. Refert Hieronymus apud monachum vita defunctum in Nitria Aegypti, inuenitos esse centum solidos, quos lina texendo acquisierat; eum autem SS. Macarij, Pambonis, & Isidori sententia in sterquiliniū humatum cum pecunia, dicēdo: Pecunia tua tēcū sit in perditionē.

Vndecimò, Gregorius quintus, Alexander

Lib. 4. dial.
cap. 40.

Lib. 3. Decre-
bal. sit. 35. de
statu monach.

Alt. 5.
Epist. ad
Eusto. de cu-
stodia virg.

Act. 8.

tertius, Innocentius, Eugenius, & Concilium Lateranense eos Christiano more sepeliendos prohibuerunt, qui in hastiliis & torneamentis (quæ vocant) occubuerint. Hi namque ludus cum ad ostentationem vitium, & vanam gloriam cum vitae & animarum periculo fiat, merito prohibentur, Lib. 5. decretal. titulo 13. cap. 1. & 2. & ff. ad legem Aquil.

Duodecimo, Innocentius tertius in concilio Lateranensi, anno do. 1215. cap. 21. sanciuit eos omnes & viuentes ab ecclesiæ ingressu arceri, & morientes Christiana carere sepultura, qui semel saltem in anno, peccata confessi non fuerint proprio sacerdoti, nec ad minus in Paschate, Eucharistiae sacramentum suscepint. Hoc autem decretum suis calculis probauerunt Patriarchæ Constantinop. & Hierosolym. qui vnâ cum 70. Archiep. & 400. Episcop. huic concilio adfuerunt. Sed de sepulturis, & Elimelecho iam satis: de liberis eius, quos inter Moabitidas, orphanos reliquit, dicendum.

4. *Qui acceperant uxores Moabitidas, quarum una vocabatur Orpha, alteraque Ruth: manseruntque ibi decem annis.*

Hebræi: Et tulerunt, ceu assumperunt sibi: Chaldæus paraphrastes addit: Transgressi autem decretum diuini oraculi, sibi duxerunt extraneas uxores Moabitidas, quarum unius nomine erat Ourpa, alterius vero Rutha, quæ filia fuit Eglonis regis Moabitarum: ibique manserunt plus

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

minus decem annos. Ex Hebræis quoque non desunt, qui Orpham etiam ipius Eglonis filiam, & Ruth germanam putent: quod nec improbant quidam Latinorum. Author fasciculi Mirhæ, ex suis Rabbinis in Genesin, etiam contendit ipsam Noëmin nobilem Ammonitidem fuisse: quorum fides apud illos sit. Difficile siquidem creditu, Regem ethnicum Hebræis, pauperibus & exilibus, filias in uxores dedisse: nisi forsitan diuinares, illas post necem patris, regno in aliâ forte familiam translato, in tantam paupertatem, & miseram conditionem redactas fuisse, ut etiam exilibus elocarentur. Miserrima profectò & omnium abiectionissima est nobilium conditio, quando ex summis honoribus & diuitiis, in altam pauperiem deiiciuntur. Nescis qua ætate Hecuba servire cœpit? Sisygambis Darij mater, & Zenobia Palmyreorum regina, ex summa gloria in miseram servitutem abactæ sunt. Et sanctissima Deipara tot Regum, patriarcharum, & prophetarum filia, fabro nupsit. Verum, pro Rabbini- rum, aut Paraphraстis sententia cum nemine pertinaciter contendérим: noui etenim illos patres circuncisos sæpenumero ineptos & deliros. Solēt etiam pro innata genti superbia, generis sui antiquitatem, nobilitatem ac claritatem super cœlū extollere, de hisque superbire. Hinc istæ popularis iactationis, etiam corā mundi iudice, voices: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vñquam. Vnum patrem habemus Deum. Quibus aptissimè dictū est: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nā virtute decet, non sanguine niti;

Non census, nec clarum nomen auorū, sed probi-
tas magnos, ingenijūmque facit. Parum prodest
stemma, pīcti que vultus maiōrū, si malē vinuitur.
Istiusmodi gloriōsos & intolerabiles sui generis
iauctatores, his verbis retundit Boethius: *Quid ge-*
nus & proauos strepitis? Si primordia vestra, Au-
torēmque Deum spēctes, nullus degener extat,
Ni vitiis peiora fouens, proprium deserat ortum.
Sed his valere iussis, alia expendamus.

Iosephus putat Maalonem & Chelionē his alie-
nigenis nuplissē, adhuc viuente, imo consentiētē,
Lib. 1. Anno
& autore patre suo Elimelecho: alij post obitū il-
lius factū existimāt. Quicquid sit (parū equidē re-
fert) pater legi Mosaicę parū addictus, filios indi-
sciplinatos, & diuinorū māndatorū audacissimos
prævāricatores & contemptores reliquit. Nam
exploratū & certum est illos grauiter deliquisse in
hoc matrimonio cōtrahendo: eosque toto cōlō
aberrare, qui aliquot friuolis ac ineptis ratiūculis
omni culpa illos liberare conātur. Etenim (vt Pa-
raphrastis, & aliorū Hebræorum censurā præter-
mittā) diuina lege strīctē prohibebatur, ne aliquo
amicitię, aut affinitatis fœdere cū Palestinis & a-
liis infidelibus Israēlitę iungerētur. Cūm ttadide-
rit tibi eas gétes Dominus Deus tuus (ait Moses)
Dēut. 7.
percutes eas vsque ad internacionē: nō inibis cū
eis fœdus, nec misereberis earū. Neque so ciabis
cū eis coniugia: filiam tuā nō dabis filio eius, nec
filiā illius accipies filio tuo, &c. Et iterum: Nec v-
Exod. 34.
xorem de filiabus eorū accipies filiis tuis: ne post-
quā ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciat filios
tuos post Deos suos. Iosue rursus in publicis toti⁹
populi comitiis, quę paulò ante obitū suū habuit

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Iosue. 23.

eadem cautiones repetens, & confirmans, dixit:
 Si volueritis cum his gentibus in scire connubia,
 atque amicitias copulare, erunt vobis in foueam,
 ac laqueum, & offendiculum ex latere vestro, &c
 sudes in oculis vestris, donec vos auferat Domi-
 nus, atque disperdat de terra hac optima, quam
 tradidit vobis. Hæc sunt iuris diuini testimonia,
 quibus omnem pacem, omnem cognationem,
 omnem arctiorem necessitudinem cum illis bar-
 baris, idololatris, & à vera religione alienis ha-
 bere vetabantur. Quod non solum de septem il-
 lis nominatim proscriptis Gentibus, sed de omni-
 bus in uniuersum infidelibus cautum fuisse, ad-
 iuncta ratio probat. Ne (inquit) seducant cor-
 tuum, & fornicari faciant cum diis suis: quod pe-
 riculum imminebat omnibus iis, qui ethnicis
 iungebantur.

Deut. 23.

De Moabitis, singularis quoque est hæc prohibitiō: Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem nō intrabunt ecclesiam Do-
 mini in æternū. Id est, filias vestras nunquā eis
 elehabitis. Ciuitate & patria vestra nunquam eos
 donabitis, sic ut veri Israēlitæ censeantur: sed po-
 tius sortem spuriorum subibunt, quando & ipsi
 ex stupro filiarum Lot nati sint. Causa vero du-
 plex additur. Quia noluerunt vobis occurrere cū
 pane & aqua, quando egressi estis ex Aegypto: &
 quia conduxerunt contra te Balaam, ut maledice-
 ret tibi. Subiicitur: Non facies cum eis pacem,
 nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in
 sempiternū. Id est, nullo unquam fœdere pu-
 blico studebis eorum tranquillitati, aut utilitatī.

Tertiam

Tertia
 tuum
 vxore
 racliti
 Esdras
 lum ec
 & Mo
 dem c
 bus ex
 si legi
 pernici
 animu
 tida &
 infeli
 Iudei

Ad
 Maha
 vero
 sine li
 nas pr
 chol,
 riles f
 uam f
 rò ac
 sterili
 ter ve
 cut no
 mo, c
 Me
 ra alie
 trim
 enim

Tertiam rationem addit Theodoretus: In perpetuum vetat cōmunicare cum Moabitis, eo quod vxores, & filias suas adornantes, prostituerunt Israēlitis, vt eos ad sacrificandum idolis allicerent. Esdras & Nehemias post captiuitatem, non solum eos coarguerunt, qui vxores Ammonitidas & Moabitidas sibi assumpserant, verū etiam easdem cum liberis suis penitus repudiare, & dominibus expellere compulerunt: quod non fecissent si legitimo connubio copulati fuissent. Inter perniciosas & sceleratas vxores, quæ Salomonis animum ad impietatem inclinauerunt, Ammonitidæ & Moabitidæ numerantur: quo exemplo, & infelici euentu clarum est, pernicioſissima fuisse Iudæis huiusmodi matrimonia.

Ad hæc, cùm de vxoribus natura fœcundis Mahalon & Chelion nullos liberos suscepint, vero simile est in vltionem id contigisse: quoniā sine liberis decedere inter maledictiones & pœnas prævaricationis diuinæ legis recensetur. Michol, & vxores Abimelech propter peccata steriles sunt. Et propheta imprecatur impiis, vulnus sine liberis, & vbeta arentia. Fœcunditas verò ac liberorum copia inter benedictiones. Nec sterilis (inquit Dominus) nec infœcunda erit in- ter vos. Vxor tua sicut vitis abundans, Filij tui sicut nouellæ oliuarum, Ecce sic benedicetur ho- mo, qui timet dominum.

Mors denique immatura, qua exules, & in terra aliena defuncti sunt, satis ostendit illorum matrimonium Deo inuisum & ingratum fuisse. Illa enim inter supplicia peccatis debita numeratur.

H

^{2 Reg. 6.}
^{Gen. 20.}
^{Osee. 9.}

^{Exod. 23.}
^{Deut. 7.}
^{Pſ. 127.}

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Deut. 28.

Percutiet te Dominus egestate (ait Moles) febri, frigore, ardore, æstu, aëre corrupto, rubagine, ac persequetur donec pereas . Et Salomon. Impius morietur, quia non habuit disciplinam, & in multitudine stultitiae suæ decipietur. Et rursus : Luceerna impiorum extinguetur . Aetas autem diurna, & filios filiorum suorum videre cum pace Istraelis, merces pietatis . Exod. 20. Ps. 90. 102. 127. His rationibus fretus Paraphrastes Chaldaeus, nihil dubitat scribere : Propterea quod verbi Dei decretum transgressi sunt, & iuncti sunt cognatione barbaris populis , immatura morte obierunt Mahalon & Chelion in terra profana. Hæc nequaquam infirma sunt argumenta (ut quidam huius matrimonij approbator autumat) : sed a deo certa & firma, vt quisquis ea accuratè expenderit, non dubitabit mecum illud coarguere & damnare.

Nimis frigidum ac ineptum est hos velle excusare, quòd vxores suas ad veri Dei cultum adducere in animis habuerint: quoniam id omnino incertum est . Imò (cum bona venia dixerim) falsum & commentitium, quando Orpha post tot annos, ad patrios suos lares & deos cesserit. Rutha quoque tum primùm proselyta facta sit, cùm in Beth-lehem vnà cum socrū proficeretur: vt paulò post apparebit. Neque omni culpa liberari possunt exemplis Salomonis, Samsonis, Boozi, Dauidis, qui sub lege; vel Moses aut Iosephi, qui ante datam legem cum ethniciis mulieribus matrimonio iuncti sunt: quo-

*Proverb. 11.**& 13.*

niā
reuel
collig
num
tius
sanct
ciper
tut) c
stitue

Ex
liberi
cuos
tener
fieri p
etc in
patru
bulis
mand
cileq
sumu
que
reola
præc
tram
duxer
atheis
gene
Mosc
roslo
nefar
Man
& fili

niam prius proselytas illas effecerant; & quadam reuelatione mysterij ecclesiæ ex gentibus olim colligendæ, id præstiterunt, veluti post Iustini martyrem, copiosè differit Augustinus. Sa-
Dialog.
Lib. cont.
Faust.
 tius ergo his Beth-lehemitis fuisse, vel terram sanctam repetere, & ex contribulibus uxores accipere: vel (si tanto istarum desiderio tenebantur) eas prius in Dei veri notione, cultuque instituere, postea ducere.

Ex his porrò obseruandum, quantum malum liberis sit parentes habere diuino timore vacuos, religionis & pietatis negligentes, cū his à teneris consuescere, & ab huiusmodi educari. Vix fieri potest, vt boni & pi j euadant, qui cum latet impietatem & Dei contemptum suggunt, & patrum matrūmque prauis exemplis ab incunabulis inficiuntur: quoniam alta mente reposant, quæ à pueritia didicimus, & raro difficulte abstrahimur ab his, cum quibus nutriti sumus. Quemadmodum mollis cera quamcumque volueris formam recipiet, & veluti aqua in areola (scribit Hieronymus) digitum sequitur præcedentem: ita ætas mollis & tenera in utramque partem flexibilis est, & quocunque duxeris trahitur. Filii Caini gigantes, patris sui atheisnum, & nefandissima scelera in totius generis humani pernitiem imitati sunt; sicuti post Mosen annotarunt Iosephus, & Targumi Hierosolymitani autores. Cham magus, impudens, nefarius, prolem dedit vitiōsorem. Damnantur Manasses, & quidam alij Hebræi, quod filios & filias suas consecrabant Moloch, idolis, & dæ-

*Epist. ad
Gaudentium,
de insti. Pa-
catula.*

*Lib. 1. An-
tiq.ca.4. & 5.
In Gen.
Beros. lib. 3.
& 5.
4. Reg. 21.
Ierem. 32.*

2 COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Zerem. 7.

moniis. Conqueritur Deus per Ieremiam : Filii colligunt ligna, patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas reginæ cœli: id est, quod liberos suos ad idolatriam, falsosque cultus prouocarent. Iudæos vocat Ioannes genimen viperarum, quod infidelitas, hypocrisia, & crudelitatis venena à parentibus accepta seruarent. Et Christus grauiissimam maledictionem fulminat in illos, qui aliquem ex parvulis scandalizauerint, eos ceu verbo, ceu exemplo ad peccandum incitauerint, &c.

Mat. 3.

Luc. 3.

Mat. 18.

Digressio de matrimoniis fidelium cum infidelibus.

Ex horum insuper Iudæorum, & quorundam aliorum fidelium cū infidelibus infælici ac reprobato matrimonio, obseruandum est etiam Christianos Theologos ab apostolicis temporibus, ad hanc usque diē, istiusmodi connubia iure optimo damnaſe ac reprobasse. Adeo omnem infidelitatem, omnemque Iudaicā cæcitatem, omnem falſam & impia religionē sunt execrati, ut inter eos qui sunt disparis omnino cultus, quales sunt Christiani, Iudæi, Turcæ, Ethnici, negarint verū ac legitimum iniri matrimoniū. Quod si fieri cōtigerit, tanquam adulterinū dirimēdū esse: atque istud hoc loco confirmabimus, contra Theodori Bezae vesanas inficiations & irrisiones. Qui vt Matrimonium de numero septem sacramentorū ecclesiæ catholicæ expūgeret, & Christianismum cum Paganismo, Iudaismo, ac etiā Atheismo confunderet, non erubuit scribere, illud ipsum esse adeo ratū & firmum inter Christianā & Iudæum, Tur-

Lit. de repud.

& diuinit.

cam, E
cum v
catho
uerfa
produ
Deo c
bentu
omne
fuerū
tet in
détissi
dé dā
verò S
ci cau
annos
miru
lá fate
bat fe
vir tal
docet
Quid
adter
apost
esse p
nis nu
stea b
qua f
mem
negat
mutu
ciunt
sed le

cam, Ethnicum, Cannibalem, Atheum, &c. atque
cum viro baptizato & pio. Militat in primis pro
catholico dogmate, aduersus Bezae velaniam, uni-
uersa veteris testamēti testimonia paulò superius
producta, quibus, non ab homine vlo, sed à
Deo omnium æquissimo iudice, districte prohibi-
bentur tanquā nefariæ, impiæ, & consceleratae,
omnes eiusmodi copulationes: ideoque disiunctæ
fuerūt, tametsi proles inde suscepta esset. Et ne pu-
tet in nouo testamēto probatas, Theologos cui-
détissimis rationibus, & firmissimis scripturis eas-
dē dānantes & omnino reprobantes attendat. Ne
verò Scholasticos, aut neotericos sibi frustra obii-
ci cauſificetur, ab uno qui ante mille & ducentos
annos in Ecclesia floruit, exordior, Augustino ni-
mirum, quē fidelem totius antiquitatis testem pa-
lā fatetur Caluinus, Bezae in hæresi pater. Ne nu-
bat fœmina (ait ille) non suæ religionis viro, vel
vir talē ducat vxorē. Id enim, vt dicis, iubet Deus,
docet Apostolus, vtrunque præcipit testamentū.
Quid his Augustini verbis euidentius, aut certius
adterri posset? Dominicū præceptum, doctrinam
apostolicā, ac vtriusque testamenti constitutionē
esse profitetur, inter eos qui disparis sunt religio-
nis nulla nuptiarū fœdera inire. Nec multò po-
stea beatissimi martyris Cypriani sententiā laudat
qua fidelis cū infidiли matrimoniu, prostitutionē
membrorū Christi cum gentilibus appellat. Non
negat pius pater, contractum quendam esse, quo
mutuam corporū potestatē copiamque sibi fa-
ciunt, (hoc enim nemo Theologorū inficiatur) :
sed legitimū, verum ac sacramentū esse, cuius vin-

Lib. I. de a-
dulterinis cō-
ing. cap. 21.
Cauffa 28. q.
i.e. Sic enim.

Cap. 25.

COM MENT. IN LIB. D. R VTH

culum nulla vñquā ratione dissoluatur, pernegat.
Nouerat enim sacramentorū omniū primū esse
Baptismum, ideoque partem contrahentium infi-
delē, alterius sacramēti participatione prorsus in-
dignam. Sciebat totius antiquitatis diligentissi-
mus inuestigator, concil. Chalcedonense, & Car-
thaginense permisissē quidē fidelem cum infidelī
nuptias inire: sed ea lege, vt infidelis palam polli-
ceretur atque iuraret, le Christi baptisμ legēm
que suscepturn. Quod cū nesciuit Beza, aliquot
Augustini testimoniis ad suā hæresim stabilienā
turpiter abusus est. Augustino succedat Ambro-
sius, qui (prout citatur à Lombardo) incunctanter

cap. 14.

Lib. 4. dist.

39.

Comment. in
7. cap. prioris
ad Corint.

Lib. 1. de A-
brah. cap. 9.
Gen 24.

Serm. 5. de
lapsis.

pronunciāt: Non est putandū matrimoniu, quod
extra decretū Dei factum est: sed cognoscitur-
mendandum, vt quādo fidelis infideli copulatur.
Idem iterū: Cauē Christiane, Gentilem, vel Iudeā,
vel alienigenā, hoc est hæreticā, & omnem alienā
à fide tua, vxorem accersas tibi. Si idola colat, si
Christū neget, quomodo potest diligere pudici-
tiā, quæ prima coniugij gratia est? Primū, in cō-
iugio religio quæritur. Ideo Abraham, proximā
quæsuit dare filio suo: & tu proximā quære. Nō
licet tibi accipere alienigenam. His non solum
verbis, sed & rationibus, & scripturæ exemplis,
probat nuptias fidelis cū infideli penitus illicitas:
quod etiam confirmat Epistola 70. Cyprianus
martyr nuptias fidelium cum infidelibus prosti-
tutiones membrorum Christi gentibus appellat:
ob idque nihil dubitat indignationem Dei
ad eo commoueri, vt intollerabili persecutio-
ecclesiam suam sinat flagellari: quod Augusti-

nus etiam de eodem citatum plurimum commēdat, Tom. 4. lib. de fide & op. cap. 19. Deum immortalem, quām seuerē, quām acriter, tale cōnubium Hieronymus detestatur? Præstat ipsum audire sua verba resonantē, vel ideo libentius, quod certissimis apostoli testimoniis euincat illud ipsū esse penitus interdictum. Pleræque(ait) Apostoli contemnentes iussionem, iunguntur Gentilibus, & templo Christi idolis prostituunt. Ignoscit Apostolus infidelium coniunctioni, quae habentes maritos, in Christum postea crediderunt: non his quae cūm Christianæ essent, nuperunt Gentilibus: ad quas alibi loquitur: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiae cum iniestate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infideli? Qui autem consensus templō Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui. Licet enim in me seuituras sciam plurimas matronatum, licet eadem impudentia qua Dominum contempserunt, in me pulicem & Christianorum minimum debacchaturas, tamen dicam quod sentio: loquar quod me Apostolus docuit: non illas iustitiae esse, sed iniurias: non lucis, sed tenebrarum: non Christi, sed Belial: non templo Dei viuentis, sed fana & idola mortuorum. Vis aperi-
tius discere, quod Christianæ omnino non liberat ethnico nubere? Audi eundem Apostolum: Mulier(inquit)alligata est viro, quanto tem-
pore vir eius viuit. Quod si dormierit vir eius,
liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino,

*Lib. 1. aduer-
sus Ionin.*

2. Cor. 6.

I. Cor. 7.

C O M M E N T . I N L I B . D . R V T H

id est, Christiano. Qui secudas tertiasque nuptias cōcedit in Domino , primas cum Ethnico prohibet . Vnde & Abraham adiurat seruum suum in femore suo, hoc est in Christo, qui de eius semine erat nasciturus, ut filio suo Isaac alienigenam non adducat vxorem . Et Esdras offensam Dei huiusmodi vxorum repudiatione compescit. Et Malachias propheta: Prævaricatus est (inquit) Iudas, & abominationem fecit in Israël & in Hierusalem. Polluit enim sanctum Domini, & dilexit & habuit filiam Dei alieni. Disperdat Dominus virum qui fecerit hoc. Hucusque verba Hieronymi: quibus appetet connubia fidelium cum infidelibus esse penitus illicita & damnata, ideoque etiam dirimenda . Ostēdit enim illa prohibita esse ab Apostolo, vocat prostitutiones, matronas viris à suis alienis nubentes appellat filias iniqutatis, tenebratum, belial, atque fanū idolorum. Eisdem Christiano viro tantummodo nubere ab Apostolo permisum ostēdit: aliis autem prohibitum. Prophetarum exemplis tales nuptias dissolutas, & grauislimis imprecationibus fuisse damnatas euincit. His omnibus superior Tertullianus ex Apostolicis traditionibus & testimoniis concludit: Fideles gentilium matrimonia subeuntes, stupri reos esse constat, & arcendos ab omni communicatione fraternitatis, ex literis Apostoli dicentis, cum eiusmodi nec cibum sumendum.

His veterū Thelogorum assertionibus, iā subiecta sunt amplissima & ornatissima totius Ecclesiæ decreta : quibus qui non obaudierit,

Gen. 24.

*1. Esdr. 10.
Malach. 2.*

*Lib. 1. ad v.
xorem.*

1. Cor. 5.

ethnicus nobis erit & publicanus. Concilium Eli-
bertinum ante mille & trecentos annos de hac re
ita definivit: Prōpter copiam puellarum, Gentili-
bus minimē in matrimonium dandae sunt virgi-
nes Christianæ: ne ætas in flore tumens, in adul-
terio resoluatur animæ. Huic rationi, subiecit cō-
cilium totius Christianismi summum suppliciū,
vt vel huius metu, improbos saltem coēceret.
Si qui fortè sacerdotibus idolorū filias suas iun-
xerint, placuit nec in fine dandam eis communio-
nen. Consentit concilium secundum Aurelianē-
se his verbis: Placuit vt nullus Christianus Iudæā,
neque Iudæus Christianam in matrimonio du-
cat vxorem: quia inter huiusmodi personas, illici-
tas esse nuptias censemus. Qui si commoniti, à
consortio hoc se separare distulerint, à commu-
nionis gratia sunt sine dubio submouendi. Et
cōcilium tertium habet: Christianis omnibus in-
terdicitur, ne Iudæorum coniugiis misceantur. At
nemo nescit Iudæorum religionem multò pro-
pius ad Christianam accedere, quàm Gentilium
impietatem: igitur si cum Iudæis prorsus illicitū
est nuptiarum societatem coniungere, multò ma-
gis cū gentibus. Atque hæc de matrimonio inter
fidelem & infidelem.

De nuptiis inter fidelem & apostatam, aut hæ-
reticum, longè difficilior est disputatio. Certissi-
mum est quidem ex concilij Tridentini anathe-
matismis, istiusmodi matrimonium nequaquam
dissolui, si altera partium post illud contractum
& cōsummatum, à Christo, vel eius Ecclesiæ fide
ac vnyione deficiat: sed an p̄cedens apostasia, vel

Cap. 15. Q' 17.

*Cap. 19. alias
18.*

*Vide easf. 28.
q. I. can. Ca-
ue: can. Non
oportet: can.*

*Si quis Iudaie
ce.
Cap. 13.*

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

hærefis, omnino contrahendum impedit, aut cō-
 tractum dissoluat, ne cum mili aperte explicatū
 occurrit. Græcorum conciliorum, patrūmque iu-
 dicio videntur huiusmodi nuptiæ prorsus illici-
 tæ, atque omnino dissoluendæ: quando apostatas
 & hæreticos eisdem cum infidelibus censuris &
 anathematibus subiiciunt: & pari decreto cum
 utrisque matrimonii coire prohibent. Sed præ-
 stat Chalcedonensis vnius ex quatuor illis primis
 vniuersalibus Synodis, decretum proponere. Ne-
 que copulari debet nuptura hæretico, aut Iudæo,
 vel pagano: nisi forte promittat ad orthodoxam
 fidem se per personæ orthodoxæ copulam trans-
 ferre. Si quis hanc definitionem sanctæ Synodi
 transgressus fuerit, correptioni canonicae subia-
 cebit. Aperta sunt Cōcilij verba, quibus hæretici
 cum infidelibus pares habentur: nec cum eis lice-
 re connubia inire, nisi ad Catholicam redierint,
 decernitur. Canonicas autem correptiones, qui-
 bus huius decreti contemptores subiaceant, non
 alias censet Theodorus Balsamon, quām separa-
 tionem coniugum, irritumque fieri huiusmodi
 matrimonium. Longè apertiora sunt adhuc sanctæ
 sextæ Synodi vniuersalis hæc decreta. Non
 licet virum orthodoxum cum muliere hæretica
 coniungi, neque orthodoxam cum viro hæretico
 copulari. Sed & si quid eiusmodi ab ullo ex om-
 nibus factum apparuerit, irritas nuptias existima-
 re, & nefarium coniugium dissolui. Neque enim
 ea quæ non sunt miscenda, misceri; neque ouem
 cum lupo, nec peccatorum sorte in Christi
 parte coniungi oportet. Confirmatur in hac Sy-

Cap. 14.

Canone 72.

nodo Concilium Laodicenum, cuius & de his tale decretum constitutum fuit: Non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, vel filios vel filias dare: sed potius accipere, si tamen profiteantur Christianos se futuros Catholicos. Atque hæc de Græcarū & orientaliū Ecclesiarū iudicio.

*Can. 31.
Capitula 28. q.
i.e. non oportet.*

Quantū ad Latinos pertinet, iam superius Am-
broſiū audiuimus nuptias Catholicorum cum
hæreticis, & quē ac cum Iudæis vel gētilibus auer-
ſantem & damnantem. Concilij quoque Eliber-
tini circa tempora S. Siluestri Papæ celebrati, hoc
decretum est: Hæreticis qui errat ab Ecclesia Ca-
tholica, nec ipsis Catholicas dandas pueras; sed
neque Iudæis, neque hæreticis dari placuit, eo
quod nulla possit esse societas fidelis cum infideli.
Si contra interdictum fecerint parentes, abstine-
re per quinquennium placet. En hæreticos & qua
cum Iudæis censura percussos & reiectos, à patri-
bus illis antiquissimis. Qui concilio Agatensi ad-
fuerunt Episcopi, iisdem omnino verbis cum pa-
tribus Laodicenis, prohibuerunt cum omnibus
hæreticis miseri connubia. His si addas cautio-
nes, quibus nos sacræ literæ iubent hæreticos de-
uitare, cum eis nec cibum sumere, nec in domum
recipere, nec aue dicere: sed potius pro ethnicis
habere: satis cuique clarum & certū erit, aut con-
nubiorum fœdera cum illis omnino prohiberi;
aut certè nō sine præſeti salutis discriminé, diuina
maledictione, grauissimo, maximōq; piaculo cō-
trahi. Aliquot exēplis, quæ hac nostra atate con-
tigerūt, ostēdere promptū esset, malorum Iliada
hæc imparia matrimonia perpetuò comitari, &c.

Can. 16.

Can. 67.

Discant quoque parentes, Elimelechi ac filiorū

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

cius infelicitate, pias, prudentes, ac quantum fieri potest genere, ac sorte aequales & honesto, sanctoque genere ortas puellas, potius quam formosas, diuites, aut nomine solo nobiles, vxores filiis suis querere: & filiabus aequales maritos: vicissimque liberi, magis istiusmodi coniuges ambiare. De solicitudine Abrahæ pro Isaac, iam suprà diximus. Rebecca sanctissima matrona vitam sibi fore acerbam apud Isaac queritur, si Iacob delitie sua Syram, Phœniciam, aut Palaſtinam ducat v-

Gen. 27. & 28. xorem. Tædet (inquit) me vitæ meæ propter si ias Heth. Si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere. Malè siquidem audiebant illæ propter perditam libidinem, cultum Venetis, questum publicum corporis, & magicas artes. Esau ex eis duxerat, & ab eisdem in Dei contemptum abductus est. Ideo Isaac prudentissimus senex, Iacob filio innocerissimo fœlix parans coniugium, præcipit: Noli accipere coniugé de genere Chanaam, sed vade in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe inde tibi vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Huius familia nec ob malas artes infamis, nec à veri Dei cultu adeò erat aliena. Deinde satis iusta erat virtusque domus ac generis aequalitas, quæ pacem domesticam & mutuam benevolentiam coniugū non parū cōciliat & fouet. Sunt enim isthæc apud veteres proverbia. Aequalis equalē delectat. Vxorem ducito ex aequalibus. Si duxeris potentioribus te prognatam, dominos tibi parabis nō affines. Hæc Pittaco dicuntur frequentia fuisse, quod Draconis sororem, nobiliorem seduxisset,

cuius imperia, fastidiisque molestissimè ferebat.
Queritur apud Ouidium Deianira, quod Herculi
tanquam potentiori atque nobiliori in coniugiū *In Epist. he-
roid.*

venerit.

Quād mālē ināquales veniāt ad arātra iūuēci,

Tam magno p̄mitūt coniuge nupta minor.

Et Euripides : *εν ἔρμαντο μεζόνων τραχεῖν θέ-*
λαφ. Id est. Nolim ex potentioribus me, coniugē.
Sed de Hebreis coniugib⁹ subditur.

5. Et ambo mortui sunt, Mahalon videlicet & Che-
lion, remansitque mulier (*Noëmi*) orbata duobus
liberis ac marito suo.

Nunquam legis suae praeuaricatores, ac decre-
torum contemptores inultos, impunitosq;
sunt Dominus: sed visitat etiam iniquitatem pa-
trum in filios, (cūm præsertim iisdem sceleribus
astringuntur) usque in tertiam & quartam gene-
rationem. Huius diuinæ vindictæ hoc loco, exem-
plum accipe. Elimelech diuni fœderis contem-
ptor, mala morte sublat⁹ è medio, filios iisdē fla-
gitiis contaminatos superstites reliquit: verū &
ipsi breui tempore, pari vltione perierunt. Imma-
tura quippe morte tolluntur, quod inter suppli-
cia peccatis debita numeratur: ut contrā: piis pro
quadam mercede, longitudo dierum, longæuos
fore super terram, promittitur. Si Abrahæ, Isaac,
Iacob, Iosue, Dauid, diuino munere contigit, ple-
nos dierum, in senectute bona ex hac vita migra-
re: proculdubio Nadab, Abiu, Ophni, Phinees,
Ammon, Absalō, & his duobus Mahalō & Che-

Gen. 15. 35.

48.

Iosue 13.

COM MENT . I N L I B . D . R V T H

lion , pro malè meritis denegatum fuit . Vir Dei ad Heli missus, illi inter multa minatur : Non erit senex in domo tua . Id est, liberi tui vitam ad senium usq; nō protrahent, sed in vigēte, florentēq; ætate morientur, propter tua, illorumque peccata . Et Dauid ait: Viri sanguinum & dolosi nō dimidiabunt dies suos. Id est: non ad venerandam canitiem peruenient, sed potius ē medio vitæ suæ cursu abripientur. Quām verò acerba, quāmque amara sit mors istiusmodi, satis ostendunt Ezechie, quum in dimidio dierum suorum sibi moriendū existimaret, gemitus & querelæ. Nec dissimulat Sapiens Syracides: O mors (inquiens) quām amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis: viro quieto, fælici in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum!

An verò vniuersi qui vel in pueritia, vel adolescētia, vel ætate florētiore & robustiore ex hac vita decedūt, propter peccata propria tali fato plectūtur? Absit. Nā aliquos singulari beneficio domin' ex innumeris huius vitæ calamitatib' & periculis celetius eripit, vt secum coronet alios verò vt hac etiam luce indignos, ad tartara, æternaque supplicia iusto iudicio abripit. Christus, Abel, Stephanus, Baptista, Iacobus, in media ferè ætate obierunt. Parum refert coram Deo, quamdiu, sed quām bene, quisque vixerit. Nam Augustino teste, qui maior est ætate, maior est iniustitate, cùm in dies peccata peccatis addantur, & senes maiores peccatorum fasce onusti hinc profiscantur. Porro, in utrorumque morte conspicimus non

1. Reg. 2.

Ps. 54.

Isa. 38.

Eccles. 41.

Serm. 36 de
verb. dom.

formæ, non atati, non roboti, non iuuentuti fidendum esse: quando hæc omnia haudquaquam à morte liberant. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra. Quid Absalone inter Hebraeos pulchrius? Quid Samson, Holoferne, Alexandro, Cæsare, Heretore, Achille audacius, & fortius? Vniuersi tamen repentina interitu conciderunt, esca facti vermis. Non glorietur itaque fortis in fortitudine, non diues in diuitiis, non formosus aut iuuenis in specie, aut iuuentute: sed qui gloriatur, in Domino gloriatur.

*Isa. 40.
Iob 14.*

Terem. 9.

Nec prætereundum, quod decem nimirum annis, nostri Bethlehemitæ profanis suis nuptiis, ac delitiis gauisæ sunt, spatio temporis abutentes, quod eis Dominus ad resipiscendum concesserat. Dissimulat namque longanimis & multæ miserationis pater, peccata hominum propter *Sap. II.* pœnitentiam, pœnæisque differt; sua nos benignitate ad meliorem fragem inuitans & expectans: sed suam tandem ignominiam vultus est quam cumulatissimè. Lento gradu ad vindictam *Valerius.* sui procedit: at, tarditatem supplicij grauitate compensat. Ad tempus impij rident, florent, sibi beati, fœlices, semidij videntur, Deo & seruis eius audacter insultant: & ut scripsit Iob, tenent tympanum & cytharam, *Iob 21.* gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Dicunt Deo, Recede à nobis, &

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

scientiam viarum tuarum nolumus. Quis est Omnipotens, ut seruamus eum? Sequitur. Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla, quam turbó dispergit. Nullus ergo hominum existimet, quod effugiet iudicium Dei. Nullus diuitias bonitatis eius & patientiæ cōtemnat. Nullus duro & impoenitenti corde, thesaurizet sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij.

Rom. 2.

Psal. 108.

Isa. 47.

Alio etiam supplicij genere plectuntur isti Eu-phratæi, cùm vxores iuuenculas, viduas relinquerre coguntur: quod & inter pœnas peccatis debitis recensetur. Fiant (inquit Psaltes) filii eius orphani, & vxor vidua, qui non est recordatus face-re misericordiam: sed persequutus est hominem inopem & mendicum. His ergo contigit quod Babyloniis comminatur Propheta: Venient tibi subito duo hæc in die vna, sterilitas & viduitas. Mortui sunt itaque ambo, Mahalon scilicet & Chelón, ait Samuel, & Elimelechi posteritas funditus de-leta ex Israële, in vltionem delictorum suorum. Mortui sunt, inquam, & citius quām cogitassent, vitæ simul & voluptatibus finem inuenierunt. Quid tunc putas miseram Noëmin animi ha-buisse?

Remansit, inquit, mulier orbata duobus filiis, ac marito suo.

MUltis calamitatibus & grauissimis ærum-nis, nec sine diuinæ prouidentiæ mirabili iudicio, prius affliguntur Noëmi & Rutha, quām ad fœlicitatis & honoris aliquem gradum perue-niant:

niant: id est, antequam in auias & matres tot Regum, Prophetarum, Messiae denique assumantur. Eas paucis verbis hoc loco considerandas Samuël obiicit. Ac primò de Noëmi, secundò de Rutha, postremò de fructu ac utilitate horum, dicendum.

Miseriae Noëmi sunt in primis, quod mulier. Quo vel solo nomine, & fragilis, & multis aduersis, ac iniuriis exposita declaratur. Solet enim sex ille ob inconstantiā, leuitatē, garrulitatem, impotentiam animi, & multas improbitates, apud satros & profanos malè audire: & ab omnibus passim stylo flagellari. Ut corpus, sic mens infirma & imbecilla mulieribus. Varium & mutabile semper foemina. Mulierem initio facile ad impietatem *Gen. 3.* pellexit Satanus: ipsaque non adiutorium, sed scandalum & laqueus mortis facta est viro, & vniuersitate posteritati. Hinc Syracidis querela: A muliere initium factum est peccati, & per illā omnes morimur. Mira de mulieribus idem scribit, ibidem: rursusque cap. 9. & 26. Salomon quoq; Proverb. 2.5. 7. 9. 19. 21. 25. 27. Idem rursus in libello pœnitentiae suæ concionatur: Inueni amariorē morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sanguina cor eius, vincula sunt manus illius, qui placet Deo effugiet illam. Quoniam vero septingentas *3. Reg. 11.* reginas, & trecentas concubinas, id est mille uxores sibi duxerat, nec ex tantis gregibus ullam repererat, quæ bonæ & perfectæ foeminæ titulo responderet, subiecit: Virum de mille unum reperi, mulierē ex omnibus nō inueni. Omníbus proptermodum verborum contumeliis mulieres lacerat

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

& vexat Euripides, in Medea, hippolyto, Bacchis, Helena, &c. Easdem multis conuitiis proscindunt Menander, Sophocles, Simonides, Seneca, Iuuensis, Plautus, Ouidius, & summatim, poëtæ omnes. Verum, aliquot consceleratum causa, vniuersas damnare iniquissimum est. Fuerunt enim plurimæ multis virtutibus insignes, quales Sara, Rebecca, Debora, Maria, Anna, Judith, Esther, &c. Sexus autem qualis qualis sit, Deum creatorem & rectorē habet. Vterque sexus sub peccati, mortis ac diaboli tyrannide oppressus, æquali Christi pietate ac misericordia liberatur. Nō est acceptio sexus coram Deo. Non est apud illum Græcus aut Barbarus, masculus aut fœmina. Vtrisque misericordiam, gratiam, & regnum cœlorum offert. Alter ergo ne insultet alteri, sed potius benignè indulget & compatiatur.

Secundò, Noëmi remansit vidua, id est, omni solatio & ope viri destituta : ac tanquam altera suæ carnis parte imminuta, si coniugati sunt duo in carne vna. Quinimò veluti despicibilis & abiectus sine capite truncus erat, quādoquidem vir mulieris caput ab Apostolo nuncupatur. Viduarū oculis occurrunt continuò loci in quibus cum maritis amabiliter versatae sunt : occurrunt animis eorumdem gesta, voces, dulcis consuetudo, & cōiugis ante oculos defuncti stans imago: quæ omnia conceptæ mœsticie adeò refricant, & adaugent vulnera, vt ab altis suspiriis & profusionibus lacrymis raro abstineant. Coguntur, vt quædam ait, deserto iacere frigidæ lecto: & queri tardos ire relicta dies. Gemebundæ turturi comparantur,

quæ pro omni voce ac modulatione perpetuò
gemit. Si iuniores fuerint & opulentæ, in eas tur-
ba ruunt luxuriosa procī. Si vetulæ, & à suis etiā-
num liberis frequenter irridētūr & despiciuntur:
& à crudelissimis fœneratoribus præter omne ius
fāsque diuexantur. Hinc ad Eliāum magna & 4 Reg. 4.
queribūda voce vidua dicit: Seruuus tuus vir meus
mortuus est, & venit creditor, vt tollat duos filios
meos ad seruiendum sibi. Voces istæ sunt impio-
Sap. 26.
rū: Opprimamus pauperē iustū, & non parcamus
viduæ. Sed hac graui maledictione illos subfūcit Esa. 10.
Esaias: Vē qui condunt leges iniquas, vt opprimāt
pauperes, & sint viduæ præda eorum.

Tertiò, nec liberi superstites fuerunt Noëmi,
qui anxietates matris viduæ vel tantillum miti-
garent: nam *orbā manst̄ dubius filii & marito*. Tria,
igitur suorum funera conspexit, adornauit, ex-
tulit. Recogitent apud se patres, matres, viduæ,
omnes denique quibus non est ferreum aut ada-
mantinum pectus, quantis suspiriis & lacrymis
id factum sit. Quantò siquidem arctior & dul-
cior est piæ mulieris cum viro & liberis necessitu-
do, tātō grauior & amarior est horū separatio. Ja-
cob vnius Ioseph (quē à fera pessima deuoratum
credebat) absentia tam impotenti animo tulit, vt
nullas cōsolations admitteret. Dauid vnum Ab-
salonem diuina vltione è medio sublatum, tantis
lacrymis est prosequutus, vt apud exercitum vi-
storem inuidiam sibi conflauerit. Anna Tho-
biæ vxor ob filium absentem muliebriter sese
lamentis, lacrymisque conficiebat. Note sunt
lugubres lamentationes fletusq; Martha ac Mag-

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Io 11.
Lxx. 7.

dalenę super Lazato fratre: viduęque ad portam
Naim in funere vnici filij. Quātò igitur plango-
re, ac ciulatu fora, vicōlsque complellent, si instar
Noëini non duo tantum, sed tria charissimorum
funera curassent?

Quātò Noëmi accedebat paupertatis ontis, &
miserum & graue. Thesauri enim quos secum as-
porttarat Elimelech, breui absumpti fuerant. E-
gressa sum (inquiet postea) plena, & vacuam me redu-
xit omnipotens. Pessimum est isthuc vert.ū, habui-
se, & nihil habere. Nihil tam miserabile, quām
ex beato miser. Egestas enim ridiculos, con-
temptibiles, ac pudibundos tum præsertim nos
reddit, cùm opum ac gloriae huius seculi præce-
dens splendor imminutus ac detractus est. Ma-
gnum certè inter filios huius seculi, pauperies op-
probrium: nam iubet quiduis & facere & pati.
Quid verò magis calamitosum & miserum pau-
pere vidua?

Quintò, iam multorum annorum vetula erat,
quæ vulgo delira, insipiens, indocilis, deformis,
edentula, lusciosa, imbecillis audire posset. Ergo
tam ætate, quām variis commigrationibus, dolo-
ribus, & ærumnis fracta, manum cuicunque vix
operi admouere poterat, cuius mercede vitæ suæ
consuleret. Evidem senectus omnes corporis
vires aut debilitat aut tollit, adeo ut nihil nisi ti-
midè gelidéque ministret senio confectus. Ac-
cedit quædam in senibus odiosa morositas, qua
facile & leui de causa excandescant, iras verò
difficile ponant. Etenim rectè poëta ait de ho-
mine ætatis prouectæ:

stat dubius, tremulusque senex semperque malorū
Credulus, & stultus, quæ facit ipse, timet.

Laudat prateritos, praesentes despiciit annos:

Hoc tantum rectum, quod facit ipse, putat.

Se solum doctum, se iudicat esse peritum,

Et quod sit sapiens, despicit inde magis.

Senectam denique comitantur morbi absque numero: imò & ipsa morbus est, & huiusmodi, ut sola morte curari possit. Senio confecti non tam viuunt, quam lentè moriuntur. Caput, inquit Hieronymus, incanescit, decidunt tanquam ab arbore capilli, dentes cadunt, balbutit lingua, fluunt saliae, tremunt genua, & fronte ob senium rugis arata, vicina est inors in foribus. Et rursus idem de seipso iam sene loquens: Nunc iam cano capite, & arata rugis fronte, & instar boum pendentibus à mento palearibus, Frigidus obficit circum præcordia sanguis. Dauid annos natus septuaginta, senectute frigescente, non poterat calefieri. Huic adde patriarcham Isaac, cuius præ senectute caligauerant oculi, adeo ut filios sola voce ac cōtaetu discernere valeret. Quod & Iacob, & Heli contigisse scribitur. Afa quoque rex Iuda tempore senectutis suæ doluit pedes. Ecquis vniuersa senectutis incommoda numeraret?

Sextò, Noëmi durum inter Moabitas, gentem ferocem, superbam, crudelem, barbarem, cultui dæmonum deditam, ac Istraëlitis perpetuò infestam, exilium perferre cogebatur. Illic nullos cognatos, nullos propinquos habebat: nullas de patienter tolerandis aduersis, de diuino inuocan-

*Epist. ad Fu-
tiam.*

*Epist. ad Ne-
potianum.*

*Gen. 27. &
48.*

*I. Reg. 3.
I. Reg. 15.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

do auxilio tempore tribulationis, de vita altera longè fœliciore speranda conciones audiebat, quibus saucium atque consternatum animum vel tætillum solari potuisset. Rursus, vel ipsum solum exulis nomen calamitatis & opprobrij etiam inter suos, censetur. Quid ergo inter alienos? Nouerūt Iudæi in Ægypto, & Babylone: nouit & Noëmi in terra Moab.

Postremò, non poterat non exagitari variis & acutissimis conscientiæ stimulis, quod contra diuina decreta cum Gentibus moram, & fœdus cōtraxisset, & à sacris, legitimisque Dei viuentis tandem abfuisset. Huiusmodi etenim aculeis mortibusque perculsa, in has veræ confessionis voces paulò post erupit: *Egressa est manus Domini contra me. Afflixit & humiliauit me omnipotens.* Quibus se iram ac vltionem cœlestem peccatis suis in caput proprium prouocasse & incendisse palam confitetur. *Quæ verò pax, quæ tranquillitas, quod bonum ei inesse poterit, qui sese in ira Dei constitutum existimat?* Verum hæc de Noëmi cruce ac calamitate sufficient: de Ruth arum-nis nunc dicendum.

Grauissimum illi inter suos probrum ac dedecus erat viro Israélite, circunciso, profugo, ac exulis filio traditam fuisse vxorem. Licet enim de populo Dei esset, talis nihilominus à Moabitis non existimabatur: quin potius hac ratione eisdem exosus erat. Etus itaque matrimonium talem tunc speciem habuit, ac si nunc puella Turcica nobili loco nata nuberet homini Chri-

stano, qui egestate ac inopia pressus ad ditiones Turcarum confugisset. An non suis omnino ærumnosa ac infelix videretur istiusmodi puella? Ad hæc manserat Ruth cum coniuge decem annis infœcunda & sterilis, quod tūc opprobrij loco, ac diuinæ maledictionis effectus putabatur. Legi namque obtemperantibus liberorum copia, præuaricatoribus sterilitas pro mercede promittebatur. Abraham multis precibus & bonis operibus Isaac promeruit: pro Rebecca vxore stérili Isaac orauit: Rachel vix peperit: Elisabeth supplex gratias agit, quod abstulisset Dominus opprobrium eius ex Israële. Ecquod nam aliud præter sterilitatem? Impiis propheta precatur vulnus sine liberis, & vbera arentia. Liberi inter præcipua coniugij bona computantur: quibus priuantur steriles. Molestissimum igitur erat ipsi Ruth videre socios, quæ infidelibus viris nupserat, multiplici, egregiâque liberorum copia stipatas & comitatas incedere: se verò & viduam, & sterilem. Quid hæc mirum, quando Leæ & Phenennæ fœcunditas, Racheli & Annæ sterilibus negotium fecerit &c. Ruth denique abiectissima & pauperima vidua inter suos nec maritum, nec tranquillum forsitan viuendi locum reperire poterat; itque ideo cum misera socru diuersabatur. Socrus nurui, & nurus socrui maiorum angustiarum occasionem præbebat, quando illa filiorum, hæc mariti memoriam renouabat.

Quis ergo has viduas non planè miseris, &

I iiiij

COMMENT. IN LIE. D. RVTH

Deo abieatas, derelictasque non iudicasset? Aut quis Dauidem, Solomoneum summos reges & prophetas, Messiam denique Dei filium, ac mundi saluatorem atque iudicem, ex tam afflictis & despactis mulierculis nascituros credidisset? Sed hoc opus dexteræ excelsi: hoc inuestigabile iudicium eius, qui terribilis est in consiliis super filios hominum. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.

Psal. 67.

Hinc verò patet quām stupendus & admirabilis sit Deus in sanctis suis: & quæ sit horū in praesenti sors ac cōditio. Illos quippe prius deprimit, quā extollat: variis tormentis & molestiis prius exercet, quā in requie & tranquillitate cōstituat; paupertate & egestate prius cōficit, quā cœlestibus diuitiis illustret: cū mortis deniq; & desperationis horrorib; prius luctari permittit, antequā gloria & honore secū in cœlis coronet. Iure omnium optimo canere possunt: Transiimus per ignem & aquam; & eduxisti nos in refrigerium. Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Deducit enim illos in via mirabili. Fingit laborem in præcepto: & illis omnia laboribus vedit. Mortificat & viificat, deducit ad inferos & reducit. Pauperē facit & ditat, humiliat & subleuat. Suscitat à terra in opere, & de stercore erigit pauperem, vt collocet eum cum principib; populi sui. Et in Apocalypsi de sanctis omnibus dicitur: Hi sunt qui venerunt de magna tribulatione. Exempla illustrissima sunt, Ioseph qui prius fratrum acerbissimis odiis, & coniuncti lacessit, coniicitur in cisternam, venditur alieis,

*Psal. 65. &c.
80.*

Sap. 10.

I. Reg. 2.

Psal. 110.

Apoc. 7.

& innocens inter sceleratos rapitur ad carcerem, antequam in Ægypto secundus à rege dominetur, & quasi saluator totius regni salutetur. David inter leones, vrsos aliisque feras versatur; audacissimum & pugnacissimum gigantem, quem universus formidabat exercitus, solus bello adoritur; fratrum odio, aulicorum inuidia, Saulis denique ingratissimi simul & crudelissimi tyranni rabiei exponitur, aliisque innumeris aduersis exercetur, antequam assumatur in regem & pastorem Israëlis. Et Christus omnium sanctorum exemplar & caput, ieunat, esurit, sitit, tristatur, angitatur, sanguinei sudoris grumos toto profert corpore, rapitur, ligatur, flagellatur, conspuitur, spinis coronatur, irridetur, damnatur, cruci affigitur, prius quam gloria resurrectionis & honore coronetur. Oportuit ipsum pati, & ita intrare in *Luc. 24.*
Heb. 2. 12.
Col. 1. 13.
gloriam suam. Videmus Iesum (ait Apostolus) propter ignominiam mortis gloria & honore coronatum. Ergo per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspiciētes in authorem fidei nostræ Iesum, &c. Recogitemus eum, qui tales sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contradictionem, ut animo non deficiamus. Virtus versatur circa difficile. Amara est eius radix, verum fructus eius dulcis super mel & fauū. Corona (inquit Chrysostomus) non est sine certamine, æstas sine hieme, messis sine labore, regnum Christi sine cruce. Nemo coronabitur, nisi legitimè certauerit.

Expedit rursus sanctos & electos quamdiu hīc degunt, his & similibus ærumnis exerceti, & sub

Arist. 3. Ethic.

Homil. 4. de Lazar.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

et crucis onere gemere: ut suæ corruptionis & conditionis moncantur, atque peccatores se serio agnoscant, qui egeant gratia Dei. Concludit enim Dei verbum omnia sub peccato. Omnes declinaverunt, & inutiles facti sunt. Daniel, Esaias, Esdras sua, fuerūmque præterita peccata palam confitetur, eisdemque afflictiones suas imputant. Deinde, calamitatibus quasi quibusdam iniectis frænis, seruorum suorum lasciuientem carnem domat & coërcet Dominus, ne in varia peccata præcipites ferantur. Bonum mihi ait rex Dauid, quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Paulo quoque datus fuit stimulus carnis, & angelus Satanæ, ne magnitudine reuelationum extolleretur. Postremò, crux compellit sanctos istam vitam ex animo despicere, & ad aliam longè fæciliorem ardentissimis votis aspirare.

Pf. 118.
2. Cor. 12.

Gen. 3.

Matth. 9.
Luc. 8.

Luc. 13.
Mar. 16.

I. Pet. 3.

Deinde, ex his perspicimus quot quantisque incommodis, aduersis, & miseriis muliebris sexus præsertim, corripiatur & iactetur. Eadem iam ab initio dictum est: Sub viri potestate eris, ipse dominabitur tui, ad virum conuersio tua. Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos: in tristitia paries &c. Euangelium docet mulierem quandam fœdissimo sanguinis fluxu duodecim annos laborasse: aliámque decem & octo annis Satanæ artibus, quasi ferreis vinculis, prodigiosè alligaram & contractam mansisse. Miserrimum aliquando spectaculum mundo exhibuit Magdalena, cum à septem diabolis obsideretur. Mulierem Petrus appellat infirmius vasculum. Ita superius visum est, hoc genus animalium plus satis

λοιόσμον ιηή φιλοιόξον deiicere ac humiliare : vt
sanet atque saluet. Suas enim cruces si cum fide,
humilitate, patientia, obedientia, & peccatorum
agnitione veluti de manu Domini suscepereint &
pertulerint, regnum cœlorum adipiscerentur.

Denique, prius narrantur Noëmi & Ruthæ
acerbi casus, quām fœlicitas aut gloria, vt harum
exēplo doceamur aduersos fortunæ flatus æquo
ac præsenti animo tolerare, ac benè semper de
Deo nostro sperare. Faciet enim cum tentatione
prouentum. Potens est eripere nos ab omni-
bus aduersis, & id proculdubio tandem aliquan-
do præstabit, cùm è re nostra fuerit. Sollicitat
quidem corda nostra diabolus, vt tempore tri-
bulationis, nostra tantum carnis prudentia no-
bis consulamus : diuinam verò opem negliga-
mus: quin imò & in diuinam iustitiam, prouin-
dentiam, bonitatem blasphemis cogitationibus
ac vocibus insurgamus. Benedic (per organum
suum dicebat Iobo) Deo, & morere. At fortia-
nimo, ingentique fide & spe retundendus est:
dicendumque, Etiam si occiderit me, sperabo in
eum. Abi retro Satana. Diligentibus Deum om-
nia, seu prospera, seu aduersa, cooperantur in bo-
num. Mundi, impiorum, ac diaboli maledi-
ctiones & opprobria, sua benedictione in fœli-
tatem conuertet. Nunquam nos odio habebit,
quos proprio sanguine redemit. Noëmi, Rutham
& innumerabiles ex altissima miseriatur abyssō
erexit gloriōse. Sequitur.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

6 Et surrexit ut in patriam pergeret cum utraque
nuru sua, de regione Moabitide; audierat enim quod
respexisset Dominus populum suum, & dedisset
eis escas.

L Ongae ac duræ peregrinationis pertæsa, infi-
deliumque Moabitatum mores ac consuetu-
dinem execrata, ingenti desiderio patriæ suæ, id-
est, terræ sanctæ capitur. Secum itaque prudens
matrona ratiocinatur. Quid imbelli aniculae, cum
his rapacibus lupis? Quid simplici columbae, cum
vulturibus & coruis? Quid ancillæ Dei, & filiæ
Abrahæ, cum seruis cacodæmonum? Iam mariti
lege & autoritate, qua hic cōmigraram, & hoc
usque retenta fui, soluta sum. Iam charissima v-
teri mei pignora, quos relinquere graue & mole-
stū erat, sublata sunt ē medio. Hic nihil nisi spur-
cissimorum idolorum cultus intueor, ac laudes
audio: in patria verò, & villula Beth-lehem, Dei
veri ac viuentis oracula, voces, mandata, prophe-
tæ personant, miracula visuntur. Hic non nisi of-
fendicula, exempla impietatis & plurima irrita-
menta malorum: illic arca fæderis, lex scripta di-
gito Dei, amplissimæ promissiones, & vera religio.
Hic durum exilium: illic genus, altrix terra,
& multa maiorum vestigia. Terra est quam pro-
misit Deus Abrahæ, Isaac, Iacob, & semi eorū.
Quid igitur filia sanctorum patriarcharum, hic
cum profanis exul & profuga sum? Patriæ vt cō-
muni parenti, debo genus, educationem, pieta-
tem, & quicquid sum. Tantum voluptatis, tan-
tumque charitatis habet patria, vt nihil dulcius,

nihil charius mihi sit. Amor itaque patriæ, ac vē-
ræ religionis quæ tum solum in ea vigebat, prima
causa est quare Noemi surrexerit, ut in patriam per-
geret, &c.

Ex his liquet, quām vehemens sit cunctis mor-
talibus insitus amor patriæ, quando præsertim de
illius defensione, atque veræ in eadem religionis
exercitio, ac diuini cultus propagatione atque af-
fertione agitur. Laudantur inter Ethnicos, qui
mortem oppeterunt pro reipublicæ libertate,
quīque docuerunt chariorem esse patriam nobis,
quām nosmetipso. Chari sunt liberi, ait Tullius,
Lib. 1. offic.
propinqui, familiares: sed omnes omnium chari-
tates patria vna cōplexa est, pro qua quis bonus
dubitet mortem oppetere? Et poëta: Nescio qua-
natale solum dulcedine cunctos Dicit, & imme-
mores non sinit esse sui.

Huius enim dilectioni, & auctoritas parentum
vires suas subiicit: & fraterna charitas, ac libero-
rum dulcedo, & quo ac libenti animo cedit: quo-
niā cuersa domo, intentatus reipublicæ status
manere potest, patriæ verò cuersio, vix ac ne vix
quidem sine legum omnium, ac pietatis ruina
contingit. Curtius eques Romanus in vastum Valer. lib. 5. c. 6. & 2.
terræ hiatū, militaribus insignibus ornatus, præ-
cipitem se coniicere nihil dubitauit, ut patriæ cō-
suleret. Decij duo forti ac spontaneo interitu suo
fecerunt, ut Romani sui vincerent. Codrus rex
Atheniensium depositis insignibus imperij, ho-
stium globo sese immiscuit, vñūmque ex his falce
percussum in cædem suam compulit. Cuius inte-
ritu ne Athenæ occiderent effectum est. Aulus

COMMENT. IN LIB. D. RYTH

Fulius vir senatorij ordinis, filium iuuenem, & ingenio, & literis, & forma inter æquales nitentem, Catilinæ castra sequentem, medio itinere abstractum suppicio mortis affecit: præfatus non se Catilinæ illum aduersus pattiam, sed patriæ aduersus Catilinam genuisse.

Paucis hisce ex Gentibus petitis exemplis erga patriam pietatis, quædam ex sacris subiectam. Iacob solum patrium, ob Esau infensum sibi hostem, fertilissimis Mesopotamiæ agris, in quibus tutus iam quatuordecim annos egerat, præferens, socero Laban dixit: Dimitte me, ut reuerterar in patriam meam. Non minore animo præditus Ioab, Hebraici exercitus sub Dauide imperator, contra Syros & Moabitas pro patria pugnaturus, hac verè militari oratione, Abisai fratri suo, ac reliquis militibus animum addebat: Esto vir fortis: & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri: Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo. Iudæi in Babylonem abducti à lacrymis abstinerè non poterant, cùm montis Sion recordarentur. Illic (inquiunt) sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Et cùm barbāri illis insultantes, oblectari cuperent atque peterent hymnis, quibus in Hierusalem Deum celebrauerant, respondebant se non posse, præ amaritudine animi, captiuos & exiles in terra aliena, cantare cantica Domini. Rursus præ desiderio terræ ac ciuitatis sanctæ, eiusdem Psalmi author exclamat: Si oblitus furoi tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea fauicibus meis, si non me-

Gen. 30.

2. Reg. 10.

Pſ. 136.

minero tui. Nimis dulcis est (sicut ibi commen-
tatur Cassiodorus) recordatio patriæ, quæ in ho-
stili terra probatur existere. Nā quātō hæc ama-
ra sentitur, tantò illa suauior. Et Augustinus, O-
dit valde patriam, qui sibi bene esse putat cùm peregrinatur. Rursus, pitorum Iudæorum, dum
eueris Hierosolymis exulabant desideria, vota,
precésque pro eorum instauratione exprimens
Psaltes ait: Tu exurgens Domine, miserearis Siō, p. 101.
quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.
Videñorum quoque lapidum, ruderum, atque
puluerum illius eosdem amore artisse, subiicit,
dicens: Quoniam placuerunt seruis tuis lapides
eius, & terræ eius miserebuntur. Notæ sunt
Danielis, Anania, Azaria, Mizaëlis, Neehe-
mia, Esdræ, Thobia ardentissimæ preces, alta
suspiria, ieiunia & lacrymæ ad præpotentem
Deum pro patriæ & Sionis liberatione. Ferus,
immò plane ferreus esset, qui vnius Matthatiæ
lamentationibus pro euerione sanctæ ciuita-
tis, non commoueretur. Væ mihi inquit, vt
quid natus sum videre calamitatem populi mei,
sanctæ ciuitatis interitum, & sedere illic cùm
datur in manus inimicorum. Sancta eius in ma-
nu extraneorum facta sunt: templum eius sicut
homo ignobilis. Vasa gloriae eius captiua abdu-
cta sunt: trucidati senes eius in plateis, & iuuenes
eius ceciderunt in glado, &c.

His porrò tum sacris tū ethnici exéplis apparebant
Caluinianæ & Zuinglianæ impietatis per Galliæ
señatores & propugnatores, omnib⁹ Babylonii,

Cass. in Ps.

136.

August. in

ps. 93.

Dan. 3. & 9.

I. Mach. 2.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Græcis, Barbaris Romanis, Antiochis, Nabuchodonosoribus, Nabuzardis, Simonibus, Menelais, Iasonibus infidelibus immaniores esse, qui in dulcissimam & propriam patriam crudeliora longè patravunt, quā illi in alienam & aduersam. Prætermitto bellum ciuile iam nunc sextūm, à viginti annis ab istis perduellibus cum omni hostilitate, in omnibus eiusdem patriæ finibus redintegratum. Taceo munitissimas regni arces, ab eisdem Anglis schismaticis, & antiquis hostib⁹ proditas. Omitto harpyias illas Germanicas, quas iā quater ad omnia etiam regni interiora exploranda, vexanda, diripienda, inflammanda conduxerunt. Missas facio prodiciones & insidias, quibus fortissimos & illustrissimos principes trucidarūt: atque clarissimas v̄bes fraudibus interceptas, cœdibus, incendiis, & direptionibus deuastarūt. Ecquis enim posset illorum vniuersa in patriam flagitia non ditam complecti orando, sed percense-re numerando? Ergo ut pauca tantum commo-rem, nullis templis, nullis aris, nullis sacris pe-percerunt: fæcere, fratres, religiosos viros al-taria amplexantes trucidauerunt: sanctum chris-tina, sacrum oleum, fons aquæ, in quo etiam Chri-sto paulò ante regenerati fuerant, eorum cuique turpissimo ludibrio fuit. Non solum (quod Hieronymus de Gothis conqueretur) ab his capti-

*Epist ad He-
liod.* episcopi, imperfecti presbyteri, & diuersorum offi-cia clericorum: subuersæ ecclesiæ, ad altaria Chri-sti stabulati equi, martyrum effossæ reliquiæ, vbi-que luctus, vbiique gemitus, & plurima mortis imago: verū & altaria euersa & comminuta: templa

templa vel in cineres, vel in aceruos lapidum re-dacta, visibilia sacramentorum signa pedibus cō-culcata. Non tantū calices Christi sanguinis portatores fregerunt, (quod ut immane facinus & nefarium scelus, Donatistis exprobavit Optatus) & in massas redactos conflauerunt in numeros, sed & ipsissimum Christi Iesu corpus & sanguinem (horresco referens) vel pedibus conculcatum, vel gladiolis dissectum, vel globulis bombardarum perfoſsum, in cœnum aut latrinas proiecerunt. Non modò episcopos, pastores, mo-nachos sedibus ac domibus nudos eiecerunt: (quod in Vandalis Arrianis execratur Victor Uticensis) sed omnibus probris affectos partim suspenderūt, partim exusserūt, partim vi ori admodum bombardula, globulis enecarūt. Quorundam sacerdotum frustratim discerptum membra, canibus & lupis escam proiecerunt, ed quodd Mis-sæ sacrificium obtulissent. Illud (more Vandalo-rum) Caluiniani celebrandum prohibuerūt. Van-dali, scribit Victor Uticensis, rapaci manu cuncta lib. 2. persecuti ecclesiastica ornamenta depopulabantur, atque ^{Vand.} de palliis altaris (prō nefas) camisia sibi & fe-moria faciebant. At gallici Caluiniani templo diripientes, vilia, lacera, aut vetusta quæque in accensam è cathedris, scannis, & sacriss imaginibus & codicibus piram coniecerunt: preciosa verò & integra in usus perduellum ciuium; furentium, rapacium, ac sceleratorum militum: profanorum Ministrorum, & procacium mere-tricum conuerterunt & absumperunt. Ecquid his immoror? Sacras bibliothecas flamas in-

Baiocis 1562.

Victor Vie.

lib. 2. persecuti

ecclesiastica

Vand.

Idem lib. 1.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

cenderunt: patrum suorum, episcoporum, regum, sanctorum, martyrum ossa ē tumulis eruta in sterquilinia, vel profuentes abiecerunt. Quid plura? Postquam reges per insidias, & terribiles domorum ac urbium suarum obsidiones, ē medio tollere nequiuerunt, eorumdem famam, & venerandam omnibus maiestatem libellis editis & euulgatis, probris omnibus maledictisque vexauerunt. Hæc, & multò plura sunt Calviniani & reformati (si superis placet) euangelij in Franciam, patriam suam beneficia; hæc in antiquissimam & sanctissimam parentem merita; hæc in natale solum officia, quibus patriam scilicet, conseruarunt, adiuuerunt, auxerunt, ut æuo semipaterno fruantur. Meliorem mentem horum superstibus Deus inspiret, vel illos ē medio ocyssimè tollat, seruosque suos ab eorum crudelitate cripiat. Ad Noemi redco.

Audierat enim quod respexit Dominus populum suum, & dedisset eis escas.

Hebræi habent, שְׁמַעַה בְּשָׁרָה מוֹאָב בִּי פֶּכֶר: Audierat in regione, seu agro Moab, quod visitasset &c. Ergo, etiam inter alienos, popularium suoru cura & sollicitudine pia matrona tenebatur: & hinc aduenientes singulos de illoru statu percontabatur. De loco peregrinationis, proprij domicilij crescebat affectus. Verbum Pakad, quod interpres vertit respexit, non est vnius significationis. Nam significat constituere & committere, Iob 34, & Nehem. 12. item reponere

4. Reg. 5. Aliquando iubere ac præcipere, Ezech. 43. aliás numerare ac recensere, 1. Reg. 11. &c. 13: & in hithpael numerari, Iudic. 20. & 21. &c. Rursus, idem est quod visitare, & alicuius rationem habere, ut pro peccatis castigetur, Exod. 20. Visitans iniquitatem patrum in filios. Et cap. 32. Ego in die ultionis visitabo. Esa. 10. Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur; id est, fastum & superbiam eius castigabo. Et cap. 13. Visitabo super orbis mala, id est, affligam orbem propter peccata sua. Ps. 19. Intende ad visitandas omnes gentes. Id est, animaduerte in impios tuæ diuinitatis contemptores, & à fœdere tuo alienos. Et 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata ipsorum. Itaque Deus peccata animaduertere, ac visitare dicuntur, cum ea punit, de peccatoribus penas sumens. Postremò, significat recordari alicuius, ut in eo promissa adimpleas, soleris in aduersis, & beneficiis iuues & exornes. Visitauit Dominus Saram, quemadmodum dixit, inquit Moses, Id est, recordatus eius, præstítit quod promiserat, nimirum filium. Exodi 3. Visitans visitauit vos, & vidi afflictiones vestras: finem videlicet eisdem impositurus, stupenda liberatione. Eodem sensu scribitur de Christo: Visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Visitauit nos oriens ex alto. Sic hoc loco usurpatur, dum dicitur, Audierat quod respxisset, seu visitasset Dominus populum suum. Id est, solita bonitate ac paterna benevolentia in Israëlem pietatis oculos coiecerat, eiisque misertus, cœlū, terrā, cetera.

Gen. 21.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Ps. 64.

elementa propitia reddiderat, ut fructuum vberatem, & omnis annonæ copiam illi affatim suppeditarem. Sic dicitur Deus visitare terram, quam irrigat & fœcundat. Visitasti terram ait Psaltes, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Parasti cibum illorum. Campi replebuntur vbertate &c. Itaque terræ irrigatio, & fœcundatio nihil aliud est, quam benigna & larga visitatio Dei.

Exod. 15.

¶ *Lechem*, quod *escas* vertit interpres, Hebreis non tantum significat panem vulgarem; sed & omnem cibum, commeatum, edulium, annam, messem, fruges & quocunque genus cibi necessarij: inò quicquid ad necessariam vitæ sustentationem iustè desideratur. Sic manna pluitur, panes promisit: & herbas terræ concedens homini, ait: In sudore vultus tui, vesceris pane. Elisæus iussit, Pone panem & aquam coram eis: & apposita est, inquit scriptura, eis magna ciboru abundantia. Iudam quoque ut Israëlem traditurus ait, Auferam à Iuda omne robur panis, & omne robur aquæ. Quotidianum victum à cœlesti patre petituros iussit Dei filius dicere, Panem nostrum da nobis hodie: id est, omne quod ad mortalem vitam sustentandam conductit.

Ps. 73.

Est itaque reditus Noemi secunda ratio, Israëlis fœlicitas. Eam famæ expulerat: verùm rerum copia eandem patriæ restituit. Sed Domino has rerum vices temperante. Memor fuit Deus congregationis suæ, quam possedetab ab initio. Apposuit ut complacitior esset adhuc. Non potuit obliuisci misereri, aut continere in ira sua misericordias suas. Dedit ergo panem atque *escas* populo

suo.
feu
buu
lian
ras
nita
diu
Pij
Dei
por
piu
ami
nus
cuit
Etur
vina
ope
num
vt
leor
om
por
can
gest
odi
abs
num
ra
le te
lo p
niu
len

suo. Hæc peruersi quidam naturæ admiratores, seu potius Athei, cœlo, syderibus terrisque tribuunt, sicut Deum viuentem sua gloria spoliant, ut eadem mutas ac sensus expertes creaturas exornent. At fides verbo Dei nixa, diuinæ bonitati ac potestati, cuius nutibus omnia obediunt & subseruiunt, hæc accepta referre docet. Pij itaque isthæc temporalia bona, vt præclara Dei dona, quasi è cælis allata, & ipsa manu Dei porrecta, cum omni gratiarum actione suscipiant, his abuti omnino cauent, & si aliquando amittenda sunt, cum Iobo exclamant: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Rigat montes de superioribus suis, ait diuinæ prouidentiae eximius prædicator, de fructu operum suorum satiabitur terra. Producit fœnum iumentis: & herbam seruituti hominum: vt producat panem de terra, &c. Etiam catuli leonum rugientes querunt à Deo escam sibi. Imò omnia ab eo expectant, vt det illis escam in tempore, &c. Dat escam pullis coruorum inuocantibus seum. Caeu igitur homo, in maxima cegestate & penuria Deum blasphemæ, tanquam odio te habeat, aut res humanas minimè curet: absit, nefarias furum, sacrilegorum, prædonum, artes sequaris, vt vitam sustentes. Sed spectra in domino, & fac bonitatem, inhabita & colle terram, & pasceris in diuinitate eius. Non in solo pane viuit homo. Heliam, Paulum, Antonium coruorum opera fouit in desertis: Daniel in lacu, Mosen in monte, Ioannem in er-

*Iob. 1.**Pf. 103.**Pf. 36.**Matth. 4.**Hiero.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

mo fame pereire non est passus, vthis & aliis exemplis, quasi quibusdam sigillis promissiones de victu cuilibet nostrum factas, confirmaret.

Matth. 6.

Considera lilia agri, quæ Deus vestit: attende volucres cæli, quas pascit: licet nec ferant, nec mentant, nec congregent in horrea. Nōne illis te pluris facit? Quare itaque primum regnum Dei, & hæc omnia adiicientur tibi. Non est abbreviata manus Domini.

Ez 4.59.

Porro, non parum gloriam & virtutem Dei in sanctis suis illustrat, quod hic cum Chaldaeo paraphraste tradunt Hebræi, nimirum famis angustias & molestias sublatas fuisse, Dominumque eoscas largitum esse Israëli, propter aequitatem & preces, quas coram Domino fundebat Abessam iudex, qui & Boos pius dicitur. Ut enim propter scelera quorumdam nefariorum, vrbes ac provincias iuste afflit: sic aliquot bonorum pietate & precibus prouocatus parcit. Ob Iezabelis fornicationes & Achabi tyrannidem, non pluit annis tribus, & mensibus sex: sed orante Helia cælum aperrum dedit pluuiam, & terra fructus suos. Si in Sodomis decem iusti inuenti fuissent, in eorum gratiam non conflagrassent. Sancti patris Lot pietate & orationibus, incolumes euaserunt Segoris ciues. Quoties proposuit Dominus vniuersum disperdere Israëlem, idque re ipsa peregisset, si non Moïses electus eius (inquit Psaltes) stetisset coram eo, ut auerteret iram eius? Num etiam decies, grauissimas plagas ab infidelibus Aegyptiis, suis ad Deum orationibus abstulit?

3. Reg. 17.

Jacob. 5.

Gen. 18. 21.

19.

Pſ. 106.

Exod. 32.

Exod. 5. 6. 7.

8. 9. 10.

Respondant cum suo illo Dormitantio, Calviniani. Quamdiu h̄c nobiscum, nostrarum calamitatum participes degunt Sancti, id precibus suis à Deo consequuntur: non autem post quām vita functi sunt. At, quis furor, quaē dementia, sic apertis, clarisque scripturæ testimoniis reluctari? Insana capitis humani figmenta Deo opponere: Ego tecum sum, ait Dominus ad Isaac, (iam Abrahamo patre ē terris sublatō) benedic tibi, & multiplicabo semen tuum,^{Gen. 26. Ecc. 34.} propter seruum meum Abraham. Et ad Salomonem: Non scindam regnum in diebus tuis, propter David patrem tuum. Et rursus: Nec totum regnum auferam, sed tribum vnam da-^{20.} bo filio tuo, propter David seruum meum. Et ad Ezeziam: Protegam urbem hanc, & saluabo eam, propter me, & propter David seruum meum. Mortuus erat David, inquit Chrysostomus, sed merita eius vigebant. Homo mortuus viuis patrocinatur, præstatque solarium. Homil. 2. in Ps. 50: 41. in Gen. 3: & 77. ad populum Antiochenum. Eo paulò superior Ambrosius, docet Petrum & Paulum nunc pro nobis, & pro omnibus posse impetrare, martyrisque pro nobis lubenter orare, modò ipsis deuotionis societate iungamur. Rursusque, fratri sui Satyri defuncti precibus se iuuari posse confidit. Orat. de fide resurrect. Augustinus quoque asserit, omnes martyres, qui cum Christo sunt, interpellare pro nobis. Nec transire interpellationes ipsorum, nisi cùm transierit genitus noster. Idemque pie ac suppliciter se precibus

COM MENT. IN LIB. D. R VTH

immaculatae Dei genitricis Mariæ, sanctorum angelorum Michaëlis, Gabriëlis, Raphaëlis, simili que patriarcharum, prophetarum, apostolorum, Euangelistarum, martyrum, confessorum, monachorum, virginum, iustorum denique omnium, sedulò commendat, Lib. Meditationum, capite 40. Vnus homo Moïses, scribit Hieronymus, ex centis millibus armatorū impetrat à Deo veniā: & Stephanus pro persecutoribus veniā deprecatur: & postquam cu Christo esse ceperint, minùs valebunt? Paulus ducentas septuaginta sex animas sibi dicit in naui condonatas, & postquā resolutus esse ceperit cum Christo, tunc ora clausurus est, & pro his qui in toto orbe suū euāgelium crediderunt, mutire non poterit? An nō Potamicæ virginis, & martyris precibus & meritis, carni fex eius Basilides, veram in Deū fidē, baptisma, martyriique lauream suscepit? Et Iustina virgo, Cypriani magi, ipsiusq; caco dæmonis artes, beatiss. deiparae fulta præsidiis, superauit? Vt igitur cum Augustino concludam, toto mentis affectu, beatissimæ virginis nos intercessionibus committamus, omnes eius patrocinia imploremus, vt dum nos supplici eam obsequio frequentamus in terris, ipsa nos sedula prece commendare dignetur in cœlis.

Euseb. lib. 6.
cap. 5.

Nazianzen.
Orat. 39.

Serm. 35. de
Sanctis.

Eccles. 25.
Gen. 4.

*Lib. cont.
Vigil.*

Sed quo pacto aiunt refractarij, ad eos vñque, vel nostrarum molestiarum sensus, vel pre cationum vota pertingunt? Vicissim illos excipio. Quo pacto orationes se se humiliantium, nubes, chorosque angelorum penetrant? Quo pacto sanguinis innocentis, mercedis vi re

gentæ, oppressæ viduae, & Sodomitici crimi- Iacob. 5.
Gen. 18.
Luc. 16.
 nis voces ascendunt in cœlum. Quo pacto
 damnati epulonis clamor ex inferis, ad Abrahami
 & Lazarus spiritales aures peruenit? Quo pacto no-
 uerat alterius seculi incola, diuitem dum in hoc
 viueret bona, Lazarum verò mala recepisse? Quo
 pacto fratres epulonis, cōciones de Moše & pro-
 phetis habuisse, quibus satis ad pietatem incitari
 potuissent. Quo pacto Heliſæus absens corpore,
 vidiſ ſeruum tuum Giezi accipientem munera,
 quæ dedit ei Naaman Syrus? Quo pacto idē pro-
 pheta nihil eorum ignorabat, quæ in abdito &
 facro regis Syriæ consilio tractabantur? Quo pa-
 cto Petrus ſciuit Ananiam & Saphyram defrau-
 daffe de pretio agri? Hæc mihi clare perfecteque
 explicent: & eos non celabo, quo modo in' vita,
 luminéq; cœlesti, noſtras miseras, precēsq; beati
 ſpiritus haudquaquā nesciat. Et quid eſt quod ne-
 ſcirent, qui ſcientem omnia ſciunt? Quid non vi- Act. 3. 1
 derent, qui videntem omnia vident? Quisquis in
 illo manet, ait Auguſtin⁹, & potest humanas pre- Lib. de vora
relig. c. 55.
 ces ſentire. Scire poſſunt, inquit idem alibi, ab an- Lib. de Spir-
itu & anima,
cap. 39.
 gelis, qui hīc nobis præsto ſunt, & animas noſtras
 ad illos deferunt. Spiritu etiam Dei reuelante, co-
 gnoscere poſſunt, quæ hīc aguntur, quæ neceſſa-
 rium eſt eos cognoscere. Et rurſus alibi: Poſſunt
 deſinēti quæ hīc aguntur audire, ab eis qui hīc Lib. de cura
pro mort. a-
 ad eos moriendo pergunt. Poſſunt etiam non ſo- genda, cap. 15.
 lum præterita, vel præſentia, verumetiam futura,
 ſpiritu Dei reuelante cognoscere: ſicut prophetæ
 dum hīc viuerent cognoscebant ea quæ illis eſſe
 reuelanda Dei prouidentia iudicabat.

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

7. Egressa est itaque Noëmi de loco peregrinatio-
nis sua, cum utraque nuru: & iam in via reuerte-
di in terram Iuda, posita, dixit ad eas. Ite in domum
matris vestre, &c.

VT pro certo accepit Deum propitium esse
Israéli, & solita benedictione agros fœcun-
dasse, nullas nequit moras, sed omnes abrumptit,
ut terram sanctam repeatat. Moabiticum regnum,
fuorum cadavera & sepultra, gentem profanam
& falsis religionibus deditam, tanquam procello-
sam & periculosa tempestatem deserit, & ad
populum Domini veluti tranquillum & securum
animi portum sese recipit. Diuinis legis ac pro-
phetarum voces audire, sacris cœtibus interesse,
arcam, tabernaculum, sacrificia inuisere summo-
pere cupiebat: consuetudinis idololatrarum per-
tusa. Sic nos decet pestilentum, & alienorū à Deo,
non solum societatem & consuetudinem, sed etiā
ædes, ut res omnino periculosas, & diuino iure
prohibitas procul fugere: ne natura corrupti, &
plus satis ad malū proni, ab his multò adhuc ma-
gis corrumpamur. Sensus enim & cogitatio hu-
mani cordis prona sunt ad malū ab adolescentia
sua. Nō abs re, depravatum genus humanum cō-
paratur cum torre, recens extracto de igne: quem
si in camino cū carbōnibus reponas, facile accédi-
tur. Ita si cū ebriosis, helluonibus, scortatoribus,
blasphemis, hæreticis cōsueueris, deterior euades.
Amicus stultorū, ait Sapiens, similis illis efficitur.
Potest guttula veneni totum dolium intoxicare
mieri. Potest vnicus scleratus nebulo, quod non
centum pij viri. Loti coniunx voluptatibus So-

Gen. 6. & 7.

Amos 4.

Zach. 3.

Ecl. 13.

Gen.

domeorum illecta, eas non nisi ego animo dese- *Gen.19.*
 ruit. Eiusdem filiae impiorum exemplo didice-
 rant etiam philtris, ad incestum patrem quoque
 prouocare. Vnde decim discipuli ab uno Iuda inci-
 tati, in Christum & Magdalena obmutnurant,
 & dentibus frendent. Petrus in atrio pseudopon- *Matth. 26.*
 tificis cum militibus peierat, negat, detestatur: *& 27.*
Matth.16.
 qui cum coapstolis confessus fuerat. Ouis mor-
 bida inficit omne pecus. Quid ergo vbi totas vr-
 bes, ac prouincias videris palam profiteri impie-
 tam? Corrupunt bonos mores colloquia praua.
 Quanto fortius mala exempla? Qui tetigerit pi- *Eccl.13.*
 cem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit
 superbo, induet superbiam. Recedite aiebat ad *Num.15.*
 suos Moyses, recedite à tabernaculis hominum
 impiorum istorum, nimirum Dathan & Abyron
 schismaticorum, & nolite tagere quæ ad eos per-
 tinent, ne inuoluamini peccatis eorum. Laudatur *Thob.1.*
 Thobias, quod fugerit consortia eorum, qui diuina
 paternaque religione contempta, pergebant *2. Parap. 19.*
 ad cultum vitulorum, quos fecerat Hieroboam
 filius Nabath. Arguitur autem Iosaphat, quod im-
 pio & desertori Achab præberet auxilium, & his
 qui oderant Dominum amicitia iungeretur.

Grauissimè igitur in Deum & proximum de-
 linquunt respubicæ, cōmunitates, yrbes, ac prin-
 cipes, qui cum Turcis, aut Hereticis illis cum ma-
 gna fidei Catholicae iactura, fœdera inceunt, quos
 omnino delere oportebat. Magnis quoque peri-
 culis sese exponunt curiosuli adolescentes,
 qui nulla necessitate, nulla utilitate publica, sed
 animi tantum gratia, prouincias illas ober-
 rant, & ciuitates quæ à fide Catholica

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Psal. L.

defecerunt inuisunt, & in his cum perfidis diuitius morantur. Beatus econtrario qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit. Beatus Abrahā qui cūm primūm potuit, è medio Chaldaeorum, quibus ignis loco Dei erat, in terram Chanaam in qua Melchisedec Deo viuenti sacra faciebat, aufugit. Beatus Dauid, qui statim vt audiuit Saulem interemptum, ex Palæstinorum cōsortio, terraque infidelium, ascendit in Hebron, vt sacrī, diuinisque interesse posset. Hoc enim tū maximē in votis sibi fuisse, cum exulare cogereatur declarat, dicens se non minus id sitiisse, quām ceruuſ desiderat fōntes aquarum. Quando veniā (inquietabat) & apparebo ante faciē Domini? Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie (ab exprobratoribus circumcisis,) Vbi est Deus tuus? Huius pietatis exemplum Ruth à piissima parente sua Noëmi accepit, quæ contemptis ac relictis Moabititis, vt commodè potuit, Bethlehem repetiit.

Gen.

2. Reg. 2.

Psal. 41.

Commisit se igitur itineri de loco peregrinationis suæ, ait Samuël, cum utraque nuru, Orpha videlicet & Rutha. Sicut quondam prudentis matronæ, & piæ matris officia his nuribus suis præstiterat, sic nunc in recessu ab illis vicissim obsequentium filiarum munera recipit. Illam non aspernantur veluti delyram annum, nec vt morosam aut crudelē nouercam affligūt, nec quasi alienigenam, Iudæā, exulem, infœlicem domo patriaque expellunt. Sed quamdiu in terra Moab permanet, sicuti propriam matrem diligunt, colunt, suisque laboribus

fouent: & nunc recedētē magna humanitatē comitantur. Secum enim cogitabant. Hæc est mater virorum nostrorum quibuscum vna caro fuimus, igitur & nostra. Hæc nunquam dura vel molesta locrus extitit, sed potius instar filiarum nos semper complexa est. Æquissimū itaque est, ut quasi filiæ eam colamus, obseruemus, comitemur. Ergo cùm inter nos diutius morari nolit, sed discessum paret, iam iamque itineri accincta sit, eidē ut indiuulsæ comites adhæreamus, nunquam ab eius amplexu, nunquam ab eius latere nos abstrahi patiamur.

Hinc verò liquet, quām morigeri parentibus suis, quamque horum amantes & obseruantes debeat esse vtriusque sexus liberi. Id etiam sagax natura visceribus insertis ac insculpsit feratum, cùm easdem inter sepe partu & educatione conciliet. Aristoteles & Plinius summi philosophi, Bafilius & Ambrosius summi Theologi referunt Ciconias parentes suos iam præ senecta deplumes, & ad volatum ineptos, in nido ad id parato reponere, & circumstantes alis plumisque fouere, insuper cibum magna alacritate querere & suppeditare. Et si in aliū locū volare velle animaduerterint, leniter ex vtraque parte alis suis auxiliū ferre. Adde nullo articulatē vocis ministerio, nullo literarum vsu indigens rerum natura, propriis ac tacitis vocibus, charitatem parentum liberorū pectoribus infudit. Itaque portentum atque monstrum humana specie tectum, iure censetur is, qui eos indignissime tractat, per quos hanc lucem aspicit. Parentibus enim nos primū natura conci-

Lib. 9. de nat.

au. ca. 13.

Lib. 10. hist.

ca. 23.

Lib. 5. Hex.

cap. 16.

Hom. 8. Hex.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

liat, tanquam surculos arbori. Ab his post Deum, accipimus corpus, vitam, educationem, patrimonium, libertatem, ciuitatem, religionem. Solon aliquando interrogatus, cur in parricidas supplicia nulla constituisset: respondit, se id neminem facturum putasse. Romani verò authore Tullio, in eisdem supplicium singulare exeogitauerunt, vt quos natura in officio retinere non posset, ij magnitudine pœnæ à maleficio deterrentur.

*Orat. pro
Roscio.*

*Dialog. II. de
legib.*

*Lib. I. Ethic.
Lib. 3 cap. 4.*

Insui itaque voluerūt viuos in culeū, atque ita in flumē deiici. noluerūt feris obiicere, ne efferatiōes efficeretur. Nō nudos deiicere, ne ipsam aquā polluerent, qua violata quæque expiari putantur. Denique ita illos mori decreuerunt, vt eorum ossa terra non tangeret: ita iactari fluctibus, vt nunquam abluerentur: ita postremō eiici, vt ne ad saxa quidem mortui conquiescerent. Parentes senio confessos domi habere, magnum preciosumque thesaurum, ac summi Dei simulacrum existimat Plato. Eos qui dubitant vtrum oporteat Deos venerari & parentes obseruare, sensu carere, egeréque pœna indicat Aristoteles. Valerius refert filiam quandam, exerto vbere, matris (quæ fame in carcere enecanda erat) famem diu leniisse. Alteram quoque patrem fame in vinculis peritum, tanquam filiolum proprio lacte non paruo tempore nutriisse. Laudatur Æneas quod Anchisen patrem ab excidio & conflagratione Troiae, humeris sublatum eripuerit, dicens:

*Virgil. 2.
Aenid.*

*Ergo age chare pater, ceruici imponere noſtre:
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit.*

*Quo res cunque cadent, unum & commune peri-
clum,*

Vna salus ambobus erit.

Ad hæc naturæ præcepta, & gentilium exempla, factorum diuinorumque librorum decreta adiiciantur. Primum secundæ tabulæ præceptū est, Honora patrem & matrem, ut sis longæus, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus datus est tibi. Hoc idem filius Dei euangelio suo confirmauit: & Phariseos ut grauissimi sceleris reos damnauit, quod liberis authores essent parentibus victus necessaria subtrahendi, simulata in Deum pietate. Apostolus autem obseruat hoc esse prium mandatum, cuius observatoribus promissiones fuerint additæ. Obsequentissimorum parentibus liberorum exempla sunt Isaac, qui patri ad gladium ignem, & necem usque morem gerere voluit: filia Iephtha, quæ imprudenter vouenti patri dixit: Fac mihi quæcumque locutus es: Christus denique, qui Ioseph fabro nutritori, & Mariæ genitrici se sponte subiecit. Eandem de cruce commendans discipulo, docuit nos, ait Chrysostomus, ad ultimam usque respirationem parentum euram & diligentiam habere. Thobias testamento iubet filio suo: Honorem habebis matri tuae omnibus diebus eius. Memor enim esse debes quæ & quanta passa sit propter te in utero suo. Ne contēnas, inquit Salomō, cum senuerit mater tua. Et Syracides: Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Retribue illis quomodo

*Exod. 20.
Levit. 19.
Deut. 5.*

*Matth. 15.
Eph. 6.*

*Gen. 22.
Iudit. 11.*

Luc. 2.

Ioh. 19.

Tho. 4.

Proverb. 23.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Exod. 7. & 9. & illi tibi. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses. Et postea: In opere, sermone, & omni patientia honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio a Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundameta. Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam.

Experientur pij liberi nunquam esse vanas, numquam irritas, nunquam fallaces istas diuinis promissiones. Sicut ex aduerso certissimas esse in violatores & contemptores parentum, tot terribiles comminationes. Qui percusserit patrem aut matrem, ait Dominus, morte moriatur. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. Nec verbo igitur, nec opere unquam impunè lacerfuntur. Et rursus: Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem suam. Ecquid horribilis & grauius, quam a præpotenti Deo maledici? Quid infelicius etiam dannatis & diabolis, diuina imprecatione, accidere posset? Qui affligit patrem, &

Pro. 19. & 30. expellit matrem, scribit Salomon, ignominiosus erit & infelix. Et iterum: Oculum ciuius qui subfannat parrem, & qui despicit partum matris suæ, suffodiant corui de torrentibus, & aquilæ pulli deuorent. Quis enim eis fausta precaretur, quos constat ore Dei diris omnibus esse deuotos? Si his nondum mouentur, si non trepidant, qui Parentes contumeliis afficiunt; vel vnius parricidæ Absalonis exemplum exhorreant. Infestis armis in clementissimum patrem, cumque regem insurgit; domo & ciuitate sancta expulsum, fuga sibi consulere

2. Reg. 18.

consulere & vitam seruare compulit. Sed qui naturæ legem oppugnauit, arborum comas præter naturam, quasi quorundam fortissimorum latellitum, & saeuissimorum carnificum manus sectum pugnantes sensit: cùm ab illis abreptus, & de fuga retractus, déque illis pédens, miserrimè perit. Putabat armis opprimere patrē: sed Deus etiam arborum ramos in eius pernitiem armauit, ut excoxitati parricidij pœnas exolueret: similique cunctis parricidis, in exemplum iræ ac vindictæ suæ eum proponeret. Sed de his rursus in sequentibus: ad Noëmi & nurus suas redeamus.

8. *Dixit ad eas. Ite in domum matris vestre. Faciat vobis cum Dominus misericordiam, sicuti fecisti cum mortuis, et mecum, etc.*

Confecta iam maiori parte itineris, iisque tribus in Iudeæ confinibus constitutis, paulatim subsistens Noëmi, nurus quoque gradum si stere iubet. Dubitat namque insigni prudentia mulier, ne cùm peruenissent Beth-lehem, ac inter Israélitas illis commorandum esset, horum ritu viuere, religionem fidemque amplecti recusaret. Rursus, si se proselitas fieri paterentur, id potius faceret in gratiam sui, quam Dei: aut ficto, ac hypocritico, quam syncero animo. Cogitabat prauum esse cor hominis & inscrutabile; multas in illo esse latebras, multosque recessus: ideoque illarum animos explorare ac pertentare constituit. Quocirca quatuor facit. Primo redeundi licentiam illis impertit: secundo, misericordiam & grā-

Hier. 17.

L

COMMENT. IN LIB. D. RUTH
tiam à vero Deo precatur: tertio, commodam re-
quiem & felicitatem huius vitæ desiderat: quar-
to, cum osculo easdem valere iubet, atque de his
ordine dicendum.

Principio itaque dicit: *Ite in domum matris ve-
stre.* Ex quo quis forsitan ineptè colliget, pa-
trem eatum iam vita functum fuisse. Quod omni-
no certum est, siquidem iuxta Hebræos, Eglonis
regis essent filiæ. Aut domum matris ideo appelle-
lat, quod filiæ præsertim cum matribus libentius
ac familiarius subinde viuere consueuerint. Hinc
Rebecca domum matris suæ potius vocat,
quam patris. Booz quoque postea Rutham cele-
brat, quod relictis patre & matre, concessisset in
terram Israëlis. Vult igitur Noëmi. Satis supérque
ò filiæ, quæ pias nurus decent, præstitistis. Grata
omnino mihi est charitas & dilectio vestra, So-
crus tatum vobis sum: matrem adhuc habetis, cu-
ius magis naturalis, ac constás, certusq; est amor.
Ad eam ergo reuertimini, de cuius solitudine &
dilectione nunquam ambigere, nunquam cade-
re poteritis. Non enim potest mulier obliuisci in-
fantem vteri sui. Iam ad meos populares & con-
ciues perueni, ad vestros redire vobis per me li-
cer. Vale itaque vobis dico, charissimæ, vos quo-
que hoc tempore & loco, me valere iubete.

Obseruandum diligenter, quod nec consultit,
nec hortatur, ut ad cultum falsorum deorum re-
deant. Non dicit: *Ite ad Deos vestros,* amplecti-
mini Deos vestrorum Moabitarū, &c. sed, *Ite in de-
mum matris vestræ.* Neque reuocat à vera religione
fuscienda: verum tentat quo sint in eam ani-

Gen. 24.

Ruth 3.

Isa. 49.

mo : explorat an serio & constanter Iudeorum pietatem diligenter, ac desiderarent. Sed neque imperiosè iubet proselytas fieri, aut comminatio-nibus ad suscipiendam Mosis legem compellit. Ex quibus colligere licet, adeo liberam ac sponte-neam debere esse fidei & religionis Christianæ professionem, ut nullis tormentis ad eam ample-xandam infideles, Iudæi, Turcæ cogantur. Non est religionis, scribit Tertullianus, cogere religio-nem, quæ sponte suscipi debeat, non vi: cùm & hostiæ ab animo libenti expostulentur. Et rursus: Irreligiositas est adimere libertatem religionis, & interdicere optionem diuinitatis. Iniquum vide-tur liberos homines inuitos vrgeri ad sacrifican-dum. Nam & aliàs diuinæ rei faciendæ libens ani-mus inducitur. Hæc ille, & rectè certè. Cùm enim homo eius ætatis est, ut iam ratione vtatur, nec possit credere, sperare, diligere, inuocare, (quæ re-ligionis sunt præcipua capita) nisi velit: voluntas autem propter innatam sibi libertatem ad hos inti-mos actus compelli nō valeat: profectò ad sus-ciendiā religionem, cuius sacrī nunquam ante initiatu-s est, cogi non debet. Cætera potest homo nolens, ait Augustinus, credere verò non nisi volens. Quinimò, ipsum credere in Christo, inquit idem, opus quidem est Chri-sti, quod operatur in nobis: sed nō vtique si-ne nobis. Et rursus: Qui fecit te sine te, non te iu-stificabit sine te. Fecit neſcientem: iuſtificat vo-lentē. Nec sine scripturarū præſidiis iſtæ patres aſſerunt. Nam à quolibet petit Deus: Fili, præbe

*Lib. ad Sca-pulam: idem
Apologet. ca.
23. & ca. 28.*

August. En-chir. ca. 32.

*Tract. 72. in
Io.
Serm. 15. de
verb. Apoſt.
Proverb. 23.*

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

mihi cor tuum. Neque Prophetas, neque Aposto-
los legimus quemquam infidelium tormentis
compulisse, ut vel circumcisionis signaculum sus-
ciperent, vel regenerationis lauacro tingerentur.
Et Iudæis ait Dominus: Volui vos congregare, &
noluitis. Apostolis quoque: Nunquid & vos vul-
tis abire? Vocat euidem frequenter, & amabiliter
in uitat Christus, dicens, Venite ad me omnes qui
laboratis: Si quis sit, veniat ad me, & bibat: Si
quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c.
sed neminem infidelium vi adigit.

*Matth. 23.
Io. 6.*

*Matth. 11.
Io. 4.*

Quid ergo, dices, Hæreticos & schismaticos à
fide & vnitate Catholica deficientes, legibus &
tormentis compellendos docetis, ut redeant? Cur
regum authoritate, edictis, gladiis & seueritati-
bus aduersus illos abutimini? Cur non potius
eos concionari, baptizare, cœnas celebrare suo
more permittitis? Vel cur non vnioco gladio
verbi Dei in eos pugnatis?

Censuit fateor aliquando Augustinus nemine ad
*Epist. 48. 6.
lib. 2. Retr.
cap. 5.*
vnitatē Ecclesiæ Christi esse cogendū, solo verbo
esse in hæreticos agendū, disputatione pugnan-
dū, ratione vincendū, ne fictos Catholicos habe-
remus, quos apertos hæreticos nouimus. Sed re
accuratius considerata, & experimento edocetus,
sentētiā omnino mutauit, ut idem ipse palā fa-
tetur. Alia igitur est infidelium, alia hæreticorum
ratio. Illi quia Ecclesiæ Catholicæ nunquā fidem
dederunt, nunquam sacris eius sunt initiati, ad e-
ius tribunal non pertinent. Quomodo enim eos
qui foris sunt, secundum Apostolum, iudicaret?
In hos verò omnem habet autoritatem, omnē

I. Cor. 5.

vitæ ac necis potestatem, quoniam cùm eosdem
in Christo pareret & regeneraret, ab eis sacramē-
tum fidei & obedientiæ accepit. Ergo, postea-
quam diuinis verbis eorum errores conuicit, ra-
tionibus coarguit, à Deo data sibi potestate dam-
nauit, & immorigeros filios diu patienter ad pœ-
nitentiam sustinuit: debet illos iam desertores, se-
ditiosos, turbulentos, pestiferos, & hostes infe-
stissimos persentiscens, omnibus diuinitus sibi
concessis modis compellere, ut à blasphemis ab-
stineant, & in viam veritatis (à qua longè aberrat)
reuertantur. Qui diliguntur, scribit Augustinus, *Epiſt. 204.*
malæ suæ voluntati non sunt impunè permitten-
di: sed vbi potestas datur, & à malo prohibendi,
& ad bonum cogendi. Si voluntas mala (subiicit)
semper suæ permittenda est libertati, quare Israē-
litæ recusantes & murmurantes tam duris flagel- *Exod.*
Num.
lis & à malo prohibebantur, & ad terrani pro-
missionis compellebantur? Quare Paulus non est
permisus uti pessima voluntate, qua persequeba- *Aét. 9.*
tur Ecclesiam? Quare monet pater filium durū
non solum verbis corripere, sed etiam latera eius
tundere, ut ad bonam disciplinam coactus & do-
mitus dirigatur? Quare corripiuntur negligentes
pastores? In hæreticis cogendis, ait rursum idem
Augustinus, Ecclesia Dominum suum imitatur,
qui ad cœnam magnam prius adduci iussit con-
uictas, postea cogi. An non pertinet ad curam
pastoralem etiam eas oues, quæ à grege aberra-
uerint, inuentas ad ouile dominicum si resistere
voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam

L iij

*Luc. 14.**Ecccl. 30.**Proverb. 23.**Ezech.**Epiſtola 50.*

COMMENT. IN LIB. D. RVT H

doloribus reuocare? Maior non debet esse Ecclesiæ indulgentia, Apostoli lenitate, qui distictè iubet, corripere inquietos: peccantes coram omnibus arguere: in malum auferre ex nobis ipsis: abscondere eos qui nos conturbant: blasphemos & apostatas homines Satanae tradere in interitū carnis. Ecquem saeuorem ac crudeliorem carnicem aut inuenire, aut saltem cogitare potuisset, cui istiusmodi pestiferos homines daret plectendos?

Ad hæc, piorum regum & magistratum officium est, seruire Domino cum timore, nutritores & protectores esse Ecclesiæ sponsæ illius, custodes ac vindices eius decretorum, & gladiis suis viti ad vindictam malorum, laudem vero honorum. Moses propheta simul & imperator Israëlis, populares suos Beel-phégor initiatos iure trucidavit: Saul magos & ariolos sustulit è medio: David in matutino. i. citò citius, interfecit omnes prævaricatores terræ, ut disperderet de ciuitate Domini iniquitatis operarios: simul perfecto odio prosequutus est eos, qui oderant Dominum: & Christiani principes lupos in ouile Christi grassantes non arcebunt? Non subiicient iustis suppliciis? Pseudoprophetas auertentes à diuinis legibus & sacris iussit Dominus interfici: & Pseudoapostolos ac hæresiarchas suum virus in omnes effundere permittent Christiani? Furta, homicidia, adulteria, falsa testimonia, aliisque scelera plectentur: & perfidia, apostasia, perniciosa, blasphemaque

*1. Thess. 5.
1 Tim. 5.
Gal. 5.*

Rom. 13.

*Exod. 32.
1. Reg. 28.
Psal. 100.
Psal. 138.*

Deut. 13.

dogmata inulta manebunt? Apagesis tantam a-
mentiam.

Iosaphat, Ezecias, Iehu, Iosias, & alij quidā He-
bræorum reges, qui falsos recetésque cultus pro-
hibuerunt, ac euerterunt, magnis laudibus cele-
brantur: sed Ieroboam, Achab, Ochozias, Manas-
ses, qui eosdem vel propagauerunt, vel permis-
erunt, coarguuntur. Imò aliquot aliàs minimè ma-
lis Principibus vitio datur, quòd suerint populū
sibi creditum adhuc immolare in locis excelsis.
Imperatoris Babylonici semper celebrabitur edi-
ctum, quo constituit, ut quicumque blasphemar-
et Deum viuentem grauissimis pœnis subiace-
ret. Quis mente sobrius regibus diceret, Nolite
curare in regno vestro à quo tueatur, vel oppu-
gnetur Ecclesia sponsa Domini vestri? Vix satis
leges Constantini, Theodosij, Gratiani maximo-
rum imperatorum potest commendare Augu-
stinus: quatum seueritate hæreticorum Ariano-
rum & Donatistarum repressa est sœvitia, prohi-
biti conuentus, & Catholicis vnà cum libertate
templa sunt restituta. Testatur idem, totam
suam ciuitatem à parte Donati, ad vnitatem
Catholicam conuersam esse timore legum
imperialium. Aliàs quoque non paucas se
vidisse ciuitates Donatistas confirmat, quæ
postea ex animo factæ sunt Catholicæ, legum
timore. Multos etiam nouisse, qui initio ad Ec-
clesiam pertracti, intus inuenerunt, vnde se in-
trasse lætarentur.

2. Reg. 3. 15.

22.

Daniel. 3.

Porrò, qua audacia, qua impudentia freti, libertatem conscientiæ, id est, liberam cuiuscumq; volueris cultus ac religionis electiohem postulant isti, qui omnem arbitrij humani libertatem tollunt? Qui omnia quadam absolutæ necessitatis lege sursum deorsumque ferri, fierique prædicant? Qua fronte, quo supercilio, quo ore, sibi ut liceat suo more coire, cōcionari, baptizare, communicare requirūt; qui id in Anglia, Scotia, Dania, Germania, Gallia, Belgio, vbi armis & viribus superiores euaserint, Catholicis non permittunt? Seruetum hæreticum, Castalionem aliter quām Beza sentientē, Spifamium ex Episcopo Niuenensi, patriæ proditorem, Dei ac salutis suæ desertorem, atque ideo Genevæ profugum, pro animi libidine viuere permiserūt? Scilicet? & nō potius exusserunt, fugauerūt, capite damnarunt? In quos placuerit, religionis ergo acerbis animis, armisque sœuent: & illis quicquid volent agendi dicendique impunita facultas ac licentia concedetur? Apagete factores tantæ dementiae. Sinant ergo bonos viros amore dirigi, alios timore corrip̄i.

Verū his omissis, diligenter considerandum quid secundo loco præstiterit nutibus suis Noëmi. *Faciat vobiscum Dominus, ait, misericordiam, sicut fecisti cum mortuis, & mecum.* Precatur illis ex toto pectore misericordiam, & omnē gratiā, à Deo vero. Etenim IEHOVAM, id est, ipsum verè existentē & viuentē Deū, ipsum totius boni authorē, fontē, & largitorē inuocat: non factios Deos Moabitarū, ceu aliarum gentium. Chamos idolum à

Moabitis pro Deo habitum & cultum fuisse, scribitur Num. 21. 3. Reg. 11. & Hieremiac 48. Hieronymus putat illud alio nomine vocatum Beel-phégor: itémque ab Ammonitis, Tyriis, & multis aliis populis adoratum. Isidorus & Theophylactus opinantur hoc infelix & horrendum móstrum, nomine Priapi, à Græcis in honorē suscep-tum. Ergo tam abominandum & propudio-sum idolum sc̄mper execrata Noemi, Iehouam omnium bonorum authorem precatur, ab eo-démque orationis suæ capit initium. Quod cer-tum ac euidens est argumentum, illam nunquam abieciſſe ex animo veram fidem ac religionem: nunquam ad Mœabiticam impietatem deflexiſſe, tametsi inter eos diu mansiſſet. Fundata supra fir-mam petram, id est, futurum Messiam, nullis im-pijs populi verborum flaminibus, nullis exemplo-rum illecebris, nullis persecutionum fluctibus à fide patrum suorum, prophetarum doctrina, & veteris ecclesiæ, id est, Synagogæ, vnitate ac obedientia deiici aut abduci potuerat. Huius con-stantiam & infractum animuin sibi proponant imitādum piæ matronæ, quæ vel inter hæreticos, vel sub maritorum alienorum à Deo tyrannide viuere coguntur. Monica semel & iterum. D. Au-gustini mater, & Patritij seueri Manichæi coniūx, constanti pietate vtrumque Christo lucrifecit. Iob inter orientales, Melchisedec inter Chan-naeos, Moses inter Ægyptios & Madianitas, Abraham inter Chaldæos & Palæstininos, Daniel inter Babylonios, Persas, & Medos, vera diuinæ-que religionis defensores & assertores inuictos

Ethim. 8.
Comment. in
4 cap. Oſe.

Matth. 7.
Luc. 6.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Eccles. 50. sese præstiterunt. Quasi stellæ in medio nebulæ,
Philipp. 2. & quasi luminaria in medio nationis prauæ &
Thob. 1. peruersæ sibi & aliis effulserunt. Et Thobias in
 captiuitate positus, viam veritatis, idest, veram
 in Deum fidem, spem & charitatem, non deseruit
 &c. Leues autem, imò quavis arundine aut plu-
 ma leuiores ac inconstantes & reprobi homines,
 vt sibi impiorum benuolentiam concilient, aut
 bonis huius vitæ consulant, niox veram Dei re-
 ligionem deserunt, abnegant, produnt, blas-
 phemant. Ad tempus credunt, & in tempore ten-
 tationis recedunt. Malunt eos apostatas imitari,
 qui commixti inter gentiles didicerunt opera eo-
 rum, seruierunt sculptilibus eorum, imolaue-
 runt filios suos & filias suas dæmoniis: quam su-
 perius nominatos patriarchas, aut apostolos &
 martyres &c.

Verum, quid suis nuribus à Deo exoptat Noe-
 mi? Misericordiam à Domino. Id est, omne bonum
 animi, quod sua bonitate & clementia cōfert iis,
 quos diligit. Puta veram Dei agnitionem, amo-
 rem, fiduciam, clementiam, beneficentiam, pec-
 catorum condonationem, in aduersis consola-
 tionem, in tribulatione auxilium, vitam denique
 præceptis suis conformem. Vox namque Hebræa
 חֶסֶד Chesed isthæc vniuersa significat. Eo sensu
 scribitur: Deum custodire misericordiam in mil-
 lia, & auferre iniquitatem & scelera. Misericordię
 Domini plenam esse terram. Miserationes eius
 super omnia opera eius. Præparatum esse in mi-
 sericordia solium eius. Gratia Dei & misericor-
 dia est in sanctos eius. Misericordia eius à proge-

Exod. 34.

Deut. 5.

Ps. 32. &

144.

Esa. 16.

Sap. 4.

nie in progenies . Samaritanus fecit misericor- *Luc.1. & 10.*
diam cum vulnerato . Addit Noemi : *sicut fecisti*
cum mortuis & tecum . Quod his verbis Chaldæus
extulit . Clementer ita tractet vos Dominus , at-
que maritos vestros iam vita functos , & me cle-
menter tractauistis . Illis enim mortuis , viris a-
liis nubere noluistis : quin meipsam aluistis &
sustentastis . Vobis tribuat Dominus absolutam
mercedem pro beneficio , quod detulisti ad
me . Vult itaque Noemi dicere : Tanta Abrahæ
Gen.18. &
patri nostro præmia pro sua in pauperes & pe-
regrinos liberalitate à Deo vero sunt data, quan-
ta antea nemini . Lot quia pauperes hospitio
mensaque suscepit, ab Angelis visitari, & conci-
uium suorum horrēda internecione liberari me-
ruit . Et ut summatim dicam, omnibus qui pere-
grinis ac egentibus miserebuntur, promisit Deus
noster se misericordiam & gratiam, eadem imò
& cumulationi mensura redditurum . Eam ob
rem illum obnixè deprecor, ut piorum operum
vestrorum memor, vobis perpetuò, & in omni
negotio sit pius, propitius & misericors, sicut
mecum, & demortuis duabus filiis meis fuistis
officiosa.

His autem dux coarguuntur hæreses ; prior
eorum qui omnia prorsus opera infidelium , aut
etiam fidelium eorum qui gratiæ Dei sunt ex-
pertes , verè peccata esse , ac iram Dei promereri
autumant . Siquidem hæ viduæ Moabiticæ nec-
dū proselytæ , aut in populum Dei cooptatæ erāt :
quarum operibus mercedem absolutam sancta

COMMENT. IN LIB. D. RVTN

*Gen. 30. &
39.*

Noemi exoptat. Labani & Putipharis idololatrum domibus benedixit Dominus, quod ille profugum Iacob, iste venditum Ioseph cum omni humanitate suscepisset. Obscuris etricibus Aegyptiorum benefecit Deus, eò quod regiae crudelitati in nece paruolorum Hebraicorum parere detrectassent. An non Cornelij adhuc ethnicci, necdum in Christo credetis, aut renati, eleemosynæ acceptæ sunt, & orationes exauditæ? Illis (ut præclarè

*Act. 10.
Lib. 1. de b.
ptif. cap. 8.*

docet Augustinus) & angelum ad se mitti, & missum intueri meruit. Quis mentis compos cœsebit ethnicum hominem dum naturali pietate parentes colit, nudum operit, famelicum pascit, mortuum sepelit, ab alieno thoro, à médacio, furto, homicidio abstinet, his operibus iram diuinā in se prouocare? Satis eidem fore, si his humanis virtutibus & officiis abstineret? An non bonis artib⁹, id est, ciuilibus & philosophicis virtutibus Romanorum, pro mercede concessum &

*August. 5. de
ciuit. cap. 15.*

datum est ad tantam gloriam peruenire, ut totius orbis domitores, victores, imperatores euaderent?

*Epist. 5. que
est ad Mar-
cellinum.*

Ostendit in illis, ait Augustinus, quantum valeant ciuiles etiam sine vera religione virtutes: ut intelligeretur hac addita, fieri homines ciues alterius ciuitatis, cuius rex veritas, cuius lex charitas,

*Rom. 14.
1. Cor. 13.*

cuius modus æternitas. At quæcunque fiunt absque charitate, Apostolo authore, nihil prosunt. Respondebat Augustinus, ea nihil quidem prodesse ad regnum cœlorum obtinendum: sed plurimum valere ad extremi iudicij tolerabilius supplicium subeundum.

*Lib. de pat.
cap. 4.*

Posterior hæresis est illorum, qui vociferantur

per nos bona opera nihil apud Deum mereri. Etenim si ciuilibus ethnicorum virtutibus præmium temporale iustè redditur: quantò iustius piorum iustis & sanctis operibus spiritale, æternumque rependetur? An non grandis iniustitia apud Deum, si bonorum operum nostrorum obliuisceretur: si mala nostra tantum puniret, bona non præmiaret? Si benè feceris, ait Dominus ad Cain, recipies. Et ad Abraham: Ego merces tua magna nimis. Et iterum: Quia fecisti rem hanc & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te sicut stellás cœli, possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & in semine tuo benedicetur omnes gentes terræ: eò quod obediuisti voci mea. Papæ! quantis præmiis, quanta mercede una iusti hominis obedientia coronatur? In custodiendis mandatis diuinis Dauid agnoscit retributionem multam: ideoque inclinat cor suum ad faciendas iustificationes propter retributionem. Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrimis, ait Dominus captiuo Israëli, quia est merces operi tuo. Sed quoties bonis operibus mercedē ac præmium Christus pollicetur? Merces vestra ait ad Apostolos, copiosa est in cœlis. Qui dederit calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam. Viticolis operatoribus merces redditur. His qui religionis suæ gratia reliquerint parentes, vxorem, liberos, agros, promisit centuplum in hoc seculo, & vitam æternam in futuro. Hinc Apostolus: Pietas ad omnia utilis est, promissionē habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Bonum ita-

*Heb. 6.
Hieron. lib.
1. cont. Iou.
Gen. 4.15. &
22.*

Ps. 18. & 118.

Hieron. 31.

*Matth. 5. 10.
20.*

*Matth. 19.
Mar. 10.*

*2. Timot. 4.
Gal. 6.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

que faciētes nō deficiamus aliquādō, suo enim tē-
pore metemus: nec his perditissimis nebulonib⁹
attēdamus, qui vt a bene operandi studio cūctos
reuocent, nō solū virtutibus p̄m̄ia apud Deū
reposita negāt: sed ad totius dānationis suæ alio-
rūmque cumulū, etiā iustos in omni bono opere
peccare blasphemāt. Sed de hoc infra copiosius.

Pōstremō, Noemi exemplum nos docet, quid
liberis, affinibus, & aliis qui bene de nobis ali-
quando meriti sunt, in primis optare debemus.
Nimirum dei gratiam, timorem, amorem, miseri-
cordiam, &c. Sulti ac cæci iis quos diligunt, aut
salute impertunt, primū honores, opes, corporis
sospitatem, ac vitā in terris bene longā precantur.
Quo quid tā peruersum, p̄p̄sterumve excogiti-
tari potest? Suis Christus pacem suam, quā mun-
dus dare nō poterat, ante omnia conferebat. A-
postolus omnibus quos literis conuenit, & salutat,
initio gratiam, misericordiā & pacem à Deo
patre nostro, & Domino nostro Iesu Christo cu-
pit. Det dominus, ait, misericordiā Onesiphori
domui: quia s̄epe me refrigerauit, & catheranam
mēā non erubuit. Det illi Dominus inuenire mi-
sericordiā à domino, in illa die. Et quid proderūt
externa illa bona, si spiritualia defuerint? Cauendū
itaque ne istiusmodi afflentatorib⁹ patefaciamus
aures, nec adulari nos sinamus.

Sed quorsum addidit Noemi, sicut fecisti cum
mortuis, & mecum? Quānam est illa misericordia,
quā vita functis maritis exhibuerant ethnicæ vi-
duæ? In primis quandiu hac vita & cōmuni sp̄itu-
tu gauisi sunt, eos amarunt quasi propriā carnē,

Io. 14.

Rom. 1.

1. Cor. 1.

1. Tim. 1.

2. Tim. 1.

coluerunt ut dominos, obseruauerunt ut capita, omnibus honestis obsequiis animos illorum sibi deuinixerunt, atque modesta, pudicaque cōuersatione cū eis perseuerarunt. Deinde, vigente adhuc in pectoribus defunctorū maritorum amore, noluerant mox conuolare ad alias nuptias: sed & so-
crum superstite omni officiorum genere quasi filiae matrem, in eorū gratia prosequutæ sunt. Lau-
dat itaq; Noemi nurus suas ab honestis & debitissimis
piarū vxorū in maritos filios suos officiis: quod ad imitandum omnibus aliis matrimonio iunctis mulieribus exemplar propositū est. Sed de officiis coniugum erga maritos, superius dictum est. Tā-
tum hīc addo, quarumdā imprudentū muliercularum importuna garrulitate, pertinacia, impotē-
tia animi, atque extrema quadam malitia fieri, vt sāpiuscule à maritis minus liberaliter ac humani-
ter tractentur. Laudatur in sacris Cecilia, quod
maritum quē quasi ferocē leonem acceperat, sua
solertia & pietate quasi mansuetissimum agnum reddiderit. Et Monica S. Augustini mater, quod
Patritium virū suum improbus plus satis & sāeuū,
sua modestia & lenitudo deuicerit. Maritos ita-
que obseruent, si fælici matrimonio gaudere, &
mala sibi non accersere velint vxores.

Præterea, obseruandū facere misericordiam cū mor-
tuis, ab Hebrais ad alia duo pietatis officia sāpe
referti. Primum, quando fidelium corpora veluti
sacra quædam pignora religiose terræ mandātur.
Dauid enim legatos mississe legitur ad viros Ia-
bes Galaad, qui suo nomine illis gratias habe-
rent, quod fecissent misericordiam cum saule Domi-
no suo, & ionatha filio eius. Ecquam amabō

*Metaphrast. 4
in vita S. Cco
cil.*

*August. lib.
Confiss.*

*2 Reg. 2.
1 Reg. 31.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

te, misericordiam? Tulerant cadauera illorum de
muris Beth-san, & igne consumptis carnibus, ossa
apud se honorifice & decorè sepelierant.

Secundum in vita functos misericordiae officium Hebrais est, ieiuniis, precibus, eleemosynis, & sacrificiis, illorum animas diuinæ indulgentiæ ac pietati commendare. Hoc ibidem semel & iterum probatur. Nam viri Iabes Galaad audita Saulis, filiorum eius, totiusque Israëlis strage, ieiunauerunt (inquit Scriptura) septem diebus. Dauid quoque, & omnes viri qui erant cum eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt usque ad vesperam super Saul, & super Ionatham filium eius, & super domum Israël, eò quod corruissent gladio. Ad quid verò tot ieiunia, tot planctus & lamenta sine precibus? An non haec illa perpetuò in sacris comitantur? An non Moses, Helias, Dauid, Hester, Iudith, Daniel, Esdras, Achab, Nihiuitæ suis ieiunationibus preces continuò ianxerunt? Constat igitur pietatis & misericordiae in mortuos opus esse, quando piis lacrymis, ieiunationibus, & feruentissimis precibus manes illorum Deo commendantur: hōcque inter Hebreos omni ævo, communib[us]que sententiis receptum & sanctissimè obseruatum.

Quoniam verò ab aliquibus illustribus & amicis viris accepi, Caluinianos nostræ inferioris Northmanniæ, conscripto speciatim contra me libello (hunc enim illis iam ostentarunt, & cuidam suæ farinæ homini, à conuiciis & probris quibus semper abundant Ministri, repurgandum dederunt, priusquam prælo committant per negare

1. Reg. 31.

2. Reg. 1.

Thob. 12.

Matth. 17.

Act. 13.

Rom.

negare Hebræos vel nunc mortuis suis bene precari, vel vñquam aliás in suis Synagogis & cœmeteriis, pro defunctis preces effudisse, operæ premium visum est breui per digressionem insti-tuta disputatione, tantam hominum audaciam, ne dicā impudētissimum mendaciū, hīc ex fontibus Hebræorum sumptis testimoniis refellere ac coarguere.

Digressio de fide Purgatorij, precibus & oblationibus pro defunctis inter Hebræos, Syros, Chaldaeos, Arabes, & Aethiopes, contra Calisinianorum noua commenta.

Exstat Hebraicē & Latinē Supremum lugen-tium officium ex libro precationum Hebraicarū, qui inscribitur M A H Z O R sanctæ synagogæ &c. quo vtuntur nunc per totum orbem diuersi Iudæi. In eo constitutum est, ut ad sepulcra suorū defunctorum populus Hebraicus Ministro synagogæ p̄ræente, inter multa alia concinat: *Iustus in omnibus viis suis Deus, perfectus, longanimis, misericordijsque plenus: Indulge quæso, parce obsecro, tum patribus, tum filiis. Tua enim est ô Domine, propitiatio atque misericordia.* An non hoc est priscis suæ gentis hominibus defunctis veniam precari: & ad id psalmi, qui inchoatur, De profundis, versus accommodare?

Ibidem rursum, quando è feretro suorum cor-pora extrahunt, vt terræ committant, Minister se-quentes versus, precésque sigillatim p̄cinit: suc-cinit verò repetitque populus: *Hæc est via totius*

M

*Argumenta
quibus euina-
citur Hebræos*

*perpetuum pro
defunctis o-
raffe.*

Ps. 144.

Ps. 129.

I.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

mundi. Congregamini & præstate uniuersi opera misericordiae. Anima & vestra vita sempiterna perfruantur. Requiescat anima ipsius in cubili suo in pace. Iaceat in pace. Dormiat in pace, donec veniat consolator qui pacem audire faciat. His apertè misericordia opera defunctis exhibenda & præstanda esse docent, nimis ardentes preces, ut animæ illorum requiescant in loco pacis & quietis, & iisdem ferè verbis, quibus nos Christiani catholici: subringantur licet hæretici.

3. Post hæc, ad sanctos patriarchas, prophetas, & angelos facta apostrophe, eisdem defunctorum suorum animas his verbis commendant. Patres seculi qui dormitis in Hebron, portas horti Eden (i. paradisi) aperite illi, atque dicite: Aduentus eius fit in pace. Colles æterni de spelunca duplice, portas paradisi patefacite illi, ac dicite: In pace veniat. Angeli pacis, egredimini in occursum ipsius, portas paradisi voluptatis reserare illi, atque pacem aduentum ipsius denunciate. Custodes thesaurorum horti Eden, patefacite illi portas horti Eden, & ingrediatur N. paradisum, fruaturque fructibus paradisi. Expetenda sunt ab eius dextera: dulcia à sinistra. Hoc exaudiás ô Domine, eique dicas: In pace esto aduentus tuus. Quid his planius & apertius dici potest? An non his manifestè & dilucidè pro defunctis precantur: & eisdem beatorum spirituum patrocinis commendant? Hæc quoque mirificè ad verbum cum nostris Ecclesiasticis orationibus conueniunt. Ex antiquissima enim traditione canimus, aliquem in sepulcrum illaturi: Subuenite

sancti Dei, occurrite angeli Domini, suscipientes animam eius, offerentes eam in conspectu altissimi. Itemque: Aperite portas iustitiae, &c. Et rursum: In paradisum ducant te angeli, &c. Ne vero quis vel saltrem cogitare audeat, doctores Catholicos isthac de Hebreis confingere, non sine iudicio diuino factum est, ut non solum D. Genebrardus noster, sed & Sebastianus Müsterius, & Paulus Fagius magni inter haereticos nominis, & ecclesiae Romanae hostes infestissimi, eadem, iisdem ferè verbis, ex Hebreis latina fecerint, Annotat. in 14. cap. Deut. Oportet igitur illos omnes verecundiæ fines transiisse, & bene nauitérque impudentes esse, qui negant Hebreos pro requie pacéque defunctorum orare.

In eruditorum quoque oculis & sermonibus versatur nunc Hebraeorum HASCABA, id est, oratio pro defunctis, quam HAZAN sive Minister synagogæ recitat ad defunctorum sepulcra: & id roties, quoties rogatur à diuersis flagitantiibus sibi dari HASCABA pro anima N. eodem fermè modo quo Christiani à Sacerdotibus decantari, LIBERAME, vel REQVIEM &c. His autem verbis precatur Hebreus minister. Requies firma in superna habitatione sub aliis Dei, in gradus sanctorum & purorum, propitiatio delictorum, accessio salutis, indulgentia & miseratione, pars denique bona in vitam venturi seculi, sit animæ sapientis huius magistri, vel Domini. Spiritus Domini quiescere faciat eum in horto Eden, & societur ei pax, quemadmodum scribitur in Isaia: Veniat pax, quiescat in cubilibus suis Isa. 57.

COMMENT. IN LIB. D. RVT^H

ambulans ante ipsam, ipse ac omnes defuncti Israëlis, ipsius misericordia & propitiatione. Amen. Quid est Deum defunctorum animis propitium rogare, si istud non fuerit? Quibus verbis, quibus sententiis, quibus argumentis ac testimonii clarius & certius probari posset, Iudeos defunctis suis bene precari; atque purgatorium erekum nobiscum credere ac confiteri? Verum, aliud quoque hic à nobis discant haeretici, quod prauas opiniones eorum refellat, nostra dogmata confirmet.

Inseribunt etiamnum hodie Hébræi lapidibus

5. sepulcrorum parentum atque amicorum suorum:
Sit anima eius in horto paradisi. Amen. Sit anima eius colligata in fasciculo viuentium. Amen. Eant nunc Caluinianæ sectæ propugnatores, seniores, superintendentes, diaconi, satellites, & ministri, & sibi persuaderi ab impostoribus finant, nunquam Hebræos pro vita functis orare.

Porrò hanc perpetuam constantemque fuisse totius Synagogæ doctrinam atque fidem, ex libris Talmudicis, Misnaioth, Thargumi, Zohar, deinde ex Rabbini Mosis Ægyptij, & aliorum Rabbinorū scriptis aperte concincitur: ex quibus nos quædam tantum in presentiarū, sed dilucida firmaque testimonia, proferemus. Quoties aliquis defunctorum patrum, magistrorum, regum, pontificum suorum in scriptis meminerunt, toties ferè hac prece illum Deo commendant: *Super eum sit pax. Vel: Requiescat in pace. Vel Pace fruatur. Ioannes Mercerus, & ipse ecclesiæ catholicæ desertor, Caluinismi autem assertor, Li-*

1. Reg. 25.

6

bro Rosse Thenoth, i. Abbreviationum, vel notatum compendiosè scribendi, annotauit adeò frequenter in Rabbinorum scriptis hanc pro vita functis orationem occurrere, ut superfluum sit plura exempla in medium adferre. Certè vnum Rabbi Iosipps Ben-Gorionis, Historiæ belli Iudaici capite nono, ter quatérque eam orationem usurpat, prout etiam eam ex Hebræo Latinam fecit David Kyberus Argentinensis, hereticus, & Romanæ ecclesiæ aduersarius: ne quid à Catholicis confungi & sibi obiici queri possint nostri Caluiniani.

Insuper, ex eadem Iosippi Hebræi historia luculenter apparet, hoc pro vita functis officium solis sui imperfectoribus, veluti profanis & omnino Domino inuisis hominibus, inter Hebræos fuisse denegatum. Scribit namque deuicta à Romanis Iorphat, Iosephum Ben-Matthatia: qui eam urbem à Romanis aliquandiu defenderat, vna cum aliquot militibus in quamdam specum se abdidisse. Quum autem mutuis cæribus vellet commilitones se à Romanorum seruitute adserere: Iosephum à tam nefario scelere illos dehortatum esse longa oratione, quam finierit his verbis: *Ignoro commilitones, qua sit propitiatio animæ hominis, qui seipsum interficit. Quis intercedet pro nobis apud Deum si peccauerimus, & quisque proximum suum interficiat?* Orationem denique hoc pacto clausisse: *Quomodo amouebimus opprobrium hoc? Quomodo expiabimus peccatum hoc?* *Quis tandem pro nobis intercedet?* Ex quibus clarum & constans evadit, in Synagoga receptum & probatum suis-

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

se, propitiaciones, intercessiones apud Deum, expiations, & orationes fieri pro aliis pie vita functis: idéoque purgandatum animarum aliquem locum in altero seculo superesse.

8. Hoc ipsum Rabbi Bachaia longa disputacione è sententia Magistrorum suorum confirmat, super eum Decalogilocom. Memento diei sabbathi, affirmans mortuos die sabbathi recreari & quiescere à doloribus & paenit suis, adeo ut potent etiam ex delictis Eden i. paradisi.
9. Quin imò & flammaturum ardoribus easdem animas in quodam crebi loco purgari & expiari, nobiscum constanter credit & fatetur Rabbi Simeon Ben-Iochai, in eum locum Ezechielis. 1. Et ego in medio transmigrationis super fluuio (Heb. splendore) Cobar. Sic enim ibidē D. Nicolao Fabritio interprete, commentatur: *Hic fluuus igneus derivatur & prorumpit à conspectu Dei, & decies centena millia Angelorum ipsum circumstant: Indicum sedit, & libri illic aperti sunt. Nimirum libri aperiuntur. Et tunc abluiuntur anime in eo flumine igneo à sordibus suis, quibus conquinatae fuerant in mundo inferiore.*

Dan. 7.

10. Alij Hebrei in Midras Tehillim, Midras Iob, Midras Cohelet, id est, Expositio Psalmorum, Iob, & Ecclesiastes, de inferis differentes, multa ibidem animarum receptacula esse, varios recessus, & gradus suppliciorum, & in his quasdam earum indies expiari, & purgari, denique ex iisdē liberari, & in sinum Abrahæ, i. locum amittere & quietum euadere, constanter docent & adfir-

mant. Quid ad hæc igitur missabunt Caluiniani? Respondere ne ad hæc , aut omnino hiscere vltra audebunt, Hebræos nunquam pro defunctis precari? Nusquam expiatorium locum in altero seculo agnoscere? Tot potius tamque claris Hebræorum testimoniis conuicti , errorem agnoscant & emendent; aut fracti cum pernicacibus, & in Spiritu sanctum peccantibus discedant, & negotium vterius Catholicis non facessant.

De industria hic missa facio quæcunque ex aliis Hebraicis scriptoribus, quæcunque ex Apostolis, & Euangelistis, quæcunque ex Maccabæis, Thobia, Davide, Ezechiele, Daniele, Solomone, Isaia, Malachia, Mose denique in hanc rem adducere possem . Hæc nos Deo bene propitio, in lucem proferemus, & totius antiquitatis sanctissimis testimoniis communiemus, quâdo bellum libellum suum sicut missilant Caluiniani, contra nos in lucem emiserint . Hic tantum velitationis gratia in illos subiicere liber , quæ sit Syrorum, Chaldaeorum, Arabum, Æthiopum, & quotquot ab Hebreis literas, religionemque acceperunt, de proposita inter nos quæstione sententia.

Syros omnes in sacris cœribus oblationes & preces pro defunctis facere , liquidum ac certum est vel ex inscriptionibus, quæ visuntur in nouo testamento , Viennæ Austriacæ Syriacis characteribus impresso : & in manu scripto, quo vñ sunt Bodeliani nostri, cum Biblia Antuerpiana iussu & impensis Catholicæ Regis Hispaniarum à Plantino excuderentur.

Syrorum fiducie de Purgatorio.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Tremelius infelix & miser apostata (vt hoc dicam obiter) in suo novo testamento Syriaco, quod ad grammaticam usque corruptum, eos titulos Euangeliis & sacris lectionibus praefixos, Hæretica & planè Iudaica, atque Ischariotica licentia penitus oblitterauit . Scribunt ergo Syri ad cap. 9 . Matthæi , versu 8 . ante hæc verba , Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit , &c. Bedoucrono deghanide , in

Characteres
Syriaci tunc 11. vers. 34 : & cap. 12. vers. 23 : & cap. 24.
non aderant:
ideo Latinus
ut coacti fui-
mus. commemorationem defunctorum. Ibidem cap. 36 . Queriono deghanide , Lectio defunctorum , vel , pro defunctis . Rursus , capite 25. versu 31. Cùm venerit filius hominis in maiestate sua , &c. Queriono bedoucrono de Kine ve Zadique ; u-degharoubro dechanore . Lectio in commemorationem rectorum & iustorum , Feriaque sexta candidatorum .

Apud Marcum cap. 5. versu 21. Et cum transiisset Iesus in nauis , habetur : Queriono desahade u-deghanide . Lectio martyrum & defunctorum . Ibidem capite 12. versu 18. Dekourbo deghanide . In oblationem pro defunctis .

Apud Lucam capite 16. vers. 19. Homo quidam erat diues , &c. Queriono de ramço dechad besabo deghanide . Lectio ad vespertas Dominicæ defunctorum .

Apud Ioannem cap. 5. vers. 19. Et in Actis Apostolorum cap. 5. versu 1. Item cap. 10. versu 36. Et in prima Pauli ad Corinthios cap. 15. versu 34. Rursus in secunda capite 5. ver-

ſu 1. Præterea in epistola ad Thessalonicenses cap. 5. versu 13. His omnibus in locis prænotatum est: *Querions deghanide.* Vel solum: *Deghanide.* Lectio defunctorum. Vel dumtaxat: Pro defunctis.

Iterū in epistola ad Hebræos cap. 12. versu 28. inscriptum est: *Abahotho Vmalke Mehaimene.* Patribus & regibus fidelibus.

Beatus Severus patriarcha Alexandrinus in Libello de ritibus Syriorum, D. Guidonis Fabritij Boderiani diligentia Syriacè, Hebraicè, & Latinè à Plantino edito, scriptum reliquit. Quādo sacerdos accipit patenam in dextera sua, & calicem in sinistra in modum crucis, post commemorationem Christi, beatissimæ Virginis, omniū denique sanctorum, & fidelium defunctorum, his verbis orationem claudit: *Eloho gabed lehon Neiocho vdeoucrono touo.* Deus, præsta eis requiem, bonāque memoriam.

Item, quando sacerdos dicit commune proœcium, ita orat: *Lehan Sceuicho Vmescauecho daureb doueron Ioldatbeh bascemaio Vbaargbo Venat zach doueron quadiscauhi becul Astro Vfonem vetolo derachame Vadechanono dases ghal garmaibon deghanide Mehaimene dileh toe Sçousbecho.* Gloriosum ac celebrandum illum, qui genitricis sua memoriam in cœlo & in terra magnificauit, & sanctorum suorum omnibus in locis & modis victoriosam reddidit commemorationem, atque rorem misericordiarū & gratiæ super defunctorum fidelium ossa distillavit, decet collaudatio.

Præterea, in consecratione hostiæ, post inuo-

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

cationem sacrosanctæ Triadis, ita precatur. Eloho
gabed neiocho Vedoucrono Tobo lecul man diith leh gha-
man sçautofuto Vel aro dili velemo dili Vmalpono dili de-
rabem. Deus, præsta requiem bonamque memoriam
vnicuique societatem nobiscum habenti, & patri
meo, & matri meæ, meoque præceptorí qui me
educauit.

Clauditur autem Libellus ista prece. IESVA
Verbum Deus, ad vitam defunctorum per crucem
tuam conserua, parce propter misericordiam tuam:
atque tibi, patrique tuo qui te misit, & Spiritui
sancto laus detur in omni tempore.

Citatur quoque in eodem Libello ista oratio,
qua in Mesopotamia ante mille & ducentos annos, vtebatur beatus Ephrem & ipse Syrus, in co-
securazione & oblatione corporis Christi. Be-
haimonoutho Karib Hobil debcho, Abraham behaimo-
noutho Karbeh Luschq datreim Mite men Kour-
bono hodo galio Veraguez naphs mo demetquareb
debcho, chaloseh lan cul dagned Zodeq denetdecar beth
chousio diith ghanide de lo lodghin leh lebar Eloho mite
ilen decalu pagreh Vees ztiu ladmeh holcen de Zodeq denet-
decar enom beth Chousio. Hæc Syriaca iiftis Latinis
verbis extulit D. Guido Fabritius: Fide obtulit
Habel sacrificium pacificum, Abraham etiam
fide obtulit Isaak. Ex hac oblatione patet &
fentit anima, quando pro ea offertur sacrificium.
Non omnis qui defunctus est, recordari
meretur inter propitiatorium. Sunt de-
functi qui ipsum Dei filium nequam agnos-
cunt. Mortui illi qui comedenterunt corpus
eius, & biberunt eius sanguinem, hi sunt

quorum æquum est mentionem fieri inter propi-
tatiōrum.

Sequitur ibidem hæc quoque pro defunctis
precatio , quam Latinis tantum verbis profere-
mus. Condonator, mundator, dimissor, deleter,
expunctor peccatorum nostrorum multorum &
magnorum, & peccatorum populi tui fidelis, Cō-
dona ô bone, & miserere nostri . Recordare no-
stri Domine Deus , in misericordiis, quæ sunt à
te. Et recordare animarum nostrarum , & ani-
marum patrum , & fratrum nostrorum , & de-
functorum nostrorum , omnium denique defun-
ctorum fidelium filiorum Ecclesiæ sanctæ &
gloriosæ . Tribue requiem Domine Deus , ani-
mabus eorum , & eorum spiritibus , eorumque
corporibus ; & asperge rōrem miserationum su-
per ossa eorum . Miferator & misericors esto no-
bis & ipsis , Christe rex noster . Haec tenus ex
libris , sacrificisque Syrorum , & omnium per
Mesopotamiam fidelium tum prisorum , tum
recentium.

Vos nūc Caluiniani schismatis Propugnatores
& Assertores quotquot estis, per hāc luce oro: per
fidem & spem quam vos putatis(nā charitate iam
excidistis) habere in viuentē in secula seculorum;
pérque tremendum IESV CHRISTI tribunal , cui
nos omnes aliquādo astare oportet, precor & ob-
testor, apertè & ingenuè dicite, Nō iī vos pudet
pigētq; vestro cōtra me Libello scripsisse, nunquā
Hebreos, vel (qui ab his orti sunt) Syros pro de-
fūctis orasse? Date, per oīa sacra vos obsecro, glo-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

riam Deo, Non satis supérque superioribus testi-
moniis euici & adserui Hebræos, Syrōsque eadē
nobiscum Catholicis, contra vos, sentire, credere,
docere, profiteri de precibus pro mortuis fundē-
dis? Eorum libros, vocésque citauit: vestræ etiam
hæreses homines, non solū nostros, interpre-
tes adhibui: si hi vobis præsto non sint, illos cùm
placuerit, vobis exhibeo, vobis ostendam, vobis
proferam. Quid ultra ad confirmationem nostri
dogmatis, & vestri confutationem ego adferre, &
vos cum ratione exoptare possetis? Redite itaq;
quæso vos præuaricatores ad cor. Auferte cor la-
pideum, & carneum assumite. Nolite Spiritui
sancto ulterius resistere, sicut patres vestri Æriani.
Ponite hanc frōtem æream & meretriciam, quam
tantopere detestatur Dominus: & cum vnica e-
ius columba & sponsa Ecclesia sapere discite.

*Chaldeorum
sententia de
purgatorio, &
precibus, pro
defunctu.*

Verūm, his omissis placet etiam hīc proferre,
quid Chaldæi & Assyrij de proposita quæstione
fentiunt. Anno à Christi nativitate 1562. Abdys-
su Christianorum qui adhuc in Assyria partim sub
Turca, partim sub Sopho Persarum imperatore
degunt Patriarcha, longa difficultique peregrina-
tione suscepta, Romam tandem peruenit. Hic ad
genua summi pontificis aduolitus, iurauit se Cō-
ciliarum œcumenicorum, & speciatim Tiden-
tini, quod tum fæliciter peragebatur, statuta atq;
decreta omnia suscipere, seruare, & suos omnes
vt eadem obseruarēt doctrinum. Manu præterea,
etiam sacris Euangeliis admota sanctissimè iura-
uit, se non tantū habere, sed & ab omnibus suis
veluti sacrosancta Dei viuentis oracula probari

omnes libros veteris & noui testamenti , etiam quos hæretici velut apocryphos , ex Canone rei- ciunt, cuiusmodi sunt duo præsertim libri Macca- bœorum. At, quis nescit per illos probati sanctam & salubrem esse cogitationem pro defunctis of- ferre & orare, ut à peccatis soluantur?

Eadem sacra & religiosa affirmatione confir- mavit idem Patriarcha, se diligenter legisse eosdē antiquos Doctores & Græcos & Latinos, quibus & nos vtimur, partim Chaldaicè partim Arabicè magna fide verlos : horum monumenta à multis seculis inter suos circumferri & euclui: eadem sa- cramenta (quantum ad eorum essentiam & natu- ræ finitionem attinet) nobiscum se, suosque habe- re: Confessione ad autem sacerdotis, precatione pro mortuis, & in celebrando Missæ sacrificio ea- dem Canonis forma haçtenus usum fuisse , tactis sacrosanctis palam contestatus est. Atque hæc in- ter illos de Expiatorio loco , & orationibus pro mortuis fundendis fides & religio.

His omnino consentiunt Christiani, qui sub la-
tissimo Pretiosi-Ioannis imperio in Aethiopia de-
gut. Anno siquidem Domini 1524. ZAGA ZA-
BO eiusdem imperatoris legatus, vir lingua Aethiopum
persuasio de
precibus pro
mortuus.
Atque Aethiopicæ peritissimus, & religionis
callentissimus ac obseruantissimus, primò Vlyssi-
ponæ in Lusitania, Romæ deinde palam asseruit,
& propria etiam syngrapha confirmauit , à suis
inter reliqua religionis Christianæ capita, consta-
ter teneri, eleemosynas pro mortuis factas , eoru-
animabus in Purgatorio degéntibus maximè pro-
desse, ad pœnas minuendas, & carumdem crucia-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

tus tempus attenuandum. His enim verbis Latinis Damianus à Goës, eques Lusitanus, superius nominati legati verba Æthiopica fideliter expressit. Subiunxit quoque eumdem legatum ad calcem Cœfessionis suæ suorumque fidei adiecissem. Mortui apud nos cum crucibus & orationibus sepeliuntur in certo loco, super quos mortuos inter alias præcipue orationes, initium Evangelij Ioannis dicimus: & sequente die à sepulto mortuo, eleemosynas pro eis offerimus. Id etiam facimus postea certis diebus. Cum hoc Æthiopū legato Romæ, se collocutos fuisse gloriantur in scriptis Erasmus Roterdamus: & Hælias Leuites Iudæus, ne nos quidpiam confingere comminiscantur hæretici.

Exstat denique Arabicè & Latinè Aethiopum Missa, quæ & Canon vniuersalis à quibusdam nominatur: in qua etiam quinques meminerunt defunctorum principum, sacerdotum, diaconorum, parentum, & omnium in recta fide quiescentium: horum nomine offerentes, precantesque, ut illorum animæ collocentur in sinu Abrahæ, Isaac & Iacob. Addunt quoque ita iusmodi verbis precem conceptam. O Domine, præbe requiem animabus patrum & fratrum nostrorum, qui in recta fide dormiunt & quiescent. An non hæc appositiè conueniunt cum hac prece Catholica, Requie æternam dona eis Domine, &c?

Postremò, in publicis orationibus, quæ apud eosdem Aethiopes Baptismi celebrationem præcedunt, semel & iterum pro defunctis in hæc ver-

*Lib. de file,
religione, mo-
ribusque Ae-
thiopum.*

ba precatur. Domine viuentium, vita mortuorum,
mundator peccatorum, &c. rogamus te pro his
qui dormierunt, & quieuerunt in fide. Quiescere
fac eorum animas in loco ameno, apud aquam
quietis, in sinu Abrahæ simul cum Isaac & Iacob,
tu, in quo potestas quietis Domine Deus noster.

Atque hæc sufficient de Hebræorum, Syrorum,
Chaldaeorum, Arabum, atque Aethiopum fide ac
persuasione de precibus pro defunctis fidelibus,
& erebo expiatorio. Quicumque his non credi-
derit, opinor eum nec sexcētis aliis testimoniis fi-
dem habiturum. Itaque summi flagitij ac inexpia-
bilis sceleris coram Deo rei sunt Caluinianæ im-
pietatis Ministri & Propugnatores, quum fasci-
natis & delusis à se miserrimis turbis, pro rostris
ad rauim usque ingeminant, Purgatorium ignem
esse inuentum Gregorianum, figmentum Mona-
chorum, & commentum sacerdotum papistico-
rum. Tantam calumniam, impudentiam, & amē-
tiam etiam nobis tacentibus, refellūt Iudæi, coar-
guunt Syri, reprehendunt Chaldaeï, explodunt
damnantq; Arabes ac Aethiopes, rot modis à no-
bis seiunēti. Rogo itaque ac horrort in Domino
Iesu, eos qui adhuc inter Caluinianos sanabiles
sunt, si vel adhuc modica salutis suę cura tāgūtur,
isthac trāquillaris animis meditari: quām firmis
præsidiis munita fint Catholica dogmata secum
perpendere: & illis cæcis ductoribus & imposto-
ribus extremum vale dicere, qui quæcūque igno-
rāt blasphemāt, quæcūque autē naturaliter tan-
quam muta animalia norūt, in his corrumpūtur.

COMMENT. IN LIB. D. RVT^H

Cætera, quæ de proposita quæstione dicenda sunt,
Cöfutationi Ministrorum libelli, quum inter ma-
nus nostras peruererit, referuantur. Noëmi nunc
suas nurus alloquenter audiamus.

9. Det vobis Dominus inuenire requiem in domi-
bus virorum, quos sortituræ estis. Et osculata est
eas.

Poste aquam misericordiam & gratiam, id est,
spiritalia & int̄erna animi bona suis nuribus
precata est, tertio nunc loco, eisdem exoptat tem-
poralia & externa, quæ iuxta sexum ad bene bea-
tique viuendum pertinent. Nimirum, quia iunio-
res viduae erant, quæ vix cœlibem vitam vixissent;
matrimonia honesta: maritos qui suis impuritati-
bus & scortationibus fidē thori nō violēt, suis im-
probitatib⁹ pacē domesticā non turbēt, sed omni
amore coniugali eas amplexentur. Deinde, omni
opprobrio sterilitatis & abortus, liberorum ino-
bedientia vel repentinis mortibus, aliisque variis
molestiis, quibus coniugati solent afflīctari, cupit
esse liberatas. Non optat illis carnis voluptates,
quarum memoria vnā cum satietate moritur. Nō
opes, irritamenta malorum. Non splendorem ve-
stium, aut honorum huius seculi. Nō turpe ac pe-
riculosum otium: sed fausta, fœliciaque matrimo-
nia. Hæc prudens matrona suis nuribus religiosè
desiderat. Ergo nobis, proximisque temporalia bo-
na catenus postulare licet atque decet, quatenus
hanc mortalem vitam adeò piè & tranquillè vi-
uamus, ut ad eternam pertingamus. Isaac filio suo
precatur de rore cœli & pinguedine terræ, abun-
dantiāmque

dantiāmque frumenti, vini, & olei. Moses diuinis benedictionibus annumerat, benedictum ac

*Gen. 37.
Deut. 28.*

felicem esse in ciuitate, agris, fructibus terræ, iumentorum, armentorum, horreorum, & cellariorum. Promittit piis cultoribus suis Dominus:

Si me audieritis, bona terræ comedetis. Et Christus iubet nos à patre postulare, panem nostrum

*Isa. 1.
Matt. 6.*

quotidianum, id est, omnia ad hanc vitam necessaria. Nū Moses suis Hebreis postulauit & accē-

*Ecced. 15. 16.
17.*

pit à Deo panem, aquam, carnes? Num Iacob pa-

*Gen.
Psal.*

nem ad edendum, vestimentum quo operetur,

& vt cum salute in domum patris aliquando re-

diret? Quoties David toto pectore rogauit eripi

Gen.

de manu Saulis, & aliorum hostium? An non

Psal.

Ezeclias magnis precibus & lacrymis corporis

1Sa. 37.

Matt. 16.

sospitatem, & quindecim annos huius vitae con-

sequutus est? Et Christus nihil in patre deliquit,

cum transferri se calicem poposcit. Itaque, &

infirmi sanitatem, & afflīcti consolationem, &

qui turbinibus bellorum concutiuntur pacem,

& qui egestate laborant, moderatas opes pie ac

religiose à domino flagitant.

- Deinde, ex his certum & constans est, fœlix

matrimonium diuinæ benedictionis effectum ac

fructum esse: pacem & mītuam coniugum be-

Ecccl. 25. &

26.

nevolentiam, atque domesticam totius familiæ

tranquillitatem, inter maxima dona Spiritus san-

cti recte connumerari. Beatus(ait Syracides) qui

habitat cum muliere sensata. Commorari leoni

& draconis placebit, quam habitare cum mulie-

re nequam. Et rursus: Mulieris bonæ beatus

est vir, numerus enim annorum illorum duplicabitur. Pars bona mulier bona, dabitur viro pro factis bonis. Idem quoque testatur honestam concordiam viri & mulieris probatam esse coram Deo & hominibus. Quae de mulieribus dicta sunt, viri quoque ad se pertinere poterunt. Non ergo sortibus superstitionis, non philtoris, non lenociniis, aut quibusdam aliis Deo inuisis artibus uxores ambient procici, nec maritos exquirant sibi puellae: sed a Deo piis moribus, operibus, & precibus dari contendant, & ab eius voluntate ac consilio pendeant. Illi namque cura est de omnibus, eisque proculdubio prospiciet, sicut olim Saræ, Rebeccæ, Leæ, Racheli, Susannæ, Ruthæ, & innumeris aliis.

Postremò obseruandum matrimonia etiam sanctissimorum hominum, vix unquam tam beata, aut pacifica esse, quin domesticis quibusdam iurgiis ac rixis interturbentur. Ob haec autem prius coniuges nec animum despondere, nec sortis suae penitere, nec hanc veluti a Satana excogitatem, deoque inuisam cum Encratitis, maledictis insectari debent: sed ad preces, & alias Christianas consolationes confugere. Sara despici se ab Agare arbitrata, eius superbiae culpam in Abramum virum suum reiicit, & cum eo rixatur. Videns denique Ismaëlem ancillæ filium, cum Isaac ludetur, id iniquissimo fert animo, nec quiescit, donec (quantumvis egrave ferente viro) pentitus eiecta fuerit ancilla & filius eius. Notæ sunt

Gen. 16. 20.

21.

Gen. 30.

upli-
viro
onestā
oram
dicta
Non
on le-
rtibus
ant si-
us, &
untate
e om-
t olim
uthæ,
ia san-
beata,
m jur-
em pij
fortis
ogita-
edictis
christia-
ci se ab
Abra-
ixatur.
, cum
quies-
) peni-
tæ sunt

rixæ , concertationes , ac zelotypiæ Leæ & Ra-
chelis vxorum Iacob . Thobiæ seniori pietatem , *Thob. 2.*
cæcitatem , paupertatem tam contumeliosè ex-
probrauit vxor , ut vir sanctus vita suæ pertæsus ,
mortem à Deo profusis lactymis obnixè petie-
rit . Acutiores doloris aculeos Iobo infixit male- *Iob 2.*
dica & petulans coniugis lingua , quæ ipso Sata-
nas : adeo malè inter se conueniebant . Et Pau-
lus de nuptis ait : Tribulationem carnis habe- *1. Cor. 7.*
bunt huiusmodi . Qui cum vxore est , solicitus
est quæ sunt mundi , quomodo placeat vxo-
ri , & diuisus est . Cætera matrimonij incom-
moda , ex Theophrasto , Socrate , Tullio , dif-
fusè recenset Hieronymus libro 2 . contra Ioui-
nianum . Sequitur .

Et osculata est eas.

Quarto & postremo loco , nurus suas Noëmi
amplectitur amicissimè , & dulcissimè bis
terque basia iungit . Consuetudinis enim fuit , *Quasi. 87. in*
Gen.
inquit Augustinus , in illa simplicitate antiquo-
rum , ut propinqui propinquos oscularentur .
Addo , in recessu vel occursu amicorum , hoc
vbique ferè gentium inualuisse , in testimo-
nium pacis , & veræ certæque amicitiæ ac
dilectionis non fictæ . Nihil inter Hebreos
magis vulgare ac commune , quæm hoc
charitatis insigne . Isaac senex Iacob filium
compellit , Da mihi osculum , fili mi .

N ij

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Gen. 27. & Idem Iacob postea cognatam suam Rachelem cum fletu osculatur. Helisaeus ab Helia vocatus petiit inducias, quibus patrem matremque osculari, eisdemque extremum vale liceret impertiiri. Christum quoque hoc amoris signo ab amicis excipi, & suos excipere fuisse solitum, inde colligitur, quod Pharisæo exprobavit, Osculum mihi non dediti, &c. Et Iudas ausus sit ad eius osculum currere. Paulus iubet Christianos se inuicem amplecti & suscipere in osculo sancto.

Quoniam verò in eiusdem sancti corporis ac sanguinis consecratione, oblatione, & communione consistit omnium maxima, quæ inter Christianos coire potest charitas, ab Apostolis constitutum fuit, ut ante communionem, in testam reconciliationis & charitatis, sese inuicem oscularentur Christiani. Clamabat enim Diaconus, ut author est D. Clemens, Salutent inter se virti, & inter se mulieres osculo in Domino. Et ratus: Diaconus dicit, Salutare vos inuicem in osculo sancto, salutent clerici Episcopum, & viri laici laicos, & mulieres salutent mulieres. Addebat autem populum commonefaciens, quid vellet hoc signum: Ne quis contra aliquem. Ne quis in hypotrysi. Ne quis dolosè, ut Iudas. Hoc etiam in oriente seruatum, testis est Iustinus martyr: scribens in posteriore Apologia: Mutuo nos inuicem osculo salutamus. Augustinus tantum moneret, ut hoc fiat in conscientia, quod ostendunt labia. Eigo

Lib. 1. cōfīt. *Apost. cap.* *61. & lib. 8.* *cap. 15.*

Iust. Serm. in vi-
gil. pasche.

qui sacris istis symbolis abutuntur ad proditio-
nes, ut Iudas, & Ioab; vel impuros amores cien-
dos, ut tradidores & falsarij plectendi sunt.

10. *Qua elevata voce flere ceperunt, & dicere: Tecum
pergemus ad populum tuum.*

Mvtuam socrui suæ gratiam referút duæ nu-
rus. Illas instar prædilectorum filiarū quó-
dam fouerat, nūc eam vicissim quasi charissimam
matrem amplexantur. Adeo durum uestimentant eam
relinquere, ut præ dolore cordis, ac animi anxi-
tate in fletus vberrimos prorumpant. Hos vocis
intentione & eleuatione produnt minimè fictos
esse. Queruntur, plangunt, & ipsum cælum con-
testantur, se ægerrimè ferre tam piæ, ac prudentis
matronæ discessiōnem. Sicut enim risus argumē-
tum est effusi lætitia animi; sic lacrymæ pressum
mœrore testantur. Benevolētiā itaque Noëmi,
vicissitudine studiorum & officiorum remunerā-
tur. Rara est in hac mundi senecta eiusmodi in-
ter socrus & nurus charitas & benevolentia. Fre-
quentes verò socruum de petulantia, contem-
ptuque purum querelæ: & harum vicissim de so-
cruum stomachosa, submorosa, & difficultili consue-
tudine. Illæ percuperent istas ad Indos abripi: &
e contrario, istæ ad Garamantas illas deportari.
Ob hæc scelera amplissimas familias, ciuitates, re-
gionésque funditus nonnumquam deuastari, do-
cet propheta, euersæ Iudææ ac Ierosolymæ scle- Mich. 7.
ra enumerans. Filius, inquit, vituperat patrem,

COMMENT. IN LIE. D. RUTH

filia insurgit aduersus matrem suam , & nurus aduersus socrum suam : inimici viri, domestici eius.

Isthæc quoque docent non esse impium , aut fortis, sapienti, sanctoque homine indignum , aliquando in lacrymas erumpere , cùm à parentum complexu , & amicorum consuetudine auellitur; imò & humanum , & perfectæ ac intimæ amicitiæ signum . Seneca quantumuis stoicam apathian professus , fateri cogitur , inhumanitatem esse non virtutem, funera suorum iisdem oculis quibus ipsos videre, nec commoueri ad primam familiarium diuisionem. Excidunt (subiicit) etiæ retinentibus , lacrymæ , & animum profusæ leuant. Permittamus itaque illas cadere , non imperemus : fluant quantum affectus eiecerit , non quantum posset imitatio . Et Plinius qui abdita naturæ & acutissimè indagauit , & odoratus est

Lib. II. ca. 37.

omnia. In oculis (inquit) animus inhabitat. Hinc illæ misericordiæ lacrymæ : hinc fletus , & rigantes ora riui. His quodammodo pascimur , mentem alleuamus , refrigeramus pectus , & mortali consolamur . Jacob scissis vestibus , indutus que cilicio , absentem Ioseph charissimum filiorum luxit multis diebus. Filia Iephte à patre petiti inducias , ut cùm sodalibus liceret ei in montibus virginitatem suam deflere , antequā immolaretur. Omnis Israël Mosen , Aaronem , Samuél , Dauidem , & alios benè de republica meritos prophetas & reges , multis lacrymis prosecuti sunt. Dauid Saulem , Ionathatm , Abnerum , Amasam ,

De his rursum infra versio 14.

Epiſt. 100.

Gen. 37.

Judic. XI.

Duar.

2. Reg.

Absalonem grauiter luxit. Ex Christi super Lazarum profusis lacrymis Iudæi non male colligunt, ecce quomodo amabat eum. Nam paulò ante scripserat Euangelista, Diligebat Iesus Martham, Magdalenam, & Lazarum. Asiae Episcopi ac sacerdotes à Paulo Miletum conuocati, prouerbuerūt super collum eius, & plangore ac lamentatione compleuerunt locum, quando dixit eis, quod faciem eius non essent ultra visuri. Cæsarienses quoque cùm ab eis discederet, lamentis se & piis lacrymis dediderunt. Non ergo fugillandæ sunt hæ mulierculæ, si amantissimæ socrus discessum lacrymis prosequuntur.

Tecum, aiunt, pergemus ad populum tuum. Id autem est. Tam chara nobis es optima socrus, ut præ te nihil faciamus patrem qui genuit, matrem quæ concepit & peperit. Nihil patriam, nihil religiones, aut Deos Moabiticos. Non erubescimus tuam pauperiem aut senectam. De nostra in te voluntate sic iudices, nos opera, cōsilio, & omni studio obsequiis tuis vbiique præstò futuras. Nihil nos terret iter longum ac difficile: nihil Iudæorum mores, diuersaque religio. Chaldaeus namque Paraphrastes hoc modo reddidit: Neque ad populum nostrum, neque ad Deum nostrum revertentur: quin potius ad populum tuum tecum ibimus, ut proselytæ fiamus.

Hæc porrò satis indicant, eas non fuisse admodum pertinaces in falsa Ethnicoꝝ religione, cùm paratè videātur ad eā ex animo depellendā & ciurandam, vt Iudaicam, id est, veram ac diuinam

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

profiteantur. Atque haec animi promptitudo sua
mercede non caret. Ut enim laudabile est con-
stantem esse in rebus veris & optimis, ita impro-
bandum ac vituperabile nimis præfracte falsa &
impia defendere. Tunc pro certo est consum-
mata infelicitas, Seneca authore, vbi turpia

In proverbiis. non solum delectant, sed etiam placent, & de-
sinit esse remedio locus. Et Augustinus: Sicut
Lib. 3. cont.
Cresc. cap. 3.

laudabile est à vera sententia non moueri, ita cul-
pabile persistere in falsa: quam nunquam tenere
primalaus est, secunda mutare, ut aut ex initio ve-
ra permaneat, aut mutata falsa, vera succedat.
Diuinis oraculis probatur Abrahæ pietas, qua
Tharæ patris idololatriam execratus, vnum, ~~vc-~~
rum & viuentem Deum coluit. Achior & Raab
patriis superstitionibus nuncio remisso, proheta-
rū vocibus magna sui utilitate obaudierunt. Pau-
lus prostratus, & monitus à Christo, ne quaque
vterius contra stimulum calcitrauit, aut Synago-
gæ impiis decretis pertinaciter adhæsit: sed ad o-
mnia quæ Christianum decerent paratus dixit:
Domine, quid me vis facere? Thomas cōstantius
postea dominicam resurrectionem prædicauit,

Io. 40.

August. lib.
Confess.

quām pertinacius eidem se obiecerat. Non vi-
debatur quondam Augustinus Manichæorū sus-
cepta causa propositaque sententia, vlla vi, vlo
periculo posse auelli: verū & piæ matris lacry-
mis, & Ambrosij sermonibus victus, Christiana
veritati facile manus porrexit. Pharao,
Balthasar, Iudæi, Iudas, Simon Magus,
& vniuersi hæresiarchæ, qui in peccatis &

o sua
con-
pro-
la &
sum-
urpia
e de-
Sicut
a cul-
enere
io ve-
cedat,
, qua-
n, ve-
Raab
sheta-
. Pau-
quam
nago-
ad o-
dixit:
antius
cauit,
on vi-
rū sus-
i, vlo-
lacry-
aristia-
raao,
agus,
is &

erroribus obduruerunt, sua pertinacia vitam amiserunt.

11. *Quibus Noemi respondit: Reuertimini filiae meae, cur venitis tecum? Num ultra habeo filios in uero meo, ut viros ex me sperare possitis?*

12. *Iam enim senectute perfecta sum, nec apta vinculo coniugali. Etiam si possem hac nocte concipere, & parere filios, si eos expectare velitis donec erescant, ante eritis vetula, quam nubatis.*

Prudentissima mulier nolens abutiri nuruum suorum amore, timet ne cum venissent in Bethlehem Iudeorum ritus seruare recusarent, sicque eas susceptae peregrinationis penitentia, socii maledicerent, & magno totius Synagogae scandalo, suaque grauiore damnatione, ad priorem idolatriam relaberentur. Idcirco animos illarum pertentat, etiam tertio repetens, *Reuertimini filiae meae, reuertimini. Ite in domum matris vestrae.* Tres rursus adiicit urgentissimas rationes, quibus permota, eas de reditu monet, ut omnino exquirat quid in recessu animae ac pectoris illarum lateat, & quo animo eam comitari velint: an salutis aeternae, an vero commodi temporalis gratia. Quando igitur dicit, *Reuertimini filiae meae, &c.* non hortatur ad malum, non consulit ut extinctis verae religiosi igniculis, ad cultum demonum redeant, (nihil enim magis in votis habebat, quam earum salutem) sed de constantia animi facit periculum. Explorat an seriò dixissent, Efficiemur proselitæ.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Nouerat valde leues & inconstantes esse affectus muliercularum. Timebat ne apostolæ ac desertæ verae fidei crimen incurrerent, quo grauioribus suppliciis dignæ redderentur. Quot enim fidei proditores, ac ecclesiæ catholicae desertores, vidimus nunc ad Luteranam, mox Caluinicam, Epicureanæ denique impietatem deficere? Quot ex eisdem mox ut vel leuissimum periculum imminebat, facta pœnitentia, & priorum hærescon abiuratione, ad catholicam redire? Qui rursus omni violato iuramento, omni etiam sub propriis (quæ apud nos in testimonium eorum perfidiae manent) syngraphis contestata fide, neglecta, ad hæreses reuersi sunt. O leuissimos, & periurissimos homines! O ter quatérque apostatas! Quas latebras vestris quæretis peritius?

Quis vñquam à vobis dextræ tutus recipiet, aut porriget, quas tanta perfidia, tantisque scleribus violasti? Quis à cætero intrepide fidem accipiet, dabítque? Quæ perfidia vestræ poterit comparari? Melius vobis fuisset non cognouisse viam iustitiae, quām post aghtionem retrorsum conuerti ab eo, quod vobis traditum fuit sancto mandato. Contigit enim vobis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad suum vomitum: & Sus lota in volutabro luti. Manum admotentes aratro, retro aspexistis, ideoque regno Dei excidistis. Sanctissimi nominis Dei maiestatem ac veritatem à vobis non solūm in vanum assumptam, sed & profanatam, & toties conspurcatam credite, haudquaque impunè feretis. Sed de his adhuc paulò post.

2. Pet. 2.

Proverb. 26.

Luc. 9.

Volunt Hebræi, Noëmi consultò ter dixisse
Reuertimini, vt ritum obseruaret Synagogæ, quo
proselytum in eius communionem & vnitatem
Iudæi admittebant. Tertiò namque huiusmodi
hominem reiiciebat sacrorum Antistites. Qui
si in sententia constans perseueraret, dum quartò
admitti & recipi postulabat, suscipiebatur, &
in filiorum populi Dei album referebatur: mo-
dò paulò antea, in fidei articulis, præceptis de-
calogi, legisque obseruatione ac iudiciis erudi-
tus fuisset. Hanc à patribus circuncisiſ acceptam
traditionem, tum suo more obseruauit Chri-
stiana ecclesia, cùm gentiles adultos fidem no-
stram profiteri cupientes, prius aliquandiu Ca-
techumenos esse voluit, quām Christianos. Id
est, ab aliquot piis & doctis viris edoceri Sym-
boli articulos, diuina præcepta, ecclesiastica sa-
cramenta & ritus: de hisque publicam rationem
paſtoribus reddere, tum demum ad baptismum
admitti, quo planè perfecteque Christum induen-
tent. Quod etiam euangelicis testimoniis, & apo-
stolicis actibus confirmatur. Christus namque *Math. 28.*
prius iussit, prædicare euangelium omni creatu-
ræ, & docere omnes ḡetes, posterius vero baptiza-
re in nomine patris & filij & spiritus sancti. Pe-
trus concionem habuit de donis Spiritus sancti,
de Christi aduentu, perpeſſione, descensu ad in-
ferso, resurrectione, & ascensione, postea subiūxit: *Act. 2. 38.*
Poenitentiā agite, & baptizetur vnuſquisq; vestrū
in nomine Iesu Christi, in remissionem peccato-
rum vestrōrum. Sed & cum his qui in domum

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Act. 8.

Gal. 6.

Euseb. in hist.

Cornelij conuenerant, de præcipuis fidei nostræ capitibus antea cōpioso & accuratè disseruit, quām sacrī vndis illos regeneraret. Philippus Diaconus Eunicho Æthiopi, & Samaritis prius euangelizauit, quām sanctum baptisma impertie-rit. Hunc ritum non solum probat Paulus, sed etiam constituit, ut is qui catechizatur verbo, cō-
municet ei qui se catechizat in omnibus bonis: id est, eius laborem & diligentiam, etiam tempora-
libus bonis remuneret. Huius tam præclaro & vti-
li negotio, operam studiūque nauatunt in ec-
clesia Alexandrina Heraclas, Pantenus, Clemens,
Origenes: in Hierosolymitana Cyrillus, cuius e-
tiamnum extant Catechesēō fragmenta. Magna
cum cura & diligentia catechumenos docuerunt
Antiochiae Euodius, Ignatius, Theophilus, Hero:
Athenis, Quadratus, Aristides: in Africa, Augu-
stinus, qui & quatuor libros edidit, de fide ad ca-
techumenos; vnum de fide & symbolo: & varios
sermones ad Neophytes. Ambrosius Mediolanē-
sis scripsit lib. de his qui mysteriis initiantur. Pe-
trus Chrysologus Rauennas septem sermonibus
suis neophytes Symbolum Apostolorum explica-
uit. Extant quoque Chrysostomi aliquot homiliæ,
de oratione dominica, de symbolo Apost. &
ad neophytes, quibus æquè pium ac disertum &
impigrum se catechisten ostendit. Quemadmodū
illos de republica christiana, hac tempestate, me-
reri optimè censeo, qui aliquot seculis intermis-
sum hoc negotium, in collegiis, ac monasteriis
suis, multis vigiliis & sudoribus instaurant: sic il-
li male & perniciose, qui vel negligunt, vel etiam

in eo laborantibus obſtrepunt. Viderint qui publicis ſacerdotiis præſunt, & de Apoſtolorum, diſcipulorum, & ſanctorum patrum ſucceſſione gloriāntur, quid ſummo iudici ſuper tanta commiſſarum ſibi ouiuin inſcritia, & cæcitate ſint ali quando reponſuri.

Ex hiſ, rurſus Synagogæ & Ecclesiæ ceremoniis, in admittendis in ſinum ac gremium ſuum nouitiis obſeruandum, quanti facienda ſit, quāmque ſerio amplexanda & aſſerenda religio: à qua vel latum vnguem nunquam diſcere liceat. Hæc enim hominiſ præcipiuſ finis videtur, atque adeo ipſius ſummuſ bonum: qui ideo factus eſt, vt ſummuſ bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo frueretur. Scitè iudicauit Iuſtinuſ martyris, nos in mundo nihil propriuſ habere, p̄ter fidem, religionemque. Consentit Laſtantiuſ hiſ verbis: Si quis hominē interroget, cuius rei gratia natus ſit? Respondebit, colendi ſe Dei gratia natuſ, qui ideo nos generauit, vt ei ſeruiamus. Et rurſus: Summuſ bonum hominiſ in ſola religione eſt: nam cæterā in cæteriſ quoque animalib⁹ reperiuntur. Suinmo itaque delectu ac conſilio hæc tradenda, & aſſumenda eſt. Non eſt recondendum vinuſ nouuſ in utres veteres, nec margaritæ porciſ exponen- dæ, neque ſanctuſ dandum canibuſ.

Ad hæc, docet etiam exempluſ Noëmi, eos peruerso quodam zelo facere, qui falſis artibus, dolo malo, aut vanis promiſſionib⁹ inſideles proleſtant ac impellunt ad religionem Christia- na. Spe etenim ſua cadenteſ, ac deluſi, cam po-

*Auguſt.**Orat. ad Zen- nam.**Lib. 3. cap. 9.
& 10. & lib.
de ira Dei
cap. 7.**Math. 7.*

COMMENT. IN LIB. D. RVT H

stea abiurant, detestantur, maiorique odio perse-
quuntur. Testes sunt Porphyrius, Lucianus, Pere-
grinus, Julianus: & nostræ tempestatis Leo quidam
Africanus. Scribis ac Pharisæis succenset Chri-
stus, quod circuitent mare & aridam ut facerent
vnum proselytum, & cum id contigisset, faciebat
eum filium gehennæ duplo magis quam ipsi es-
sent. Docebant enim illum Christum, matrem
eius, euangelium, sacramenta christiana conui-
tis proscindere. Illis non sunt absimiles mini-
stri Geneuenses ac Tigurini, qui quosdam misel-
los Iudæos in suam sectam pertrahunt. Verum eos
in grauiorem errorem & damnationem abripiunt,
obtrudentes eis Messiam, qui carnem edendam

Calviniane blasphemia in Christum: pollicitus, id præstare nequuerit. Qui instat alio-
rum filiorum Adæ, ignorans fuerit, ac impropriè
Harm. in 2. frequenter loquutus sit. Qui non reputauerit se
Luc. in 24. et missum esse humani generis redemptorem. Qui
26. Matth. diros in anima cruciatus damnati ac perditii ho-
minis pertulerit. Qui senserit se à Deo derelictū

Lib. 2. Instit. & alienatum. Qui in summo reconciliationis no-
cap. 16. scđt. stræ articulo, præsentem cœlestis decreti memo-
IO. 11. 12. riam amiserit. Qui de ligno pendens desperauer-
it. Que in abyssus horribilis exitij, metu & anxi-
tate duriter cruciauerit. Quæ diuinæ maledicatio-
nis horror perculerit. Quem Deus iratus in laby-
rinthum malorum proiecerit. Quem Deus sub-
misericordia in locum sceleratorum, vt eorum omnes
penas dependeret ac persolueret: hoc uno dun-
taxat excepto, quod perpetuo in eis detineri non
potuit. Hi sunt omnes triumphi, hæc ornamenta
omnia honoris, hæc monumenta gloriæ, hæc lau-

dis insignia, quibus Messiam exornant Sacramētarij. Quid dixi exornant? Imò adeo tetricis blasphemias, & summis lordinibus ac fæcibus ore, lingua, manu maiestatis eius splendorem inquinat, contaminant, deformant, ut istiusmodi Christum prophetarum monumentis promissum fuisse nūquam sibi persuadeant.

Num ultra habeo filios in utero meo, ut viros à me sperare possitis? Iam enim &c.

IAm tres grauissimas rationes, totidem repulsis adiicit Noëmi: quatum hæc prima est. *Num ultra habeo filios in utero meo, &c.* Quasi dicat. Nolo vos vana spe lactare, nolo falsis promissis deludere, Filiæ. Nolite me aliorum maritorum expectatione comitari. Nec enim alios filios habeo: cui nubere valeatis: nec à cætero habere possem. Videris me iam senectute confectā, indeque coniugio, ac proli suscipienda ineptā. *Quod si nūc gruida, & iā ad pariendū vicina essem, vos prius vetulæ, ac tot annorū eritis, quā liberi mei coniugio vobis possent copulari.* Ecquid necesse est iuniores viduas innumeris incontinentiæ periculis expondere? Hinc porrò discimus, nec ampliorū honorum, nec voluptatum causa, Christi religionē, aut aliquam sub ea sanctam vocationem amplexandram esse: sed tantum eo animi proposito, ut benè beatèque viventes, vitam eternam cōsequamur. Vix vñquam fœliciter contigit his, qui alio fine aut Christiani, aut sacerdotes, aut monachi propositum ac nomen suscipiunt. Christi cognatis & affinibus sub concionum ac miraculorū

CO M M E N T . I N L I B . D . R V T H

Io. 7.

Act. 2.

Matth. 4.

Act. 9.

*Lib. 22. deci-
mis cap. 22.*

Pss. & 54.

Act. 58.

eius splendore, gloriā ac opes quārentibus dicitur: Non potest mundus vos odiſſe, sed me odio habet, quōd arguam opera eius. Simoni mago diuitias & honores sub christianis sacris ambienti dicitur: Pecunia tua tecum sit in perditio- nem. Non sunt itaque quārendæ præfecturæ vt prēſis, vt diteris, vt domineris: sed vt Deo seruias, & tibi, aliis quoque proſis. Christus enim omnes ad certamen, nullum ad voluptatem, nullum ad fœdū ac pernicioſum otium vocauit. Venite post me, ait ad pīcium captatores, faciam vos pīcato- res hominum. Et de Paulo dixit: Ostēndam illi quāta eum oporteat pati pro nomine meo. Quin imò vt sapienter docuit Augustinus, visibilia & corporea miracula prioribus Christi annis fre- quētissima, his tēporib⁹ nouissimis ideo ex parte cēſſauerunt, ne propter huius vitæ cōmoda Chri- sti religio quāreretur: sed propter aliam vitam, vbi omnia bona, & nulla mala erunt.

Noēmi tam simpliciter & candidè cum simili- cibus mulierculis agens, ostendit incautos, ac mi- nus astutos homines nunquam esse decipiendos. Imò pijs animi opus esse, omnia cum omnibus si- ne fuco & fallaciis pertractare: Satanæ verò in- nocentes opprimere ac circumuenire. Fallacium autem ac prōditorum Deus acerrimus vindex e- rit. Virum sanguinum & dolosum abominatur. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Dissolute (ait per prophetam) colligationes impietatis, & fasciculos deprimentes, id est, falsas obligationes ac schedulas, quibus proximū gra- viſſimis debitis illaqueasti. Sed quid tandem lu-

cri

cri consequuntur hi, qui dolos & fallacias in proximum commoliuntur? Dominus, inquit Sapientia, deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. Et iterum: Non inueniet fraudulentus lucrum. Rursumque: Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona eius. Ne quis igitur supergetdatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindicta est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus.

Lex quidem Hebræorum erat, ut eius qui sine hærede moreretur, reliquam uxorem frater acciperet, & defuncto fratri suscitaret liberos, qui demortui parentis, ac si ex eo procreati essent, omni iure gauderent. Quod etiam ante legem inter patres obseruatum tuisse, vel ex Thamaris historia certum est. Quæ Her primogenito Iudæ, priore loco nupsit: quo sine liberis defuncto, fratrem eius Onan virum habuit, &c. Hinc non est vero absimile Moabitas quoque hanc à patribus acceptam, legem seruasse: quod & hoc loco contendunt Hebrei interpretes. Hac porro lege iuniorum viduarum honori simul & consolationi consulebatur, ne scilicet solæ, sterilesque manerent: quod tum proborum erat. Defunctorum autem perpetuabatur memoria suscitatis hæredibus, qui eorum nomen, iusque referrent in populo Dei. Viuentium quidem natura filij erant, mortuorum verò, iuxta præscriptum legis. Itaque ne Orpha & Rutha occasione huius legis accepta, falsa spe nuptiarum Noëmi, ex eadem nasciturorum

*Prov. 3. 14.
28.*

1. Theff. 4.

*Deut. 25.
Gen. 38.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

liberorum quibuscum aliquando nuberent, de-
luderentur, prudentissima socrus palam profite-
tur, se in primis omnem de secundo matrimo-
nio, & procreandis liberis opinionem animo
penitus abiecisse. Deinde, etiam si denuo nu-
beret, se adcō ætate prægrauatam & exhaustam,
vt frigerent iam effætæ in corpore vires. Deni-
que, & si quidem breui filios conciperet ac pa-
reret, illis nihilominus non esse satis commo-
dum ac tutum cœlibes expectare donec illi ado-
leuissent. Nouerat quām durum esset viduis af-
sueta voluptate carere: quidque Thamari cu-
pit is Selæ nuptiis defraudatae, cum Iuda soce-
ro contigisset. De nuptiis iuniorum viduarum
postea dicemus. Hic tantum, viduae Nœmi
in exemplum continentæ sibi propositam pu-
tent. Poterat, & quidem sine peccato cor-
ram Deo, rufum nubere, vel ad vitandam
scortationem, vel solatij & opis mutuæ causa:
(vt non est vnicus nuptiarum finis ac scopus,)
sed maluit deinceps vitam cœlibem ac continen-
tem vivere. Hanc etenim iam prouectæ ætatis
viduas decet, vt de alterius vitæ potius, quām
de huius delitiis, & carnis illecebris ac volu-
ptatibus cogitent. Quæ sine viro est mulier, fa-
cilius cogitat quæ Domini sunt, quomodo pla-
ceat Deo, vt sit sancta & corpore, & spiritu.
Monstrosum ac prodigiosum est, videre vetu-
lam algentem, tremulam, recaluam, ac edentu-
lam, mundo studere muliebri, vt virum am-
biat: quæ duntaxat ad aliam vitam comparare
se deberet. His adde, quod si voluptati oper-

ram dare omni ætati turpe, tum senectuti tur-
pissimum est. Magnam laudem consequuta est *Judith* 16.
Iudith, quod vno ac breui matrimonio con-
tentia, multos præcos respuerit, & vidua ad cen-
tesimum quintum annum domi suæ consentie-
rit. Debbora quoque viduali castitate insignis,
non solùm iudicauit, sed & graui Syrorum ca-
ptiuitate liberauit Israëlem. At quoniam D.
Ambrosius nobilium & sanctarum viduarum
virtutes ac laudes eleganter copiosèque tribus
libris persequitur, in his recensendis non cri-
mus effusi.

Hoc duntaxat superest obseruandum, castita-
tem non esse adeo obseruatu difficilem aut im-
possibilem, ut impudenter blaterant Luterañi ac
Caluiniani, iis præsertim qui ieuniis, duris labo-
ribus & castigationibus corpus exercuerint, à pe-
tulantium consortio se se subtraxerint, atque fer-
uentissimis precibus eam à Deo sibi dari conten-
derint. Nam & eam fragiles mulierculæ (Deo dâ-
te) seruauerūt, etiam antequam Spiritus sanctus
effunderetur in nos abundè. Sequitur.

13. *Nolite queſo, filia mee, facere hoc: quia veſtra an-
gustia magis premit me. Et egressa eſt manus
Domini contra me.*

Hec est secunda ratio, qua natus suas Noëmi
ad reditum hortari quidem videtur: reuera-
bamen explorat (ut diximus) quales sunt earum
animi in vera religione capessenda. Nam si omni-
no decrueisset caldem reuocare à vero veri Dei

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

cultu, & ad damnabiles idolorum adorationes remittere, grauissimè in Deum, proximumque deliquerit. Pœnas etenim grauissimas dabunt iij, qui alios vel consilio, vel exemplo inducunt ad peccandum: quos reuocare tenentur. Nam vnicuique Deus mandauit de proximo: eumque sicut semetipsum diligere, ac eius salutem ut propriam curare. Legem quoque tulit de correctione fraterna, vt si in nos peccauerit aliquis, corripiamus eum, & vt fratrem luctari studeamus. Regnum Dei propagare quisque pro virili ac conditione tenetur. Qui proximi bouem aberrantem inuenisset, legis decreto tenebatur illum reducere: quanto magis hominis saluti consulere? Charitas non querit quæ sua sunt. Qui conuersti fecerit fratrem suum à via sua mala, saluabit animam eius. Quorsum tot prophetarum atque apostolorum labores? Nonne vt a liorum saluti prodeissent? Contrà verò, sanguis eorum qui nostra negligentia perierint, è manibus nostris reposcetur. Non solum qui malum faciunt digni sunt morte, sed & qui consentiunt facientibus. Mali suasor, ait Augustinus, reus erit, etiam si non suaserit. Et Clemens Alexandrinus: Incedij reus est qui igne non restinguunt: & furti, qui furem non cohibet: & homicidij, qui homicidiam non coercet. Iustinus martyr, Quæstione prima ad Gentes, estimat eum verius esse in culpa facinoris, qui negligit peccatum cohibere, cùm id facile potest. Tertullianus quoque aperte scribit: In cuius manu est ne quid fiat, eius iam deputatur

*Ecl. 17.**Matt. 22.**Matt. 18.**Exod. 23.**I. Cor. 13.**Jacob. 5.**Ezech. 33.**Rom. 1.**Lib. 1 cont.**Crescon. ca. 5.**Lib. 1. cont.**Marc.*

quod sit. Viderint itaque illi Reges & Magistratus quantorum criminum rei coram Deo sint futuri, qui tot adulteria, homicidia, sacrilegia, blasphemias, in Deum, in sanctos, in Sacramenta, non tantum impunè fieri permittunt: verū etiam edictis ac placitis suis tanquam obsequia sibi grata & accepta probant. Viderint episcopi, cardinales, summi pontifices, qui in tot simoniacis sacerdotiorum nundinationibus, honorū ecclesiæ dilapidationibus, & vagis sacrorum hominum libidinibus, non solum connuent: sed & eorum omnium participes videntur. Viderint patresfamilias, quid vxoribus, liberis, familiae facere permittant. Id si quidem vniuersum in capita eorum tandem aliquando recidet.

Non ergo impietatem suis nuribus consulit Noëmi: sed sagaciter peruestigat, quid de legis obseruatione cogitarent, ac si sic ratioeinaretur: Commodius videtur ô filiae, ut ad vestros Moabitas redeatis: quando quidem & tutiùs illic manebitis, & citius nubetis. Verūm, si me in Iudæam sequi perrexeritis, vix ac ne vix quidem inuenietis, qui vos ducere velint. Eftis enim alienigenæ, gentiles, viðuae, & pauperculæ. Viris quidem adhuc eftis aptissimæ, sed periculis fornicationum ac vagarum libidinum vos expofitas nolo. Grauissima vobis hæc conditio erit, sed mihi vel ipsa morte grauior. Miseriam meam priuatam vt cunque feram: verūm si in gratiam mei vos miseris & afflictas viderò, tanto oneri succumbam. Ergo piorum est animorum compati miseris, sed his omnium maximè, qui no-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

stri causa & ratione in discrimen veniunt. Scelesti quidam naturæ hostes, ac omnis humanitatis expertes, vellent omnes secum affligi dum aduersis premuntur aut periclitantur: at boni viñ suis certaminibus contenti nolunt amicos suos ærumparum socios, miseriarumque habere participes. David audiens Abimelech summum sacerdotem, vnà cum octoginta quinque sacerdibus, in sui odium, à Saulis satellitibus fuisse trucidatos, ad filium eius exclamauit: Ego sum reus omnium animarum domus patris tui. Istud enim vehementer pium pectus commouet, atque ad compassionem concitat. Prophetæ & martyres inter tormenta Deo præpotenti obiecerunt: Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis. Propter verba labiorum tuorum custodiuimus vias duras. In hoc laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuum. Nec mihi videtur Paulus insolenter gloriari, quod sit vinc̄tus Iesu Christi; & quod propter spem Israëlis grauissima pateretur.

Et egressa est manus Domini contra me.

HÆc est postrema & valentissima ratio, qua Noëmi nurus suas in speciem reiicit à se. Vult enim. Dominus ille ac Deus verus, cœli ac terra conditor, qui longè latéque dominatur, quémque gens Hebræa vnicè colit ac timet, ò Filiae, manu me arinata vbique gentium ut videtis, affigit & persequitur. Olim in Beth-lehem inter conciues non postremo loco nata,

1. Reg. 21.

¶ 22.

Ps. 43.

Ps. 16.

1. Tim. 3.

Eph. 3 ¶ 4.

2. Tim. 1.

Act. 18.

clarissimo marito , honestis liberis , ac opibus nobilitata matrona; nunc vidua , egena , misera , orbata vagari cogor . Nec fortuna casuive , sed diuina voluntate , fæteritate , vltione hæc contigerunt . Peccata adolescentiæ meæ , opinor , non sinit inulta Deus ille vltionum . Manum suam contra me extendit , cum exilio , paupertate , ac graui senio me premit . Quid igitur mihi & vobis ? Quomodo vestræ vtilitati ac commodo inuitis & repugnatibus superis , consulerem ? Non igitur sequamini me quasi futuram inter populares meos gloriosam , ac multis opibus diutinem , &c. Si quidem lingua sancta , per manum extensam ira , iudicium , furor Dei persæpe significantur . Esa . 14 . Manus eius extenta , id est , parata ad percutiendum . Et Ps . 31 . Grauata est super me manus tua , id est , dure & acerbè me affligis . Heb . 10 . Horrendum est incidere in manus Dei viuentis . 1. iram , furorem , ac vltionem eius . Et Iob ait : Manum tuam , id est , se- *Iob . 13.*
uera flagella à te immissa , longè fac à me .

Hic mihi obserua piæ conscientiæ perfectissimum exemplar . Credit , ac palam fatetur omnes humanas afflictiones immitti à Deo , ut peccata quidem castigentur & eluantur , homines verò seruentur . Sunt itaque tanquam è manu optimi patris ac iustissimi Domini excipiendo , atque cum omni fide , moderatione animi , patientiaque tolerandæ . Non insurgendū obrectationibus aut blasphemis in Deum , nec acerbius in secundas causas inuehendū , aut vehementius

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

homines praui insectandi. Recte Anna mater Samuelis prædicat: Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Et Deus per Moisen ait. Ego occidam & viuere faciam, percutiam & sanabo. Hinc piæ Heli voces ad mortis nuncium: Dominus est, quodcunque visum fuerit in oculis eius fiat. Et Dauid gravi morbo decumbens ait: Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. Ecquid ergo maledictis, ac desperatis vocibus, acerbius se fe cruciant, ac consciunt in aduersis infelices filij hominum?

*1. Reg. 2.
Deut. 32.*

1. Reg.

Pst. 38.

14. Eleuata igitur voce, flere rursus cœperunt:
Orpha autem osculata est socrum, ac reuersa est.
Ruth vero adhæsit ei.

HIc aperit propheta quid suis repulsis ac rationibus effecerit Noëmi: quando Orpha Moabiticos mores ac cultus Iudaicis prætulit, Rutha non item. Prius tamen rursus voce eleuata & intensa fleuerunt. Iteratus porro fletus ac repetita lacrymæ ostendunt quanto amore & studio piæ socrum prosequentur, cum ægrè ferunt ab ea diuelli. Hæc enim signa sunt ardenter amantium, quique duriter ferunt ab inuicem separari. Stoici & σογγόι nimis & acerbi, voluerunt lacrymas esse mollis & effeminati animi argument, proinde nunquam eas decere fortem & sapientē virū. Sed hæc philosophia nō moderata, nec mitis, etiā Marco Tullio visa est: sed asperior & durior, quam aut veritas, aut natura patiatur. Non est enim

*Orat. pro
Murena. Sth-
præ, vers. 10,*

cor hominis ferreum, lapideum, aut adamantinū: sed carneum. Nō ex filicibus, sed hominibus, omnium animantium facilimis, benignissimis, lenissimis, & vt vno verbo omnia dicam, humanissimis, nascimur. Natis non admouent vbera Hirca-næ tigres. Nos humanos affectus & perturbationes, inquit Hieronymus, quamdiu in tabernaculo corporis huius habitamus, & fragili carne circudamur, moderari & regere possumus, amputare non possumus. Hanc duritatem, & vt planius & verius dicam, immanitatem ac feritatem Stoicam, grauissimis argumentis ē finibus hominum eliminat Augustinus, lib. 9. de ciuit. Dei, à capite primo ad nonum usque. Nam sanctissimi ac fortissimi homines in amicorū tum præsentium cum absentium acerbitatibus, propriisque calamitatibus plurimas lacrymas effuderunt. Ioseph videns parvulum fratrem suum Ben-iamin, eleuauit vocem suam cum fletu: commota quippe fuerunt viscera eius, & fletum continere non potuit. Dauid & Ionathas mutuis lacrymis fœdus confitauerunt. Idem Dauid post delictum, laborauit in gemitu suo, lauit per singulas noctes lectum suum, lacrymisque suis stratum suū rigauit. Quid his lacrymis meruit? Exaudiuit (inquit) Dominus voem fletus mei, ac orationē meam suscepit. Et qui vrsos, leones, gigantes nō timuerat, diuini iudicij terrore percussus, adeo sese lacrymis dedidit, vt essent illi panes die ac nocte: & aquarū exitus deduceret oculi eius, eo quod non custodissent legē Domini. Nec dubitat quin Deus istas lacrymas admiserit in conspectu suo. Iob, Thobias I-

*Epiſt. ad
Demetriad.*

Gen. 45.

I. Reg. 20.

Pſal. 26.

*Pſal. 41. &
118.*

Pſal. 55.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

remias, Esdras, Daniel suam suorumque calamitatem lamentabili voce deplorauerunt. Populum suum horratur Dominus: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu, &c.

Ios. 2.

Lb. de visit.
inferm. ca. 1.

Nullas effundere lacrymas, nec vnguam flete cum flentibus, authore Augustino, & inobedientia, & inhumanitas est. Non ergo damnandum est, quod haec mulierculae socrus suae discessionem repetitis lacrymis prosequantur: præsertim cum ad fletus & lamenta sexus adeo proclivis sit. Quo volunt plorant tempore, quoque modo.

Hinc verò primùm colligimus, pauperculorum & abiectionislorum lacrymas etiam Deo curae esse, quod eis non parum adferet solatij. Deinde, non semper verum esse, quod vulgo iactatur: Socrus odiisse nurus. Parit namque vinculum nuptiarum tantam inter eas affinitatem, quanta debet esse inter parentes & liberos: quando nurus filiae, socrus matres, saceri patres, generi filii efficiuntur. Par ergo debet esse inter eos, atque inter consanguineos pax & charitas. Moses saceri sui oves seruare non detrectauit: quod & ante eum Iacob summus patriarcha similiter praestiterat. Raguel & Anna filiam suam Thobiæ iuniori elocatam, monuerunt honorare saceros suos. Petrus socrus sue atque propriæ matris, curam habuit, cum febribus laborantem domo fouit, proxim; eadem Christum obnixè rogauit. Lot ab incendio Sodomitico liberandus, generos suos veluti proprios filios monuit, ut una secum seruarentur. Sed quid tandem his contigit?

Gen.

Exod. 3.

Theb. 12.

Math. 8.

Luc. 4.

Gen. 19.

Orpha osculata scrum, reuersa est.

DE oscularum vſu inter Hebraeos & Christiani nos supra quædam attigimus. Hic adiicere vſum est, eumdem à nostris Theologis multiplicem constitui. Quum enim osculum sit internæ propensionis & affectionis animi externum indicium ac symbolum, efficitur ut pro rerum ac passionum discrimine, vſus illius varius sit.

Primò, potest esse summæ adorationis & diuini cultus nota, quando videlicet quis diuinam maiestatem aliqua re externa sibi exhibitam persentiscens, tunc in eius amplexus & oscula ruit, ac eadem prostratus adorat. Hoc animo Magdalena cum aliis mulieribus, Christum rediuiuam, sibiq; obuium amplexatur, & apprehensis pedibus dulcissima figit oscula. Psaltes quippe iussit, iuxta *Psal. 2.* *Heb. Hieronymique interpret,* Osculamini filium, nequando irascatur Dominus. Id est, omni humilitate Christum Dei & Virginis filium suscipite, eidē fasces submittite, & verè puręq; adorate. Et Iob pernegat se osculatum esse manum suā, quando vidit solem cùm fulgeret, & lunam incedentē clarē: id est, hæc corpora cœlestia pro numinibus adorasse. Hæc, inquit, est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Laudantur quoque à Domino, ij qui non adorauerant Baal, osculantibus manum, *z. Reg. 19.* *Iob 31.* *Apol. 1. advers. Ruff.*

Secundò, veteri vſu receptum & probatū fuit, religiosa venerationis ergo, quicquid ad Dei cultum pertinebat, quicquid sanctitate eminebat,

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

etiam si animi expers esset, amplecti & exofeulari.
Scribit namque Ambrosius milites Valentiniani
Imp. turmatim in suam Basilicam Mediolanensem
aliquando irruisse, & (ut ego interpretor, in pacis,
ac cultus Eucharistiæ signum) altaria amplectatos,
atque deosculatos esse. Et Hieronym⁹ Paulæ per-

Epist. 27.

Epitaph. Paulæ.

Lib. 22. deci-
nit. cap. 8.

Epist. ad A-
fell.

In vit. b.
Amb.

Epist. 8.

Lib. de pœnit.

tem Dominū cerneret adorabat. Ingressa sepul-
crum, resurrectionis osculabatur lapidem, quem
ab ostio monumenti amouerat angelus, & ipsum
corporis Domini locum, quasi sitiens desideratas
aqua fideli ore lambebat. Augustinus quoque
refert mulierem cæcam, decerplos è reliquiis D.
Stephani flores oculis admouisse, & protinus vi-
dissle. Rursum, innumeros contactibus, & osculis
infixis sanctorum reliquiis, ex variis infirmitati-
bus, & dæmonum vexatione liberatos esse, idem
aliique patres passim adfirmant.

Tertiò, homines pios, doctos, ac sanctos hono-
ris gratia osculis petere & salutare ferè inter om-
nes tritum ac vulgare fuit. Hoc de Paulo non se-

mel refert Lucas. Hieronymus author est, multos
cùm adhuc Romæ ageret, & eruditionis, pietatis-
que famam consequutus esset, sibi manus deoscu-
latos esse. Paulinus scribit matrem, sororemque
D. Ambrosij solitas fuisse ad finem mystici sacri-
cij, sacerdotum manus deosculari. Pœnitentia rit-
us veteres adeoque Apostolicos, enumerantes
Areopagita & Tertullianus, referunt his operam
dantes, sacerdotum genibus & pedibus se aduo-
luisse, & charis Dci seruis adgeniculatos esse.

Quartò, etiam apud profanos, oscula manuum, genuum, & pedum, signa fuerunt honoris, obedientiae, ac seruitutis. Summitatem virgæ sibi ab Assuero Imperatore simul & marito porrectæ, Esther omni demissione animi osculata est, maiestate regiam reuerita, & obeditionem vxoriam simul declarans. Plutarchus in Bruto, scribit quædam Lænatæ discessisse à Cæsare, deosculata eius dextera, in fidem nimirum fidei ac obedientie. Idem author est, milites Catonis de prouincia digredientis, manū osculatos esse reuerenter. Quod genus (inquit) honoris, Imperatoribus modò, idque per paucis, contribuebatur. Pomponius Lætus scriptis mādauit, alios Imperatores Rom. nobilibus quidem suas manus, aliis verò genua osculanda exhibuisse. Caius & Domitianus sese pro Diis venditantes, iusserunt sibi ad oscula pedum prosterni. Persæ quondam ad Regum suorū pedes prostrati, eosdem colebant. Antonius Verderius in variis lectionibus suis, testatur se domi habere membranam peruerterē, in qua vassalus Domini sui manus officij & honoris cauissa, deosculatur. Verba membranæ sunt hæc: Anno Domini 1352. pro quibus rebus, fundis, possessionibus, ipse fecit homagium Domino de N. ut assuetū est, genibus flexis, manus suas iunctas tenendo inter manus ipsius Domini, eiisque pollices osculan-do. Maximin⁹ senior, Capitolino authore, nescio qua religione, & imbecillitatis suæ ac infirmitatis humanæ sensu permotus, nunquam ad oscula pedum quemquam admisit, dicens: Dij prohibeant, ut quisquam ingenuorum pedibus meis oscula

Esther 4. &

Plut.

Pompon.

Verder.

zul. capit.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Suet. figat. Relatu quoque non indignum, alios Principes Romanos peregrè profecturos, & postea urbem repertentes, cōdito more Senatores osculo solitos excipere. Ideo Suetoni⁹ Neroni vitio ponit, quod neque adueniens, neque proficiscens, quemquam osculo impertuerit, ac ne resalutatio-
ne quidem. Cælius Rhodig.lib. 4.cap. 3. & Bu-
dæus prioribus Annot. in pandect. pag. 63.

Cant. 1.
2. Reg. 14.
Luc. 7. & 15.

Quintò, osculum quondam fuit reconciliatio-
nis, ac redditus in gratiam eius quem offenderas,
certum ac publicum insigne. Ideo peccatrix ani-
ma toto sponsum rogat animo, Osculetur me os-
culo oris lui. Et Dauid rex Absalonē filiū, fratri-
cidam, peracto exili⁹ ac pœnitudinis tempore, os-
culatus est. Peccatrici pœnitenti permisit Chri-
stus sibi pedes osculari: & pater filij dissoluti ac
perditi, redeuntis ad meliorem frugem oscula nō
recusavit, sed ambiuit.

Apolog. c. 6.

Sextò, Romæ institutum fuit Valerio, & Gel-
lio authoribus, ut cognatis mulieres osculum fer-
rent, quo odore iudicium faceret, num temetum
bibissent. Abstemias enim esse Romanas decuit.
Sed & noster Tertullianus scribit: Romanam ma-
tronam ob resignatos cellæ vinariæ loculos, ine-
dia necatam fuisse. Et sub Romulo imper. aliquā
quæ vinum attigerat, impunē à Mecenio marito
trucidatam. Hunc osculandi usum, iam quotidia-
num effectū, postea Tiberius Cæsar edicto pro-
hibuit. Ad hoc spectat illud D. Hieronymi, vbiq;
prædicandum & ingereandum. Vinum nunquam
tedoleas, ne fortè illud Philosophi audias: Hoc
non est osculum porrigerere, sed vinum propinare.

Septimò, offerebant olim oscula, qui d'ēmissō
animo sibi aliquid ab aliis concedi postulabant.
Scribit namque Homerus libro vltimo Iliados,
Priamū ad Achillē Hectoris filij sui cadaueris re-
dimendi caussa venientē, eius primū manibus ge-
nua apprehendisse, deinde manus eiusdem deos-
culatum esse. De huiusmodi osculis plura longè
exempla referuntur ab Euripide.

Oētauð, fuerunt quoque oscula quondam of-
cij humani, ac mutuæ benevolentiaæ significatio-
nes & symbola. Carthaginensium alij aliis olim
occurrentes, nihil dicebant: sed officii, benevolentiaæ
que causa, sibi manus mutuò porrigebant, eas-
démque osculabantur. Homerus quoque scribit *Odyss. 16.*
Eumenem, cum oculorum, manuūmque deoscu-
latione Telemachum Vlyssis filium excepisse. Pe-
nelopem quoque viri sui Vlyssis, post tot casus,
post tot discrimina rerum redeuntis caput & am-
bas manus osculatam. *Odyss. 23.*

Notos omnibus esse puto Francorum humanis-
fimi mores, quibus passim oscula tanto studio co-
lunt, vt honori ac benevolentiaæ ducant, aduenie-
tes hospites vxorem, filias, sorores, pedissequas os-
culis salutare. Hæc basia pudica & sicca, boni
Poëtae appellant etiam Sororia, vt Ouidius 4.
Metam.

Poscenti nymphæ, sine fine, sororia saltēm oscula.

VT autem finiam, nihil dubito harum mulier-
cularū mutua oscula ad hoc postremū genus
reforū. His enim mutuam benevolentia, humani-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

tatem, & gratiam testantur. His quām egrē ab in-
uicem discedant, palam faciunt: & quām amicē ac
facilē Affines, licet dispari sint genere, & dissimili-
lingua, coalescere debeant, ostendunt. De his, iam
satis. Ad Orpham redeamus.

Quam tuum quis graui animo, recessit tamen, au-
diens se nullas voluptates, nullas opes ex peregrina-
tione Beth-lehemita consequi posse. Terram
Moab terrae sanctae prætulit, & Deos falsos, id est
cultum dæmonum, vero Deo, veræque fidei ac
religioni. Cogitauit enim: Quid mihi & recutitis
illis? Quid mihi & sacris eorum? Quid mihi & cœ-
libatui? Malo quām citius potero nubere, ac ge-
nio indulgere. Malo Veneri sacra facere. Malo
Beel-phégor, (quē Isidorus, Theophylactus, Gy-
raldus, Priapum existimant) Chamos, Mel-
chom, Astaroth, & Beel-zebub, quām IEHOVÆ
seruire.

Primò, hæc mulier typum illorum gerit, qui di-
uitias, voluptates, honores diuino amoris, timori,
& cultui anteferunt: quales fuerunt miseri Israë-
litæ, cum voluerunt ducem sibi constituere, &
Ægyptum repetere, ut sederent super ollas carniū
&c. In hunc lapidem offendit vxor Lot, quæ vo-
luptatū sodomitacarum desiderio, retro aspergit.
Istiusmodi apostatae ac desertores nunquam non
fuerunt. Quot audita Christi de Eucharistia con-
cione, abierūt retro, d. Durus est hic sermo? Mul-
ti principes ac sacerdotes (scribit Euangelista) cre-
debant in eum, sed palam non confitebantur, ne
extra Synagogam pellerentur. Dilexerunt enim
gloriam hominum, magis quām gloriam Dei.

Deum

Num. 14.

Gen. 19.

Luc. 17.

Io. 6.

Io. 12.

Déum agnoscentes non sicut Déum decet glori- *Rom. 1.*
ficauerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis.
Ideo traditi in passiones ignominiae, &c. Semen
Dei multi sibi eripi sinunt à volucribus cæli, i.
diabolis: vel à spinis suffocari. Ad tempus credut, *Matth. 13.*
& in tempore temptationis recedunt. Deus huius *Luc. 8.*
seculi obcæcat mentes eorum. Ob præcedentia *2. Cor. 4.*
scelera, quibus Deum reliquerunt, incident in
spiritum erroris, ut credant mendacio. Tales *2. Thess. 2.*
quondam inter Christianos fuerunt Simon, Hy- *Act. 8.*
menæus, Alexander, Hermogenes, Philetus, Ni-
colaus, Ebion, Cerinthus, Carpocrates, Valenti-
nus, Marcion, Basilides, Appelles, Montanus, &
alij innumerabiles, qui desertis sacris, quibus
initiati fuerant, in monstrosas ac dannabiles hæ-
reses prolapsi sunt.

Hos sequuti sunt mediis ecclesiæ seculis, Arius,
Manichæus, Donatus, Pelagius, Nestorius, Fo-
tinus, Eutyches, Vigilantius, Eunomius, Mace-
donius, Iouinianus, Priscillianus nefarias perdi-
tionis sectas introducetes. Temporibus nouissi-
mis successerunt illis Vviclephus, Hus, Lute-
rus, Melanæthon, Oecolampadius, Zuinglius,
Bucerus, Musculus, Brentius, Caluinus, Bullin-
gerus, Suenkfeldius, Osiander, Anabaptistæ,
Deistæ, Trinitarij, turrim Babylonicam toties
dirutam ac euergam, id est, priscas hæreses toties
profligatas & damnatas incredibili pertinacia &
impudentia instaurantes. Hi omnes aliquando
simul nobiscum verbi Dei & sacramentorum dulces
ceperunt cibos, & in domo Dei (quæ est Ecclesia)
ambulauerunt cum consensu. Nunc vero plaustra

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Psal. 54.

mendaciorum & iniuriam in eam coniiciunt,
& in ira molesti sunt illi. Aduersus illam diducut
os suum. Conculcant eam & impugnant tota die.
Mysticam Noëmi aliquando pro matre agnosce-
re, eamque in terram sanctam proficiscentem se
comitari finixerunt: sed tandem cum infidelis Or-
pha ad vomitum redierunt. Orpha cum osculo &
fletu à socru discedens, haudquam contume-
liis eam affecit. Iste ingratissimi desertores ac träs-
fugæ, matrem Eccleiam probris omnibus male-
dictisque vexant & proscindunt.

1. 10. 2.

Rursum ostendit Orpha recessu suo, quod nō
seriò, non ex toto pectori dixerat, *tecum pergemus
in patriam, ut efficiamur proselytæ: sed tatum perfun-*
ctoriè, ac in gratiam locrus. Sic reprobi & hypo-
critæ ad tempus simulant veram fidem, inuoca-
tionem, & sacramentorum communionem, quasi
corā Deo vera essent Ecclesiæ mēbra, & oves gre-
gis dominici: sed sua se apostasia produnt hircos
esse, & Satanæ mācipia. Exeūt ex nobis, quia non
sunt ex nobis, si enim esset ex nobis maneret utiq;
nobiscū. Quamdiu Ecclesiæ Catholice cōmuñio-
ni adhæserūt, fuerūt ut angeli mali cum bonis in
cœlo, mali pisces cū bonis in sagena, virgines stul-
tae cum prudentibus in domo, palea cum tritico
in area. De horum verò discessione, potius gau-
dendum quam mōrendum docet his verbis mar-

Lib. de unit. tyri Cyprianus. Gratulandum, gratulandum est,
Eccles. cùm tales de Ecclesia separantur, ne columbas, ne
oues Christi venenata contagione prædentur.
Quid facit in pectori Christiano luporum feri-
tas, canum rabies, venenum lethale serpentum,

ciunt, ducunt
a die.
osce-
em se
li Or-
ulo &
ume-
e träs-
male-
od nō
rgemus
erfun-
hypop-
uocata-
n, quali-
es gre-
hircos
ia non
érvtiq;
muni-
onis in
nes stul
tritico
us gau-
is mar-
um est,
bas, ne
dentur.
m feri-
entum,

cruenta saevitia bestiarum? Nemo existimet bonos de Ecclesia posse discedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subuertit; inane paleæ tempestate iactantur, & inualidæ arbores subuertuntur. Hæcenus ille. Deficere quidem à fide & Ecclesiæ virtute aliquando possunt etiam electi, sed tantum ad tempus. Thomas aliquando fuit incredulus, Petrus negavit, Paulus Christum confites perseguutus est, Zacharias minus creditit Gabrieli, Moses non sanctificauit Deum ad aquas contradictionis, Aaron vitulum conflauit, Jonas à facie Domini fugere se posse creditit, &c. sed non ad finem usque aberrarunt; prius errandi quam viuendi finem fecerunt. Iustus cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Prauenit eos in benedictionibus dulcedinis. Peccant, sed non ad mortem. Alios autem adeo difficile & rarum est resurgere ad penitentiam, ut id impossibile dicat Apostolus.

*Io. 20.**Math. 26.**Act. 8.**Inc. 1.**Num. 20.**Ps. 105.**Exod. 32.**Ps. 36.**Heb. 6.*

Verum, solent rudes ac imprudentes quidam mirari tot clarorum hominum apostasiam, & de quibusdam ab hæresi captis (inquit Tertullianus) ædificari in ruinam. Quare, aiunt, vel ille, vel illa fidelissimi, prudentissimi, visitatissimi in Ecclesia, in illam partem transierunt? Quis hoc dicens, non ipse sibi responderet, neque prudentes, neque fideles, neque visitatos aestimandos, quos hæreses potuerint demutare? Non mirum, ut aliquis retro probatus postea excidat. Saul, Dauid, Salomon quondam aberrarunt.

*Lib. de pra-
script.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Et angeli de cælo, & primus homo de paradiſo
ceciderunt. Nónne ab ipso Domino quidam scá-
dalizati diuerterunt? An non ipse traditor Chri-
sti, de Apostolis eius fuit? Num ex numero septé
selectorum Diaconorum Nicolaus? Quid mirum
10.6. si planta, quam pater cœlestis non plantauit, era-
Matth. 26. dicatur? Quid ergo si Episcopus, si Diaconus, si
Aet. 7. vidua, si virgo, si doctor, si etiam martyr, lapsus
Matth. 15. à regula fuerit? Ex personis probamus fidem, an
ex fide personas? Auolent igitur quantum volent
paleæ leuis fidei, eo purior massa frumenti in hor-
reum Domini reponetur.

Ruth autem adhæſit ſocrui ſuæ.

Primò, hīc obſeruandum eſt admirabile & tre-
mendum Dei iudicium in reprobatione Or-
phæ, & electione Ruthæ. Pares antea videban-
tur in patria, domo, cognatione, idololatria, nu-
prii, viduitate. Ambæ ſocrum ſequutæ fuerant,
camque oſculatæ. Vtraque dixerat, *ſecum pergemus,*
ut efficiamur proselytæ. Nunc vna aſſumitur à Deo,
altera relinquitur. Vna Spiritus sancti interna in-
ſpiratione, donum fidei, ſpei, charitatis, & perse-
uerantiae accipit: altera his omnibus deſtituta, re-
dit ad profanos & damnabiles cultus dæmonū.
Sic ab initio, boni angeli gratiæ cooperantes in
Dei cultu perseverarāt, mali ſuperbientes propria
malitia defecerant. Alterius duorum fratrum, A-
belis nimirum, ſacrificia grata & probata fue-
rant: alterius, id eſt, Caini exofa & reprobata. De
Jacob & Esau vterinis fratribus, priuquam nati

Eſa. 14.

Luc. 10.

Gen. 4.

Gen. 25.

effent, aut boni aut mali quicquā egissent, à Deo
dictum est: Iacob dilexi, Esau verò odio habui.
Alteri latronum qui cum Christo pendebant, da-
tum est Saluatorem suum & iudicem agnoscere,
inuocare, peccatorum pœnitere, & regnum Dei
adipisci: alteri iustè denegatum. Quot tyrannis,
homicidis, & hostibus Christianæ religionis præ-
termisssis, vnum tantum Saulus Christi voce pro-
stratus & monitus vocatur? Quot publicanis &
meretricibus in scelerum suorum cœno dereli-
ctis, Matthæus, Zachæus, Samaritana, Magdale-
na eliguntur? Apostolus miratur quidem & stu-
pet ad tam arcanū Dei iudiciū, illud nō explicat.
O homo, tu quis es qui respódeas Deo? Nunquid
figmentum dicit ei qui se finxit, cur me fecisti sic?
An nō habet potestatem figulus facere ex eodem
luto, aliud vas in honorem, aliud in contumeliā?
O altitudo diuinarum sapientiæ & scientiæ Dei,
qm̄am incomprehensibilia sunt iudicia eius, & in-
uestigabiles viæ eius?

Malach. 1.

Rom. 9.

Luc. 23.

Act. 9.

Rom. 9. ¶

II.

Augustinus isthac refert tum ad mysterium æ-
ternæ reprobationis, quæ sit propter peccatum
originale, & alia præuisa scelera: tum prædestina-
tionis, quæ omnino pendet à gratuita Dei boni-
tate & misericordia. Qui liberatur (inquit) gra-
tiā agnoscat: qui non liberatur, debitum & iu-
stitiam. Et rursus: Duo paruuli nati sunt, si de-
bitum quærat, ambo tenent massam perditionis.
Sed cum mater alium portat ad gratiam, alium ma-
ter dormiens suffocat? Dicturus es mihi. Quid il-
le meruit, qui portatur ad gratiam? Quid ille me-
ritus, qui portatur ad perditionem?

Lib. 2. de bo-
no perfetu. cap.
3.

P. iii

Ser. 13. de
verb. Apost.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

ruit, quem mater suffocat? Ambo nihil meritentur. Sed habet filius luti potestatem facere ex eadem massa aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Mirare, & exclama tecum, O altitudo diuinarum, &c. Item, Mirum est quod prædicato crucifixo, audiunt duo, unus contemnit, alter ascendit. Qui contemnit, imputet sibi: qui ascen-

*Serm. 2. de
verbis Apost.
Io. 6.* dit, non arroget sibi. Audit enim à veraci magistro, Nemo venit ad me, nisi datum fuerit ei à patre. Itémque, Si à Deo auertimur, nostrum est. Conuersos adiuuat, auersos deserit.

*Lib. 2. de peccato
merit. Et re-
miss. cap. 5.* Sed etiam ut conuertamur, ipse adiuuat. Cur autem illum adiuuet, illum non adiuuet: illum tantum, illum non tantum: istum illo, illum alio modo: penes ipsum est & æquitatis tam

*Lib. de na-
tura & gratia.
cap. 5.* secretæ ratio, & excellentia potestatis. Et ita: Vniuersa massa pœnas debet: & si omnibus debitum damnationis supplicium reddetur, non iniustè redderetur. Qui ergo inde per

gratiæ liberantur, non vasa meritorum suorum, sed vasa misericordiae nominantur, &c. Hæc rursus diffusius tractat libro 1. de prædestinacione, sanct. cap. 9. & 14: lib. 2. de bono perseverantie, cap. 8: lib. de prædestinatione Dei, cap. 5: lib. de correptione & gratia, cap. 11. & libro quo refellit aliquot articulos sibi falsò impositos. Frequenter hanc & similes disputationes claudit his verbis: Cur illum vocat, istum nō vocat, noli querere, nisi volueris errare. Iudicia Dei occulta esse possunt, iniusta non possunt.

Secundò, hæc Ruthæ constantia ac conuet-

sio continet illustrissimum exemplum misericordiæ diuinæ, qua sine vllis præcedentibus meritis præuenitur, illustratur, vocatur in sortem ac communionem sanctorum. Nunquam enim ad Messiæ fidem spemque venisset, nisi pater ^{Io. 3.} traxisset eam. Occulta igitur inspiratione Deus illius animum præuenit, flexitque ut socii fideli, imo Deo vero ac viuenti penitus adhæteret. Sua ^{Pf. 50.} potestate cor mundum creauit in ea, & spiritum ^{Ez. 36. &} rectum innouavit in visceribus eius. Abstulerit ab ea cor lapideum, & dedit cor carneum: cum ^{Inproptreptico.} ex lapide, id est, interprete Clemente Alexandriano, ex gētili deorum lapideorum cultrice, effecit filiam Abrahæ. Pati gratia Matthæus ex publicano euangelista, Zachæus ex principe publicanorum, Episcopus tandem Hierosolymorum: Magdalena de vase contumelie, in vas translata gloriæ: & Paulus ex lupo agnus, & ex persequitore eximius Christianorum prædicator & pastor effectus est. Nam nisi Spiritus sancti lenior aura propter Christi meritū prius aspirarit, nemo credere, nemo sperare, nemo verè pœnitere, nemo cotá Deo iust' apparere potest. Nisi adiuvuet, ait Augustinus, nihil pietatis atq; iustitiae, siue in ^{Epist. 106.} opere, siue etiam in ipsa voluntate habere possumus. Operatur quippe in nobis & velle & perficere pto bona voluntate Et idē alibi: Si sine Deo ^{Philip. 2.} nihil possumus facere, profectò nec incipere, nec ^{duas Epist.} perficere: quia ut incipiamus dictum est, Misericordia eius præueniet me. Et ut perficiamus dictū ^{Lib. 2. cont.} ^{Pelag. cap. 9.} est, Misericordia eius subsequetur me. Rursumq;:

COM MENT. IN LIB. D. RVTH

*Lib. de pre-
dict. sanct. ca.* Si non simus idonei cogitare aliquid quasi ex no-
bismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est, pro-
fectò non sumus idonei credere aliquid quasi ex
nobismetipsis, quod sine cogitatione non possu-
mus: sed sufficiētia nostra, qua credere incipimus,
ex Deo est.

Matth. 12. In his autem nequaquam putandum est cum
Simone Mago, Marcione, Manichæo, & neoteri-
cis hæreticis, otiosum esse aut tantummodo pa-
siuum liberum hominis arbitrium, non etiā acti-
uum: quando eius sit gratiam oblatam admittere,
atque eidem ad credendum, sperandum, obedi-
endum inclinanti cooperari. Cum enim Christus di-
cit, Aut facite arborem bonam & fructum eius
bonum, aut facite arborem malam & fructum e-
*Lib. 2. de a-
etiūcum Feli-
ce manich.ca.* ius malum, potestatem, ait idem Augustinus, in-
dicat, non naturam. Habet quisque in voluntate
aut eligere quæ bona sunt, & esse arbor bona: aut
eligere quæ mala, & esse arbor mala. Dicens, aut
facite illud: ostendit esse in potestate, quod face-
rent. Verbum enim facite, voluntatis vim agendi
& operandi designat. Idem rursus constanter as-
seuerat Augustinus, ex eo quod propheta clamat:

In psal. 26. &c. 78. & Serm. Adiuua nos Deus salutatis noster, &, Deus in ad-
iutorium meum intende, itémque, Adiutor meus
*13. de verbis
Apoll. &c.* esto, ne derelinquas me. Quandoquidem qui ad-
Tract. 4. in iuuatur, etiam aliquid per seipsum agit. Spiritus
Epist. Io. & agentibus adiutor est, ipsum nomen adiutoris
*lib. 2. de pecc.
merit. & re-
miss. cap. 5.* præscribit tibi, quia & tu ipse aliquid agis.
Agnosce quid poscas, agnosce quid confitea-
ris, quando dicas, adiutor meus esto. Adiuto-
rem utique inuocas Deum. Nemo adiuuatur, si ab

illo nihil agatur. Item. Adiuuari non potest, nisi qui aliquid sponte conatur. Quia non sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis, in quorum natura rationem voluntatemque non condidit, salutem nostram Deus operatur in nobis. Qui fecit te sine te, non te iustificabit sine te. Fecit nos Serm. 15. de verbis Apost. scientem, iustificat volentem, &c.

15. *Cui dixit Noëmi: En reuersa est cognata tua ad populum suum, & ad deos suos, vade cum ea.*

PRUDENTISSIMA mulier cernens Orpham defecisse, ac domum rediisse, acutè colligit illam nunquam syncerum & integrum animum habuisse ad veram fidem religionemque amplexandam. Ultima igitur tentatione periculum facit de Rutha, an vellat ex animo superstitionem Moabiticam abiicere, & proselytam fieri. Obiicit autem illi exemplum sororis suæ, quæ patriam repetierat; postea deos paternos, an horum consideratione moueretur. Valent namque plurimum ad labefactandam animi præsertim muliebris, constantiam, exempla domestica fratum, sotorum, mariti, parentum. Si viderint hos omnes à veritate deficere, & falsas religiones amplecti, vñā cum illis facilē sinunt se se abduci. Vnius Iudæ coapostoli exemplo incitati omnes alij discipuli, in *Math. 26.* Magdalenam obmurmurantes dentibus frenabant. Quod enim charorum & probatorum exemplo fit, id etiam iure fieri putant.

Deinde patriæ ac natalis soli, quo nihil charius, nihil dulcius ac iucundius occurrit, commemo-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

ratio grauissimam temptationem animo Ruthæ inferebat. Ut enim natale solum nescio qua dulcedine cunctos ducit: sic ab eodem relinquendo ut alibi peregrinus & hospes vageris, nullum non absterrret. Ithacam suam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam sapientissimus vir Ulysses, immortalitati anteposuit.

Postremò, deorum patriorum quorum sacris ab incunabulis initiata fuerat, recordatio, satis erat non tantum ad concutiendum, verum & penitus euertendum omne suscepitæ peregrinationis propositum. Quis enim paternam autamque religionem eiurat facile? Rachel quamvis domestico viri sui Iacob pietatis ac veri Dei cultus exemplo, etiam quatuordecim annis erudita, vix ab idolorum paternorum superstitione reuocatur. Quis ergo dubitat his socrus arietibus Rutham deiectam & prostratam fuisse, & ad suos rediisse, nisi Dominus occulta pietatis suæ manu eam retinuisset? Fundata erat supra firmam petram, ideò nullis fluctibus, nullis procellis deici potuit. Fuit autem hoc modo tentanda & probanda, ne postea quereretur se socrus artibus impulsam in alienam ac minus gratam religionem.

Dum itaque occurserint similes temptationes, toto peccatore ad Deum recurrere oportet, ab eodemque postulare, ne nos superari sinat à tentatione, sed liberet à maligno. Cum Petro exclamandum, Domine, saluum me fac. Cum Apostolis orandum, Salua nos, perimus. Da seruis tuis constantiam. Deinde confirmandi sunt ani-

Gen. 31.

*Josephus lib.
I. antiqu. cap.
27.*

Matth. 7.

Matth. 6.

Matth. 14.

Matth. 8.

Act. 4.

ni verbi Dei meditatione, & innumeris sanctissimorum martyrum, episcoporum, doctorum, ac patrum, qui nos à mille quingentis annis in eadem fide catholica præcesserunt, exemplis & doctrinis. Obiicentes patrem vel matrem, vxorem vel maritum, sororem vel fratrem à fide mariorum, ad hæreses defecisse, his Christi verbis repellendi sunt. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Frater non redimit, redimet homo? Qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomē meū, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Nihil Christo ac religioni eius præferendum. Sed quid Ruth ad hæc?

*Matth. 10.**Pſ. 48.**Matth. 19.*

16. *Quæ respondit. Ne aduerseris mihi, ut abeam
et relinquam te. Quocunque perrexeris, per-
gam: ubi morata fueris, morabor: populu-
tus, populus meus: Deus tuus, Deus meus.*

IAm perfectam conuercionem suam ostendit, immò constantissimam & fructuissimam fidei sua professionem his verbis. Vult autem. Filiu tuo, charissima socrus, locata fui in uxorem, ut cū illo essem caro una: me igitur ut propriā filiam maternis visceribus amplecti debes. Ferat etiam suos fœtus amant, colligunt, fouent. Quæ leena vel pardalis catulos prodit venatoribus, aut deatibus lacerat? Ne me igitur filiam tuam dæmonibus prodas, ne ad profanos cultores

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

illorum remittas , ne à consortio tuo repellas. Sentio secretum diuini spiritus afflatum , impellentem me ad tuam, imò suam veram, ac vnicam religionem. Illi te obiicies & reluctaberis , si me vltra rogare ac impedire pergas. Ne me itaque hostiliter ab itinere cœli reuoces. Ne Deum fontem viuum toto pectori sienti, & ad eum anhe-lanti mihi, aditum fontis obtures. Ne me à tene-broso inferni carcere, à vinculis peccatorum libe-ram exilientem, iterum vincias & protrudas . Ne me ouiculam ab erroribus reducem, in fauces in-fernalium luporum coniicias deuorandam. Mis-tere animæ meæ , cuius etiam Deus sua pietate miscretur. Non vltra tentes me obsecro , nec ad-uerseris: quoniam omnino conuersa sum, vt effi-ciar proselyta. Nihil vñquam, Deo bene aspiran-te, me ab hoc proposito reuocabit.

Pf. 72.

Act. 10.

Gal. 3.

Rom. 2.3.9.

Hinc primò obserua , quām sit bonus ac cle-mens Deus Israëlis, his qui recto sunt corde, cu-iuscunque sint generis , linguae ac sexus . Mulier-culam hanc ethnicam , & despectam ad se mira-bili modo vocat , sanctificat , & amplissimis do-nis illustrat. Rectè ac iure optimo Petrus cernés Cornelium militem, centurionem, Italum , cum vniuersa familia salutis participem fieri, exclama-uit: In veritate comperi , quod non est acceptio personarum apud Deum : sed in omni gente qui operatur iustitiam acceptus est illi. Iudæus sis aut Græcus, nihil refert, seruus aut liber, mas aut fœ-mina, omnes vnum sumus in Christo. Si Gentilis iustitias legis custodierit, præputium illius in cir-cuncisionem reputabitur . Non est Iudæorum

Deus tantum, sed & Gentium. Non filij Abrahæ qui tantum sunt filij carnis, sed qui filij promissio-
nis, id est, quicunque credunt, obediunt, & ad-
hærent Deo ut Abraham, hi sunt filij Dei. Enita-
tur quilibet pro virili diuinæ vocationi obtem-
perare, atque ad meliora aspiret, repulsam non
faret.

Hic quoque nō tam designatur, quām inchoa-
tur Gentium vocatio ad veram veri Dei agnitio-
nem, ecclesiam, & salutem, per euangelij prædica-
tionem. Obmurmurent, tremantque quantum
volent Iudæi, non ad eos duntaxat pertinent di-
uina beneficia per aduentum Messiæ mundo col-
lata. Est namque vel patre eorum Iacob authore,
expectatio gentium. In eo, ait Esaias, gentes spe-
rabunt: eum gentes deprecabuntur. Lapis est an-
gularis faciens vtraque vnum, id est, Iudæos &
gentes vnam ecclesiam & sponsam Dei, vnumque
ouile. Samson, Moses, Joseph, Solomon vxores
alienigenas sibi assumentes, adumbrarunt Chri-
stum sibi ecclesiam sponsam ex gentibus desum-
pturum. Abraham & Iacob ex ancillis liberos
suscipientes, idem significasse volunt Irenæus lib.
4. cap. 38. Tertullianus libro contra Iudæos. O-
rigenes in Genesim: Augustinus lib. 12. cont. Fau-
ustum, cap. 52. Hæ sunt oues alienæ à synagoga,
quas ad se adducere Christus volebat. Vide ergo
bonitatem & clementiam Dei in eos qui vocan-
tur. Gentes itaque super hac misericordia Deum
honorent.

Docemur postremò, viriliter resistendum esse
malevolis suggestionibus, etiam si à fratribus, pa-

Gen. 49.

Esa. 11.

Esa. 28.

Eph. 2.

*Iustin⁹ mart.
in Dial.*

Io. 11.

Rom. 11.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

*Gen. 30.**Matth. 18.**Dent. 13.**Galat. 1.**Lib. 4 cap.**14.**Lib. 4 hist.**cap. 17.**Lib. 1. Reco-
gnit.*

rentibus, & propria carne orientur. Peccauit gra-
uiter Adam, qui vxori plusquam Deo creditit &
obediuit. Si oculus, manus, vel pes scandalizat te,
inquit filius Dei, erue eum, & proifice abs te. Ius-
fit quoque in lege occidendum esse pseudopro-
phetam, fratrem, filium, vxorem, qui suadere vo-
luerint colendos esse deos alienos. Petro, Paulo,
imò & angelo anathema dicendum est, aliud præ-
terquam quod euāgelizatum est annunciantibus.
Laudant Irenaeus & Eusebius istam Iustini mar-
tyris libro contra Marcionem, sententiam: Ipsi
quoque Domino non credidisse, alterum Deū
annunciandi, præter fabricatorem, & factorem, &
nutritorem nostrum. Clemens quoque Roma-
nus semel B. Petro dixit: In tantum de me debes
esse securus, quod de his quæ didici abs te in du-
bium venire non possim, etiam si tu ipse aliquan-
do fidem meam à vero propheta trāsferre velles.
Hæc verò eo pertinent, ut suadeant quām con-
stanter & audacter oblistēdum sit insanarum hæ-
rescon & damnabilium opinionum incensori-
bus. Sequitur.

*Quocunque perrexeris, pergam: Et ubi morata
fueris, Et ego pariter morabor: populus tuus, po-
pulus meus: Deus tuus, Deus meus.*

Superius quidem generatim atque vniuersē,
sunc verò sigillatim Ruthæ conuersio descri-
bitur. Eam paraphrastes Chaldæus, Talmudistæ,
ac alij Hebræi quinque articulis perfici docent.
Volunt enim Noëmi prius nurui suæ magna pru-
dentia proposuisse grauiora & difficiliora legis

capita, ut postea suscep^te religionis eā nullo modo pœnitere posset. Prīmō itaque obiecit illi Sabbathorum, atque aliorū festorū obseruationē tātē apud Iudeos esse religionis, ut cis non liceret vltra duos mille cubitos ambulare. Nā Deus no- *Gen. 2.*
 ster, aiebat, cū sex dierū curriculo mundū condi- *Exod. 23. 32.*
 disset, cessauit die septimo ab omni opere, illūm- *35.*
 que sanctum, atque benedictū omni ex parte esse *Leuit. 19. 23.*
 voluit & decreuit. Moses denique Dei optimi *25. 26.*
 maximi interpres ac internuntius, prohibuit fieri *Deut. 2.*
 in eo omne opus seruile, tā per se, quā per seruos, *Quæst. 10. ad*
 ancillas, boues, asinos, & iumenta. Et quicunque *Algiasian*
 cōtrā fecerit, morti adiudicatur. Atque hactenus *Coutheres.*
 ex verbo Dei. Quod autē ad itineris spatiū pēti-
 net, potius à Rabbinis, quā ex legis pr̄scripto cō-
 stitutū fuit, ut opinantur Hieronymus & Epiphanius. Hoc tamē nec Christus, nec Apostoli viden- *Matth. 24.*
 tur improbasse, quādo pr̄scriptū quoddam Sab-
 bathis itineris spatiū obseruarūt. Dominus nām-
 que dicit, Orate ne fiat fuga vestra hieme, vel sab-
 batho. Et Apostoli reuersi sunt à monte oliveti *Act. 1.*
 Hierosolymam, itinere vnius sabbathi. Ad hāc
 verò quid Rutha? *Quocūque perrexeris, pergāsi.* Hāc
 obseruatio me nihil terret. Dū quieueris iuxta le-
 gē, ego quoque quiescam: dum omne opus inter-
 mittes, ego cessabo: & quocunque spatio perre-
 xeris, ego proficiscar. Nihil mihi difficile, cū Deo
 seruendum erit.

Et Christus legem euangelicam profiteri vo-
 lentibus dicit, Si quis vult venire post me, ab- *Luc. 9.*
 neget semetipsum, & tollat crucē suā: docēs non
 honorū, opū, aut voluptatum gratia amplexandā *Act. 9.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

*2 Tim. 3.
Eccles. 2.*

esse. De Paulo dixit: Ego ostendā illi quāta oportebit illū pati pro nomine meo. Qui cū euāgelij ergo infinita pericula subiisset, ait: Omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. Hinc quoque Syracidis exhortatio, Fili, accedēs ad seruitutem Dei, sta in timore, & prepara animam tuam ad temptationem. Longè ergo falluntur opinione, qui sub Christi & ecclesiæ illius umbra, quietem, otium, voluptates, ac opes tantummodo querunt. Isthæc ex lege non exspectat Rutha.

Ibi morata fueris, ibi morabor.

Pſ. 105.

Num. 25.

Secundò dixit Noëmi ad nurum. Prohibemur cum incircensis, & omnibus à nostra pietate alienis habitare: ne illorum consuetudine ac exemplo reuocemur à Dei veri cultu, & ad falsas religiones abducamur. Nam aliquando multi ex nostris commixti inter gentes, didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum. Maiores nostri fornicati cum filiabus Moab & Madian, adorauerunt Beel-phgor. Respondit Rutha, Perpetuò tibi adhærebo, obseruanda socrus, nec ullum patriæ meæ desiderium, nullum coniugium, me vñquam à te separabit. Quocunque loco habitaueris, mihi locus habitationis erit. Vir meus erit, qui te velit esse presentem. En tibi magna voce iuro verissimum pulcherrimumque iusiurandum, me ex toto animo patris, matris, ac sororis abrenunciare consuetudini: ac vniuersis Moabitarum, cæterorumque gentium terris extrellum vale dicere.

Hoc

Hoc exemplo discant vtriusque sexus iuuenes adhærere senioribus ac prudētioribus: loca etiam fugere in quibus vigēt impietas, falsæ religiones, mala exempla. Dina è matris conspectu ac tabernaculo discedens, vt extraneorum spectaculis se oblectaret, rapitur, violatur, &c. Rectè Sapiens *Gen. 34.*
Ecl. 6. monet, In multitudine seniorum prudētium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire.

Populus tuus, populus meus.

Tertiò, subiunxit Noemi. Populus Hebraorū nō paſſim vagatur, nec more aliorū sine legis iugo viuere permittitur. Multorū namque ac grauiſſimorum præceptorum cācellis, velut quibusdam repagulis ac vectibus coērgetur. Nam seruare tenemur sexcenta tredecim præcepta, quorūni trecenta sexaginta quinque negātia sunt, quippe vitia prohibent: & reliqua ducenta quadraginta & octo affirmātia, virtutes nāmque ac bona opera præcipiunt.

Ad hāc verò Ruthā. Nec istud quātumuis molestum ac graue, vñquam me ab instituto reuocabit. Quācūque obſeruat populus tuus, obſeruabo, perinde ac si semper meus faiſſet: & vniuersis ceremoniis ac decretis eius me cū omni humilitate ſubiiciā. Moſis ac prophetarum vocibus, quaſi diuinis, iā iam inclino autem meā, obliuiscor populū meū, & domū terreni patris mei, vt à cœlesti ſuſcipiar. Moabitas nihil moror, Madianitas despicio, nihil mihi à cætero cū Ammonitis, Sidoniis, Palestiniſ, Arabibus, & cæteris gentibus: quādo quidē proselyta ſum, & in Abrahamidarū,

Vf. 44.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Isaacidarum, & Israëlitarum coloniam omnino
transeo. O constantiam promissi, & fidem miram
ac spectatissimam! Quid eximus aut præstatius
fecit Abraham, quum Deo iubente, exiuit de ter-
Gen. 15.
Heb. 11.
ra, cognitione, & domo patris sui? Laudatur Mo-
ses quod negauerit se esse filium filiae Pharaonis,
maiores diuitias æstimans improperium Christi,
thesauris Ægyptiorum. Ruthæ quoque virtutem
omnium mortaliū fama semper celebrabit, quæ
parentes, ac natuum solum valere iussit, ut Syna-
gogæ Dei adhæreret.

Deus tuus, Deus meus.

*Exod. 20.
Deut. 5.
Exod. 34.
Leuit. 19.
Gen. 35.*

Iosué 24.

Exod. 32.

Quartò addidit Noëmi. Deos omnes alienos
exccrari ac fugere iubemur: vnicum autem
credere, colere, ac metuere. Lex namque præci-
pit, Non habebis deos alienos coram me. Sed ne-
que illorum simulacra aut in templis, aut in no-
stris domibus extare licet: quandoquidem Deus
noster iussit, Deos conflatiles nō facies tibi. Qui-
cunque secus fecerit, exterminandus ac tollean-
dus est de medio Israëlis. Iacob pater noster è
Mesopotamia cum vxoribus ac liberis rediens,
familiam lustrauit dicens: Abiicite deos alienos,
qui in medio vestri sunt. Et Iosue totius popu-
li post Mosen imperator, iussit: Auferte deos
alienos de medio vestri, & inclinate corda ve-
stra ad dominū Deum Israël. Et Moses vnā cum
Leuitis tria millia nostrorum occisione occidit,
quod idolum vitulinum adorassent. Adeo graue
& odiosum est nostris hominibus omne genus
idolorum.

Quibus Rutha. Deus tuus, Deus meus erit; illum
vt vnicum cœli ac terræ conditorem & rectorem
adorabo & inuocabo. Fictios deos Moabitarū
& Chananaorū, vt falsos ac mortuos iam despici-
cio: imò veluti spiritus immundos ac damnatos
toto pectore abhominor. Deum Abraham iudi-
cem viuorum & mortuorum profiteor: cum-
démque ex toto corde, ex tota anima, ex omni
mente, & ex omnibus viribus meis diligo & ob-
seruo: & à placitis eius, ita salua sim, nunquam
recedam, &c. Non absimilem veræ fidei confes-
sionem ediderat Raab, dicens: Dominus Deus
vester ipse est Deus in cœlo sursum, & in terra
deorsum. Achior quoque Ammonites, cōspecto
Holofernis capite, detracto sibi præputio, vñci
ac solius veri Dei sacris initiatus, eius laudes cele-
brauit. Isthæc ad imitationem eis proposita sunt,
qui à Dei cultu ac religione aliquando aberrarūt.
Hos non pudeat errores agnoscere, & agnitos
damnare, &c. Paulum sequantur, qui aliquando
blasphemus fuit & persequitor, &c.

*Iesuē. 2.**Judith 14.**Aet. 9.**1. Tim. 1.*

17. *Quæ te terra morientem suscepit, in ea moriar:
ibique locum accipiam sepulture. Hec mihi fa-
ciat Deus & hac addat, si non sola mors me &
te separauerit.*

Vintò, legis iudicia nurui suæ proposuit
Noëmi, d. Pietatis nostræ præuaricatores se-
uerè plectūtur, nec vñquā euadūt impunc. Sūt em
reis proposita quatuor genera tormétorū. *Lexit. 24.*

Q. ij

COM MENT. IN LIB. D. R V T H

Leuit. 20.

Dan. 14.

Leuit. 10.

Deut. 21.

1. Reg. 31.

Matth. 26.

Io. II.

opprimuntur blasphemi, arioli, magi, & qui cōtra proximum falsum dixerint testimoniū. Flammis traduntur, qui superbia elati sacras ceremonias contemperint. Nam aliquando flammis extinti sunt duo filii summi pontificis nostri, Nadab & Abiu, quod contra legem, ignem profanū obtulissent. In malam crucem aguntur ut cū maledictione pereant sacrilegi, seditiosi, grassatores. Gladio etiam cäduntur homicidæ, aliisque per multi facinorosi. His & aliis suppliciis scelera, fraudesque nostrorum hominum constringuntur: nullumque crimen in populo Dei finitur inultum. Non ergo mecum pergas, vt tibi sit potestas quicquid libuerit impunē faciendi. Respondit. Quocunque suppicio pereant in populo tuo præuaricatores, dispeream & ipsa, si rea inuenta fuerim. Sicut tu Israëlitica genere, his omnibus subiaces, & ego adoptione Hebræa, eisdem subiacebo. Atque hactenus iuxta mentē Hebræorū.

Cæterū, huius primæ clausulæ simplicitv detur sensus, si diças Rutham adeo in socrū Noë mi magno amore exitisse, vt etiam in morte eidem coniungi vellet. Hoc enim ardenter amantium est, vt & simul viuere, & simul mori desiderent. Saulis armiger cernens Dominum suū proprio gladio corruisse, vt ei se probaret, ibidē quoque scipsum interemit. Petrus Apostolus magno feroore dilectionis concitus dicebat Christo: Paratus sum tecū & in carcerem, & in mortē irē. Etiamsi oportuerit me mori tecum, non re negabo. Et alias ad condiscipulos, Eamus, inquietabat, & moriamur cum illo.

Ibi locum accipiam sepulture.

V Olunt Hebræi Noëmi sexto & postremo loco nurui dixisse. Post hanc vitam iudiciū diuinū superesse, vniuersæ carnis resurrectionē futuram, ac vitam æternam credimus, & certo expectamus. Hanc, ferunt nostri, nullis obtingere, nisi qui sepulti fuerint in terra patribus nostris promissa & concessa, in qua Messias aliquando apparerebit. Ideo patribus nostris magna semper cura sepulturæ. Abrahā, Isaac, Iacob, Ioseph, voluerunt in ea sepeliri. Quod dicit eos tantum viræ æternæ futuros participes, qui in terræ sanctæ finibus sepulti sint, ni spiritualiter intelligas, qui in sanctæ & vniuersitatis catholicae ecclesiæ communione ex hac vita migrariunt; ad insulsa figura Rabbinorum referas. Nam neque Melchisedec, neque Abel, neque Daniel, neque Hieremias, neque Moses aut Aarō in ea locum sepulcti acceperūt. Respōdir Rutha. Et hoc summopere cupio, nimirum, relictis Moabitarum ritibus, vestros in morte, sepultura, & exequiis celebrādis amplecti. Ter quatérq; me beatā putabo, si sanctissimorū patriarcharū & prophetarū Dei corporibus, vel mortua saltē cōiungar.

Hinc verò omnibus patet, Omniū bonorū ingenium esse in charorū, ac sanctorū virorū sepulcris velle sepeliri, vt eis cōsortes tandem aliquando evadāt in resurrectione iustorū. Atque ut hoc impīis & sceleratis aut parū aut nihil prodest, sic prōculdubio piis multū. Thobias senior filio suo precepit, Cum mortua fuerit mater tua, eā iuxta me honorificè sepelies, &c. Pseudo propheta quidā

Rabbinica o-
pinatio.

Thob. 4.

Q iiij

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

3. Reg. 13.

morituruſ filios adiurauit: Quū mortuuſ fuero, ſepelite me in ſepulcro in quo vir Dei eſt ſepul-
tuſ: iuxta oſſa eius ponite oſſa mea. Hoc vero in-
de beneficium conſequutus eſt, ut eius oſſa nec e-
ruta, nec combuſta fuerint, cūm aliorum arderēt
tempore Iofſæ. Dionyſius Areop. primorū Chri-
ſtianoruſ tituſ in ſepeliendis fuoruſ corpori-
buſ deſcribēſ, ait: Sacerdos honeſto in loco cor-
puſ defuncti, cum aliis corporibuſ ſanctis repon-
nit, &c. Quod & laudat alter Apostoloruſ diſci-
puſus Clemens Romanuſ, lib. ſexto Constit. A-

Euseb. lib. de
vita Conſt.
Chryſoſt. ho-
66. ad pop. &
Hom quōd
Christus ſit
Deus.

Lib. de cura
pro mort. cap.
18.

Ibidem cap.
4. & 5.

poſt. cap. 30. Maiorum noſtroruſ literiſ & memo-
ria celebratur Conſtantinus ſummuſ imperator,
quōd moriēſ optarit ad oſtium baſilicæ Apoſto-
loruſ corpus ſuum tradi ſepulturæ. Gaudent, ait
Chryſoſt. imperatores, ſi fiant pifcatoruſ oſtiarij.
Gaudent ſi non prope Apoſtolos, ſed ſi vel extra
coruſ veſtibula ſepeliantur. Non hinc confundū-
tur: ſed honeſtantur & ipli, & coruſ nepteſ, &
pronepoteſ. Quod quiſque, ſcribit Auguſtinuſ, a-
puſ memoriam Martyrū ſepelitur, hoc tantuſ mi-
hi videtur prodeſſe deſuncto, ut commendans eū
etiam martyruſ patrocinio, affeſtus pro illo ſu-
plicationiſ augeatur. Et idē rurſum: Cūm fidelis
corpuſ deſuncti deſiderauit in baſilicā martyriſ
poni, credidit eius animā meritiſ martyriſ adiu-
uari. Iterūmq;: Profeſtō prouiuſ ſepeliendis cor-
poribuſ apud memoriam Sanctoruſ locuſ, bonę affe-
ctioniſ humaṇe eſt erga funera fuoruſ. Dū enim
recolūt, vbi ſint poſita eoruſ quos diligunt cor-
pora, eiſdem Sanctis illos tāquam patroniſ ſuſcep-
toſ, apud Doīinuſ adiuuandoſ orando com-

mendant. Patrum itaque sententia, eo prodest in locis sacris & memoriae Martyrum dicatis sepeliari, quod illorum meritis defunctorum animæ adiuuantur, orationum patrocinio Deo charius commendantur, loci consideratione commonitiviuentes, eisdem frequentioribus orationibus auxilientur: piusque dilectionis affectum erga defunctos amicos hoc argumento viuentes patefaciant. Impij ergo ac conselerati sunt Caluiniani, qui his superioribus viginti annis, per nostras Gallias, non tantum ad memorias Martyrum & Apostolorum sepelienda corpora catholicorum prohibuerunt: sed & ubique illis per vim ac tyrannidem licuit, ipsas basilicas vel flaminis consumperunt, vel funditus euerterunt, & ipsa Martyrum ossa e sepulcris & thecis eruta, turpissimo cuique ludibrio exposuerunt. Sed ad Rutham reuertor. Dum percontationibus ac tentationibus socrus suæ fecit satis, subiecit.

Hec mihi faciat Deus, & hac addat, si non sola mors me & te separauerit.

Solenni, sacrōque iure iurando cōuersionis sua fidem claudit, atque confirmat non fictam esse animi sui sententiam. Vult itaque Constantia meæ nulla te moueat dubitatio, charissima socrus, nec suspiceris pati quo fratria affectu, muliebri, id est, leui ac inconstanti me dixisse: Pro-felyta ero. Accipe indubitate propositi mei stipulationē. *Hec mihi faciat IEHOVA, & hac addat, &c.* Id est, eius maiestatem testor, qui omnia creavit,

Q. iiiij

COMMENT. IN LIB. D. RYTH

qui vivit in secula seculorū, qui speculator & iudicat omnia, quīque potest corpus & animā mittere in gehennam, me ex animo loqui. Nunquam sit mihi propitius: sed omni severitate plectat me peccatricem, si vñquam à te, loco, mōribus, religione defecero.

Obseruandum quod non iurat per falsos deos gentiū, sed per verum ac viuentem, id quoq; forma inter Hebræos vulgarā & cōmuni. Nam pari forma Saulem, Ionathan, Dauidem, Abnerum, Solomonem, ac plurimos alios iurasse legimus. Non exprimit quidem formula illa, quæ sibi im-

I. Reg. 14. &
20.
2. Reg. 3.
3. Reg. 2.

Lib. 2. in
Ierem.

Eccl. 23.

Homil. 9. in
Acta.

precarentur mala, si fidem non seruassent: sed grauissima fuisse satis subintelliguntur. Docet interea non nisi magna prudentia vtendum esse iureu-rando. Nunquam enim assūmetur impunè no-men Dei sacram. Cauendum ne vñquam lingua mentem præcurrat. Secum quilibet meditetur: Lingua, quò vadis? Iuramentis quoque non as-fuescendum hoc exemplo doceatur. Iuriuran-dum ait Hieronymus, hos habeat comites, ve-ritatem, iudicium, atque iustitiam: quæ si defuer-int, periurium est. Hinc Sapientis consilium: Iu-ramento non assūscat os tuum. Et comminatio: Vir multum iurans replebitur iniquitate, & no-n discedet à domo eius plaga. Chrysostomus leui-ter iurantes è sua ecclesia olim expellebat, & cō-munione interdicebat. Vtinam, iterum autem vtinam, id quoque efficerent ecclesiæ pasto-res. Non tam indignè, non tam frequenter pa-simque Christi corpus, caput, sanguis, mors, vir-tus, cæteraque redēptionis nostræ organa &

mysteria, à vilissimis quibusque nebulonibus in
vanum usurparentur.

Deinde, cùm iuramentis Deum in testem, iudicem, ac vindicem inuocemus, certum est ipsiurandum ad Dei veri cultum pertinere, modo in iudicio fiat & veritate. Rutha itaque per eum animi fidem confirmans, ostendit se eumdem verè non sicut colere ac timere. Lege enim cautum fuerat,
Dant. 4. 20.
 Per nomen Dei tui iurabis. Iurabis per nomen illius. Et rursum: Per nomen deorum externorum nō iurabitis. Iurabat impia & fornicatrix Iesabel,
Exod. 23. 10.
3. Reg. 19.
 Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, &c. sed non ita Ruth piissima. Conqueritur Dominus de apostatis Israëlitarum: Iurant in his qui non sunt dij.
Ierem. 5.

Præterea, certissimum æternæ prædestinationis indicium in Rutha obseruandum est, nimirum eius constantissimam perseverantiam in disciplina, timore, & cultu Domini. Poslunt reprobis ad tempus credere, inuocare, timere, amare, sed in his virtutibus non persistunt ad finem usque. Saulus, Absalon, Achitophel, Ieroboam, Iudas aliquando circumcisio signaculo insigniti, aliquando in sorte in populi Dei cooptati fuerūt: sed ante mortem retrò abeūtes post Satanam, cum eodem perierunt. Non incepisse, sed perfecisse virtutis est.
1. Tim. 5.
 Iis tantum salutem pollicetur Christus, qui perseuerauerint usque in fine. Veros ac synceros discipulos suos esse pronunciat eos dūtaxat, qui māserint in sermone suo. Ioānes Christi delitiae, euincit apostatas & desertores non verè esse ex numero piorum, eo quod ex illo exeat. Si essent ex nobis inquit, mansissent utique nobiscum. Et
Matth. 10.
2. Cor. 24.
10. 8.
1. Joh. 2.
Apoc. 2.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH
Smyrnensem Episcopum hortatur, Esto fidelis usque ad mortem, &c.

Hanc verò perpetuam perseverantiam Ruth ac consimilium, singulare ac eximiū diuini Spiritus donum esse, multis & rationibus & scripturæ testimoniis probat Augustinus, toto libro de bono perseverantiae. Christus namque dixit Petro. Rogauit pro te ut non deficiat fides tua. Illius itaque fidei constantia Christi precibus accepta ferenda est. Quū Paulus scribit, Confido quoniam qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usq; in diē Christi Iesu; quid aliud quam perseveratiā in bono usq; in finē, de dei miseratione promittit? Idē multos à pernicioſa elatione reprimit, quando ait: Qui videtur stare, videat ne cadat. Voluntate sua cadit, qui cadit: & voluntate Dei stat, qui stat. Et libro de corrept. & gratia, scribit: Nec de perseverantia boni voluit Deus sanctos in virtibus suis, sed in ipso gloriari: quia operatur in eis velle & perficere. Rectè igitur ac pie definiuit Concilium Tridentinum, Si quis magnum illud usque in finem perseverantiae donum se certò habiturū absoluta & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc speciali reuelatione didicerit, Anathema sit. Oremus igitur ut nobis detur.

18. *Videns ergo Noëmi quod obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere, aduersari noluit, nec ultra ad suos redditum persuadere.*

Perspectam satis ac exploratam Noëmi habēs nurus suæ cōstantiam, nullāisque iudicans falsæ religionis reliquias in eius animo amplius superesse, desit eam ulterius tētare, ne Spiritus fan-

Loc. 22.

Philip. 2.

1. Cor. 10.

Cap. 22.

Philip. 2.

Sep. 6. cap. 16.

Eti inspirationi resisteret, proximæque salutē impedit. *Videns*, ait Samuël, *quod obstinato*, id est, cōstati, fixo, ac stabili *animo*, *decreuisset secum pergere*, &c. Gaudet pia matrona de conuersione gentilis ac peccatricis, eam recipit, secumque dicit in terram sanctam, ubi Dei cultus & vera religio vigebat.

Hoc autē exemplo discamus illorum desideria & conatus, qui ab hæresibus vel aliis peccatis serio resipiscunt adiuuare ac promouere. His enim Deus nō solū relinquit, sed & offert, confertque pœnitentiæ locū ac beneficiū. Totius orbis Christiani suffragiis iustè dānata & explosa fuit Nouati sententia, qua lapsos ad pœnitentiā admittendos negabat. Crudelior illis latronibus, qui semiuiuentem hominem à se spoliatum & vulneratum reliquerant: quoniā lapsos pœnititus interficiēs, in desperationē adigebat. In Dei cultu, timore, & obedientia turpissimè lapsi sunt aliquando Adā, Eua, Aarō, Dauid, Ionas, Ezeclias, Achab, Manasses, totus deniq; populus Hebrœorū: qui resipiscētes, veniam locū inuenerūt. Noë imminēte diluvio: Isaias & Ieremias instāte captiuitate Babylonica, captiuis quoq; in eadē Babylone Iudæis, passimq; ad impios cultus deficiētibus: Ezechiel, Daniel, Ananias cum sociis, Elsdras & alij aliquot, nunquā non impij consilij mutationē ac pœnitentiā, cum certa spe veniā à Deo cōsequendā prædicauerūt. Clarissimæ, certissimæq; sunt istæ diuinæ promissiones, Si pœnitentiam egerit gens à malo suo, agam & ego pœnitentiā super malo, quod cogitauī, vt facerem ei. Item, In quacunque hora ingemuerit

Cyprianus
lib. ad No-
uat.
Euseb. lib. 6.
hist. cap 33.

Luc. 10.

Ierem. 18.
Ezech. 18.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

lſa. 1.

peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et, Si rubra fuerint peccata vestra ut cocinum, super niuem dealbabuntur. Nullum delictorum discriminem, nullam temporis cōditionem circumscribit. In nouo testamento Zacharias, Petrus, Thomas, Paulus, Iudæorum pars à religione aberrantes, per pœnitentiam emendantur & salvantur. Christus omnes laborantes & onere peccatorum grauatos ad se vocans, Matthæi, Zachæi, Magdalenæ, Nicodemi, latronis pia desideria pœuenit, & excipit. Quorsum, amabo te, sese cōparat cum pastore ouem querente, muliere drachmam inuestigante, atque clementissimo patre filium à perditione redeuntem amplexatæ ac exosculante, si ad meliorem vitæ frugem reuertentes non admitteret? Crudeles ac immites istos pœnitentiæ hostes etiam atque etiam rogamus, ab omni Ecclesiæ Catholicaæ cōmunione faceant. Sinant maiorem humani generis portionem vim inferre regno cœlorum, illudque rappere. Permittant aliquid diuinæ misericordiæ, dent nostræ fragilitati, cedant humanitati, tribuant resipiscientię. Alias (vt rectè ac piè dixit dixit ad Acesium Constantinus) scalas arripiant, & ipsi soli in cœlos ascendant si possunt & valeant.

Matth. II.
Luc. 16.
Casiod. hist.
tripart.

19. Profectæ itaque sunt simul, & venerunt in Bethlehem. Quibus urbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebuit. Dicebantque mulieres: Hæc est illa Noëmi.

Socrus veluti matris suæ omnium itinerum, laborum, periculorumque sociam & comitę

se præbet Rutha, donec Beth-lehem perueniat. Ab illa non recessit nec ad dexteram nec ad sinistram. Ac verisimile est iuniorem seniori inseruisse atque ministrasse: quin & itineris molestias sua uibus, piisque colloquiis leniisse ac depulisse. Est enim iuniorum maiores natu vereti, horum consilio & authoritate niti, eosque tanquam superiores colere. Legibus suis sanciuit diuinus Plato: Quilibet seniorem & re & verbo colat. Si viginti annis maior, & vir fuerit, quasi patrem: aut matrem, si mulier, reuereatur.

Dialog. 9.

Duas mulierculas animis attentis admirantes excipiunt Beth-lehemitæ. Eisdem spectatum conueniunt omnes, obstupefunt, commouentur, & varios de illis miscent sermones. Inde apparet nō vulgatem, plebeiam, aut obscuram antea fœminā Noëmi extitisse: sed nobilem, diuitem, & eximiè nominatam in populo suo. Non enim solent comoueri ciuitates ad aduentū pauperum & obscurorum. Commotæ sunt omnes copiæ Palæstinarum, cum sacra arca in castra Israëlitarum adducta fuit. Dixeruntque, Ve nobis. *Quis liberabit nos de manu Deorum fortium istorum?* In aduentu Magorum, turbatus est Herodes, & omnis Hierosyma cum illo. Christo quoque asinæ insidente, ac cum incredibili omniū piorum applausu Hierosolymam ingredientे, commota est (*inquit Matth.*) vniuersa ciuitas, dicens: *Quis est hic?* Ut tunc, sic nunc ancipitis pugnat sententia vulgi.

1. Reg. 4.

Matth. 2.

Matth. 21.

Dicebant enim Beth-lehemitæ. Hæc est illa Noëmi? Hebræi siquidem volunt interrogationē

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

esse, irridentium atque insultatium turbarū. Quā si dixissent. Hęccine est illa, quæ quondam vēcta curru, ornata diuitiis, vestibus decora, auro & argēto diues, marito celebri, filiis ingenuis, hinc recessit? Vbi nunc forma illa non vulgaris, vultus affluēs omni venustate & suavitate: quorum etiam nomine gaudebat? En omnium miseritima & infelicitissima reuertitur. Iam marito, liberisque orbata, pedes, pannosa, lacera veste, canis pillis, rugis arata fronte, squalida, deformis, à Deo percussa & humiliata redit! Quæ abierat ne importunis pauperum clamoribus vexaretur, pauperrima domū repetit. Vah, quid ea nunc magis ærumnosum & calamitosum?

Peccabant verò grauissimè istiusmodi irrisores, & in Deum, & in proximum. Prohibet enim tum lex diuina, tum humanarum rerum vicissitudo ac instabilitas, quam tumuis iustè ac pro sceleribus afflictis & miseris insultare: sed vult potius bene valentes his compati, condolere ac misereri. Omnibus nobis innatum est vehementer commoueri, affligi, & perturbari, cùm in afflictionibus constituti irridemur, ac sarcasmis, id est, iocis amarulentis, hostilibusve insultationibus prouocamur. Mordet namque aduersum omne, tametsi ratione illud bonaque mente dicatur. Sic enim comparatum est, vt cum calamitosi hominis erratum reprehenditur, miseria illi potius videatur exprobriari, quām culpa: quo fit vt ei liberius patet facta veritas non tam monendi, quām obiciēdæ infelicitatis causa explicata putetur. Nam vt mel natura suave quidem, ulceribus tamen salubriter ad-

motum acerbos dolores concitat, ita & infelice
aduersi sermones vel si salutares sunt, mordent ta-
men, nisi prudenter admodum, & cum aliqua mi-
sericordia proferantur.

Honesti, nobiles, fortes, ac maximi animi præ-
fertim irrisiones tam grauiter ferunt, vt mors sit
illis longè tollerabilior. Samson maluit scipsum *Judic.16.*
cum hostibus certissima ruina opprimere, quām
eorum diutius pati conuitia. Saul maluit scipsum
occidere, quām in manus Palæstinorum infidelium
incidere. Canunt gentilium historiæ mortes Ca-
tonis, Bruti, Hannibal, &c. Grauiter conquerti-
tur Iob cūm à parentibus, vxore ac famulis in suis
afflictionib⁹ irritetur. Deridet me iuniores tépo- *Iob 3. & 30.*
re, quorum patres non dignabar ponere cum *Iob 19.*
canibus gregis mei. Halitum quoq; meū ex-
horrait vxor mea. Pereat dies in qua natus sum, *Thob.3.*
&c. Thobias ingemuit, & morte deprecatus est,
quando insultauit illi vxor. David domo à filio
pulsus, & à Semeli irrisus, cum lacrymis exclamat
& precatur: Dilatauerunt super os suum, dixe- *Psal.34.*
runt, euge, euge, viderunt oculi nostri. Vidisti do-
mine, ne fileas, ne raceas, ne discedas à me. Im-
precatur etiam illis dirissima scribens: In me- *Psal.102.*
moriam redeat iniquitas patrium eius in conspe-
& tu Domini, oratio eius fiat in peccatū, cū iudica-
tur exeat cōdénatus, &c. pro eo quod nō fecit mi-
sericordiā: sed persequutus est hominē inopem &
mēdicū. Pōtificū, seniorū, adstatiūm q; morti suę
insultationes adeo graui animo tulit Christus, vt
de his apud patrē grauiter conquestus ita sit. Ego
opprobriū hominum, & abiectione plebis. Omnes

Psal. 21.

COMMENT. IN LIB. D. RVT
videntes me, deriserunt me, loqui sunt labiis &
mouerunt caput. Atque hæc iuxta mentem He-
bræorum.

Latini depræssè & absolutè legunt, *Hæc est illa
Noëmi. Ut sit vox vicinorum ac piorum, congra-
tulatiū illius reditui. Quasi dixissent. Fœlix, fau-
stusque sit ad nos reditus tuus charissima, tēdebat
totam viciniā tam duræ ac longæ peregrinatio-
nis tuæ. O quām vellemus te nunquam à nobis
recessisse! Obierunt quidem maritus tutis & libe-
ri, sed grato animo ferendum tibi est diuinum iu-
diciū. Ne despondeas animū optamus, sicut
Domino placuit, ita factum est, sit eius nomen
benedictum. Cæterū, tu domum benē reuene-
ris: reuersione tua vniuersi lātamur amici ac pa-
rentes.*

Ecccl. 7.

*Math. 7.
Math. 18.*

*Rom. 12.
1. Cor. 10.*

Hinc verò liquet, quantum bonum sit, vel ali-
quando operam virtuti dedisse: quando istud &
bonum nomen, & sui desiderium apud piosma-
ximum conciliet. Melius est nomen bonū quām
diuitiæ multæ, & vnguenta præciōsa. Hoc enim
amicos etiam acquirit, qui tempore vtiles sunt,
&c. Horum quoque exemplo discamus compati-
miseris & afflictis, siquidem Deum velimus habe-
re nostri misericordem. Qua mensura inquit, mē-
si fueritis, remetietur & vobis. Et ad seruum cru-
delem ac barbarum, Nōnne oportuit & te mise-
rei conseruo tuo, sicut ego tui misertus sum? Si
patitur vnum membrum, compatiuntur cætera.
Nos autem omnes vnum corpus sumus in Chri-
sto, alter alterius membrum.

Facilè verò compones duas istas in specie pu-
gnantes

gnantes sententias, si diuersorum hominum diuersa studia, & longè dissimiles affectus consideraueris. Qui oderant, insultabant, de hisque loquuntur Hebræi. Qui verò amabant, compatiabantur & congratulabantur. Simile quid etiam Christo contigisse censuerunt patres, quando eo Hierosolymam intrante, commoti ciues & adueniæ dicebāt, *Quis est hic? Populus bellua est multorum capitum.* Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Mobile sic sequitur fortunæ lumen vulgus. Vulgus ait Plato ingratus est, mōrosus, *In Axiochō:* crudelis, inuidus, immodestus, ut qui sit ex colluie turbæ, & stultis insolentibus collectus. Sed quid ad hæc Noëmi?

20. *Quibus ait, Ne vocetis me Noëmi, id est, pulchrā: sed vocate Mara, hoc est amaram: quia amaritudine valde repleuit me omnipotens.*

21. *Egressa sum plena, & vacuam me reduxit. Cur igitur vocatis me Noëmi, quam humiliauit & affixit omnipotens?*

Occurrat prudens mulier vel insultantium irfisionibus, vel congratulantium læticæ: ut hac suarum angustiarum & miseriarum narratio, ne illi desinant, isti exultationem moderentur. Nā musica luctui minus conuenit. Dicit itaque. Universa ô boni, nūc mihi verè calamitosa & luctuosa sunt. Nam adeò grauiter afflcta sum senio, paupertate, pudore, mariti ac liberorum orbitate, ut omnia mihi olim iucundissima & chariffl-

R

COMMENT. IN LIB. D. RVT

ma, nunc exosa sint & tristia. Etiam ipsius nominis mei me pudet. Quondam à præstanti forma, & suauissimis moribus, NOBIS, id est, amœna, iucunda & venusta dicebar: nunc propter animi mœtorem, acerbitatem casuum, & amaritudinem cordis, digna sum M A R A, id est, amara vocari. Pudet honorificis & ambitiosis titulis honorati: pigētque muliebriter gloriari de ornatu & pulcritudine. Mihi infœlicissimæ vetulæ ac misera viduæ tantum superest, peccata agnoscere ac deflere, veniāmque & misericordiā à Domino postulare. Deum tot miseriarum iustissimum authorem fateor, & adoro: non cæcam aliquam fortunam. In illum nunquam obmurrurabo, nunquam desperatione frangar: quoniam ut meritò me castigat, sic poterit, cùm volet, aduersa in prospera commutare. Ille est I E H O V A & SCHADAI, Deus viuens, & omnium bonorum copia affluens: quos deiecit extollere, & quos ad extremam inopiam redigit, opulètissimos reddere potest. Vulnerat suos ut sanet, occidit ut viuiscet, deprimit ut extollat: ideoque nominis ac numinis eius recordatione animum meum vt cunque semper recreabo & sustentabo.

Docet autem suo exemplo, animum diligenter exercendum esse in meditatione & agnitione propriarum miseriarum, ut hac consideratione furentes ac violentos carnis lasciuientis & insaniens impetus reprimamus, & nos in humilitate & modestia contineamus. Ideo Clemens Alex. omnium disciplinarum maximam & pulcherrimam

Lib. 3. pedag.
v. 1.

iure existimat esse, sui ipsius noticiam . Plato non
vno tantū loco scribit , Amphyctiones pro fori-
bus templi Delphici inscriptionem hanc curasse ^{In Alcibi. in}
apponi : Nosce te ipsum, veluti sumo Deo dignis-^{philebo: in}
simam sententiam . Item, Se ipsum ignorare, esse ^{Charmide: in}
desipere: & econtrario, Se ipsum nosce, sapere: id-^{Timeo: in Al-}
que solius prudentiae opus esse . His concinnè
allusit Poëta :

E cælo descendit, τυραννος οεωτὸν, ^{Iuuen. Sat.}
Figendum, & memori tractandum peccore, siue ^{II.}
Coniugium queras, vel sacri in parte senatus
Esse velis. --

Ex hac disciplina hausit Abraham se esse cine- ^{Gen. 18.}
rem ac puluerem: Iob, putredinis filium , fratrem ^{Iob 17.}
& escam vermium: Dauid, canem mortuum , & ^{I. Reg. 24.}
pulicem unum: dies suos ut umbra declinare, sequi;
instar fœni arescere. Suæ quippe imbecillitatis ac
infirmitatis conscientia, sibi vilescebant, & Deo fonti
omnium bonorum gloriam tribuebant. Quanta
posset voce Isaías iussus est contendere, ut hoc v-
niuersum genus hominum exaudiret: Omnis ca- ^{Isa. 40.}
ro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœ-
ni. Diuitiae, voluptates, honores, & quæcunque ^{Sap. §. 1.}
mortalibus charissima sunt, in sacris literis cum
umbra, cum nuncio præcurrente, cum naui fluente
ante, cum aue transvolante, cum arcu emissa sa-
gitta comparantur . Quid his magis lubricum
ac inconstans?

Discimus quoque nunquam gloriandum ob-
egregiam formam , nec propter opes super-
biendum: quādoquidem hæc multorum malorū

COMMENT. IN LIB. D. RVT

Lib. de cultu Fæm. sint irritamenta, & citissimè pereant. Debet scribit Tertullianus, non est quidem accusandus ut fœlicitas corporis, ut diuinæ plasticæ accessio, ut animæ aliqua vestis urbana: timendus tamen est vel propter iniuriam & violentiam spectatorum,

Gen. 12. § 20. quæ etiam pater fidei Abraham in uxoris suæ specie pertimuit, & sororem mentitus Saram, salutē contumelia redemit. Susannæ, Dinæ, Beth-sabæa pulcritudo iudicibus, Sichimitis, ac vniuerso Israëli exitiosa fuit. Consulat pius lector hac de re Clementem Alexandrinum lib. 3. Pædagogi cap. 2: & lib. 2. Stromaton. Tantum hos Nasonis te.

Forma bonum fragile est. quam tuncumque accedit ad annos,

Fit minor: & spatio carpitur ipsa suo.

Nec semper violæ, nec semper lilia florent,

Et riget amissa spina selecta rosa.

Et tibi iam venient cani, Formose, capilli:

Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.

Præterea, conspicimus seruos Dei vbi cumque fuerint, variis ærumnis ac incōmoditatibus subiacere. Expedit autem eos hac cruce exerceri, ut discant terrena seriò despicer, & cœlestem vitam meditari. Noëmi grauissima inter Moabitæ passa est, rediens ad suos, sannis excipitur. Christo cruci affixo compatiendum, ac de calice eiusdem potandum est his, qui cum illo regnare voluerint. Suadere conatur diabolus, Deū nos odio habere, cùm ærumnis premit: sed reuersa summæ dilectionis argumentum est. Quos

amo, inquit, castigo & arguo. Tanquam aurum in
fornace probat electos suos. Corripit ne cū hoc
mundo damnentur. Magnæ iræ indicium existi-
mat Hieronymus, cùm peccatis nobis nō itaſ-
citur Deus.

*Apoc.3.**Sap.3.**Eccl.27.**1.Cor.11.**Epist.ad Ca-**stratum.*

Sed quo animo prædicta fuit Noëmi sub hac
cruce? Potuisset alia muliebri impotentia, occur-
santium turbarum leuitatem arguere, ac dicere.
Quæ est hæc vestra impudentia? quid sibi vult
hæc concursatio? Nunquam vidistis muliercu-
las pauperes & afflictas? Nihil habetis domi
quid agatis? Gaudetis alienis malis? Hæc cer-
ta signa sunt vobis inesse stolidæ præcordia men-
tis. Verùm, prudens matrona nihil asperè re-
spondet, nihil contumeliosum vel in Deum, vel
in homines effutit. Confitetur res suas malo lo-
co positas esse. Illusoribus placide concedit, vt
pro Noëmi, id est pulcra & suauia, Maram, id est,
amaram vocitent, si lubet. Has verò angustias
tam forti ac præsenti animo tulit, eò quod à Deo
optimo & maximo iuste immissas esse constanti
fide sibi persuaderet. Amaritudine, inquit, reple-
uit me omnipotens. Humiliauit & afflixit me omnipotēs.
Non accusat matiti auaritiam, non Moabitarum
barbariem, non liberos, non cœlum, non astra, nō
fortunam, non denique diabolum. Sed omni hu-
militate agnoscit omnipotentis manū, qui nemini
facit iniuriam. Qui iustus est in omnibus viis
suis, & sanctus in omnibus operib⁹ suis. Qui mor-
tificat & iuificat. Sic Dauid graui morbo affli-
ctus dicebat: Obmutui & nō aperui os meū, quo-

*Psal.144.**1.Reg.2.**Deut.32.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Psal. 38.

Cap. 7.

niam tu fecisti. Et Michæas: Iram Domini portabo, quia peccavi ei. Agnoscamus & nos in afflictionibus diuinam manū nos iustè pro peccatis nostris castigātem: nec anxiè cogitemus, quibus vel hominum, vel diabolorum flagellis tanquam organis, & seueritatis suæ tortoribus vtatur. Ad processus sedulas & feruentes cum prophetis, apostolis, & patribus configiamus.

22. *Venit ergo Noëmi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis sua, ac reuersa est in Bethlehem, quando primum hordea metebantur.*

Tempus reditus Noëmi tam studiosè diligenterque obseruatur, tum ad maiorem fidem historiæ, tum ad præparationem eorum quæ sequuntur de spicilegio Ruthæ. Pertinet quoque tam accurata temporis notatio ad allegoriam, vi suo loco dicetur. Venerunt inquit Chaldæus paraph. in principio diei paschatis, quando incipiebant metere manipulos primitiarum, qui erant hordeacei. Illo autem veris tempore omnia latiora & iucundiora videbâtur: & terra veluti tributo hominibus persoluto, vi etiæ necessaria affatim supeditabat: ideo pauperculis viduis, & peregrinis facilius ac vberius vitae necessaria colligere licebat. Lex enim præcipiebat spicas casu prætermisas illis esse relinquendas. Ad quid autem expectasset, donec omnia in horrea collecta essent? Omnia, inquit Sapiens, tempus habent. Tempus seminandi, metendi, & congre-

Ezeiit. 28.

Eccl. 3.

gandi in horrea. Pigrum ad formicam ablegat *Prov. 6.*
 diuinus Spiritus, quæ congregat in æstate, ex quibus
 kyeme viuat. Virtus est, vbi occasio admo-
 net, desplicere. Occasionem fingit Ausonius, ro-
 tulæ insistere, ac nullo posse stare loco. Dein-
 de talaria ob pernicem volatum habere. Cri-
 ne faciem tegere, ne dignoscatur, & initio capi
 valeat: occipiti verò caluam esse, ne dilapsa te-
 neatur. Comitem postremò illi facit Metanæam
 id est, pœnitentiam. Hinc Cato: Fronte ca-
 pillata, post hæc occasio calua. A tempo-
 ris occasione hortatur Paulus, bonum face-
 re ad omnes, maximè autem ad domesticos
 fidei. *Epigram.*

Gal. 6.

Obseruandum Noëmi secum Rutham, a-
 lias ethnicam & infidelem adduxisse: quasi
 pro marito & filiis quos inter profanos Mo-
 abitas amiserat. Illos non valens Synagogæ
 restituere, hanc ut ouem à perditione feru-
 tam offert. Sic nos decet vitam instituere,
 vt si quosdam verbo aut exemplo perdideri-
 mus, alios maiore studio Christo lucrati nita-
 mur. Paulus ad Christum conuersus, longè
 diligentius eidem plurimos lucrifacere studuit,
 quam auersus perdere conatus fuerat. Quot ob-
 fecro te, pro vno Stephano à se neci dato, Christo
 acquisiuit? Feruentius multò Petrus post lapsum
 & negationē adhæsit Domino, Thomas, Magda-
 lena, Zachæus peccatis præcedentibus cautio-
 res euaserunt. Augustinus prius Manichæus,
 eosdem postremò vehementius expugnauit.

R. iij

COM MENT. IN LIB. D. RVTH

*Lib de pre-
script.*

Hac lege inquit Tertullianus, Marcioni datum est recipi in Ecclesia, si quos perdidisset, restitueret. Huiusmodi leges his constitui debent præser-tim, qui falsis opinionibus, ac renouatis veterum hæreticorum erroribus, simplices decipiunt, & tanquam fures ab ouili Christi abripiunt.

*Mystica & spiritualis totius primi capitil
explicatio.*

I.Cer.10.

*Lib. de Re-
surr.carnis.
Lib.contr.
Faust.*

*Gal.4.
Gen.22.*

Math.11.

QUAM vniuersa patrum veteris testamenti scripta, dicta, gestaque, auctore Apostolo, figuræ & adumbrationes fuerint, mandata literis ad correptionem nostram, certum est historiam Ruthæ noui testameti mysteria significasse, & veram prophetiæ extitisse rerū sub Messia futurā. Nā vt Tertullianus acutè vidit, sicut vocibus, ita & rebus prophetatum est. Et Augustinus scribit: non tātum lingua, sed & vita prisorum propheticā fuit. Ergo quemadmodū Abrahæ duæ vxores & filij, Isaac animo cōceptū sacrificiū; Israēlis ex captiuitate Ægyptiaca stupēda liberatio; māna cibus, aqua de petra, agnus paschatis; dauid, & Solomonis regnum; Ionæ fuga, demersio, degluti-tio, liberatio, prædicatio, historiæ verae quidem certæque extiterunt; & tamen vaticinia, præsa-giāque rerum Euangelicarum: codem modo de huius historiæ rebus gestis iudicandum. Hæc nos strīctim breuitérque attingemus. Qui ampliora desiderauerint, Bedæ, Rabbani, Isidori, Lyrani, Hugonis Carthusiani, Fontani, atque aliorum commentaria consulant.

1. Dura & longa famæ, quæ decennio, Iudicū temporibus, Israëlem graniter diuexauit, eam significabat cœlestis doctrinæ ac gratiæ penuriam, qua vniuersus orbis ante aduentum Christi labrauit. Tum enim vbiique Satanæ impotenti tyranide grassabatur per horribilem veri Dei ignorantem, & execrabilis idololatrias. Apostolus vocat tempora ignorantia & cœcitatibus. Erant vniuersæ gentes sine lege, sine testaméto, sine Deo. *Aet. 17. Eph. 2.* Hic pro Deo, truci minitans false Saturnus, illic Iuppiter fallacissimus corniger, isthic Mars homicida, aut omnium latrociniorum artifex Mercurius colebatur. Hoc loco Laidi & Veneri procacissimis meretricibus; illo, Vulcano, Proserpinae, aliisque infernalibus vmbbris, monstribus, ac furiis; isto autem, soli, lunæ, ac vniuersæ militiae cœli sacra faciebant. Imò vt verius dicam, tot colebant dæmonia, quot idola: quandoquidem omnes Dij gétium dæmonia. In Iudea quidem legis ac prophetarum de uno Deo voces personabant, sed rari erant qui easdem satis accuratè docerent, & spiritualiter intelligerent. Secta plurimæ synagogam miserè dissipabant, vt Samaritanorum, *Egesippus.* Ioseph., Essenorum, Gorthenorum, Dositheanorum, *Epiphanius.* Heodianorum, Ossenorum, Hemerobaptistarum, Sadducæorum, quæ prauis opinionibus magnam populi partem corrumpebant. Scribæ & Pharisæi doctorum sanior pars, sua hypocrisi, auaritia, ambitione, crudelitate, ac superstitionis falsisque traditionibus reliquam labefactabant. Tantum abfuit vt principes sacerdotum, & seniores populis Christum sibi exhibitum exciperent, vel audiret:

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Luc. 5.

vt populum ab eius concionibus ac cultu vnuer-
sis viribus auerterint. Quin imò etiam Ioannis
discipuli Christo inuidentes, eum cū Pharisæis a-
liquādo sunt adorti. Et vt testatur Clemēs Rom.

*Lib. 1. Reco-
gnit.*

Ioannem Baptistam præceptorē suum Messiam
esse, non Iesum Nazarenū, prædicauerūt. Proh
pudor! Nec ipsi fratres Iesu, id est, consanguinei

Ie. 7.

ac parentes credebant in eum. Incredibilis itaque
verbi Dei erat penuria, dira egestas fidei ac reli-
gionis, & omnium bonorum spiritualium crude-
lissima fames in terra. Dudum Deus comminatus
fuerat: Mittam famem in terram, non panis & vi-

Amos 8.

ni: sed audiendi verbum Dei. Agamus Christiani
Domino Deo nostro gratias, qui ethnicas super-
stitiones, & Iudaicas umbras dispulit, vt nobis
illucescat, per saluberrimum Christi aduētum, A-
postolorum prædicationem, & fidem Martyrum
pro veritate morientium, &c.

*August. lib.**4. de ciuit.**Dei, cap. 30.*

2. Elimelech, qui Hebræis idem est, ac Deus
meus rex, natus in Beth-lehem Iudæ, vir ditissi-
mus, Christum verè Deum nostrum, patri con-
substantialem, ac totius mundi regem & iudi-
cem, designat. A prophetis namque vocatur Im-
manu-el, id est, nobiscum Deus: itēmque, Deus

Isa. 7. & 9.

fortis: &, I E H O V A iustitia nostra. Eius egre-
sus, ait Michaës, à diebus æternitatis: quibus per-

*Hierom. 23.**Michæs. 5.*

spicue docuit Messiam futurum verum & æter-
num Deum. Hunc Ioannes appellat Verbū Deū,

To. 1.

qui in principio erat apud Deū patrem: Thomas,
Dominum suum, & Deum suū: Paulus, Deum be-

To. 20.

neditum in secula, obstrepen licet Ebionitæ, A-

Rom. 9.

riani, & consimiles tenebriones.

Necesse verò fuit hominum Saluatorem natura
 Deum esse, primò vt iræ ac vindictæ diuinæ cōtra genus nostrum peccato omniū maximo suc-
 censæ occureret, ac eā placaret: quod pura creatu-
 ra ex constituta lege, præstare non poterat. Hinc
 vates: Deus ipse veniet, & saluabit nos. Et Domi-
 nus ipse: Seruire me fecisti in peccatis tuis. Dein-
 de, nullus hominū, sed neque angelorū potuisset
 peccata totius mudi delere, omnibus aliis à se iu-
 stitiā, ac gloriā æternā promereri, Spiritū sanctū,
 & miraculorū potestatē conferre, ex mortuis re-
 uocatos, immortales & gloriosos patri offerre,
 diabulos, infernāque superare ac spoliare. Ideo
 huic operi perficiūdo filiū dei oportuit destinari.
 Illis nāq; cōminatus fuerat, Ero mors tua ô mors,
 morsus tuus ero inferne. Et alibi: Eos qui iudica-
 uerūt te, ego iudicabo: & filios tuos ego saluabo.
 Sciet omnis caro, quia ego Dominus saluās te, &
 redéptor tuus fortis Iacob. Discipulus quoq; quē
 diligebat Iesus, scribit, in hoc filiū Dei apparuisse,
 vt dissolueret opera diaboli. Et Petrus, impossibili-
 le fuisse eū teneri à morte. Solus erat qui fortem
 armatum atrio depellere, armis extere, aceius-
 dem spolia aliis distribuere valeret. Deo itaque
 gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum
 Christum Dominum nostrum. Ad hæc, absoluta
 perfectaque hominum reconciliatio, postulabat
 absolutissimam perfæctissimamque obediētiā,
 ac integerrimam totius voluntatis atque le-
 gis diuinæ adimpletionem. Eam verò propter
 innatam omnium viriū humanarum depravatio-
 nē ac corruptionē, nullus satis dignè præstiterat.

*Causa ob
q'us oportuit
Mefistim esse
Deum.*

Isa. 33. & 43.

Ose. 13.

Isa. 49.

I. Io. 3.

Act. 2.

Luc. 11.

t. Cor. 15.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Act. 15.

Neque nos, neque patres nostri, inquiunt Apostoli, legis iugum portare potuimus. Et vas electionis: Quod volo bonum, hoc non ago: sed quod odi malum, illud facio. Hinc istae Spiritus sancti voces in scripturis: Caro concupiscit aduersus spiritum. Si secundum carnem vixeritis, morienni. Caro infirma. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Prauum est cor hominis. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia. Oportuit itaque Dei coeterum & coequalem filium totius salutis ac redemptionis nostrae authorem esse, qui toti legi iuxta summum Dei iudicium ac praescriptum integrim satis faceret, omnemque requisitam, debitam & possibilem obedientiam Deo reddebet. In capite libri ait, ad patrem, scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam. Et iterum. Holocausta pro peccato noluisti, tunc dixi: Ecce venio ut faciam voluntatem tuam Deus. Et in euangelio palam profitetur se venisse in mundum, non ut faceret voluntatem suam, sed patris qui miserat. Suumque cibum esse, ut voluntati patris omnino morem gereret. Præterea, ex filiis iæ ac gehennæ, vera, certaque adoptione nos filios ac hæredes Dei efficere nullus potuisset, præter vicum & naturalem Dei filium. Hoc autem veri Messiae officium ac opus erat. Quomodo id angelii aliis præstitissent, quibus sanguine agni opus fuit, ut tentatione cacodæmonon superiores eauderent? Aut patres, qui & ipsi in iniquitatibus concepti fuerant, & nati in peccatis? Solus itaque typicus noster Elimlech Christus, verus Dc^o,

*Rom. 7.**Gal. 5.**Rom. 8.**Matth. 26.**I. Cor. 15.**Ierem. 17.**Gen. 8.**Ps. 39.**Io. 6.**Zo. 4.**Apoc. 12.**Ps. 50.*

dedit nobis potestatem filios Dei fieri. Solus tan-
tam charitatem dedit, ut filii Dei nominemur, &
simus. Solus effecit, ut adoptione ius filiorum Dei
acciperemus. Solus contulit, ut pater suus, noster
quoque & pater, & Dominus, & Deus esset. *Quis*
ad hanc tantam Dei charitatem ac bonitatem, qua
proprio filio suo non pepercit, non assurgere?
Quis ob istiusmodi summam miserationis opus er-
ga nos miserrimos homines, & terrae vermicu-
los, non obstupesceret? *Quis* sic amantem, non
toto corde redamaret? Vnde hominum cætitati ac
ingratitudini, quorum hodie maxima pars, isthac
nec recogitat, nec meditatur, sed neque in laudes
ac gratiarum actiones inde consurgit, &c.

3. Cæterum, quis negabit animalis ac terreni
Elimelechi natale solum, Beth-lehem nimis, *Mich. 5.*
spiritualis ac cœlestis nativitatem ex virginie in eo-
dem oppido futuram significasse? De eadem &
Michæas postea cecinit: Et tu Beth-lehem terra
Iuda, nequaquam minima es in familiis Iuda, ex
te mihi egreditur, qui sit dominator in Istræl.
Chaldæus paraph. Ex te coram me exhibet Christus:
cui vniuersa Synagoga coram Herode sub- *Matth. 2.*
scripsit. Figura consummationem his verbis re-
citat euangelista: Factum est cum essent (Ioseph
& Maria prægnans) ibi, impleti sunt dies Ma-
riæ ut pareret. Et peperit filium suum primoge-
nitum. Et pannis eum inuoluit, & reclinavit eum *Luc. 2.*
in præsepio.

Locupletissimus est autem ac ditissimus noster
spiritualis Elimelech, omnium charismatum, virtu-
rum, ac bonorum abundantia: quoniam non est

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

illi Spiritus datus ad mensuram, sicuti prophetis, apostolis, aliisve electis. Si quidem requieuit super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & timoris Domini. Idque tanta copia & libertate, ut de eius plenitudine omnes accipiant. Habitat in eo, ait Apost. omnis plenitudo diuinitatis, etiam corporaliter. In eo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae reconditi. Summa, pater dedit ei omnia in manibus: omnia quaecunque pater habet, eius sunt: data est ei omnis potestas in celo & in terra. Contumeliosi ergo sunt in Christum, ac Spiritum diuinum in eo habitantem Caluiniani, Zuingiani & Brentianii, quando illius sanctissimam animam multa nesciisse, & communi omnium nostrum ignorantiae subiectam, ac inuolutam fuisse blasphemant. Mirum, quod non pudeat eos veterum Gnosticorum, Arianorum, Photinianorum, & Agnoitarum haereticorum, omnium patrum calculis damnatum errorem instaurare. Contra hos logatique differimus Libro tertio Appendixis contra haereses, haeres. 4.

4 Noemi sponsa dulcis, amena, iucunda & pulchra, Ecclesia est catholica, quam spiritalis Elimenech fide, spe, & charitate sibi despensauit. Pollicitus quondam fuerat: Sponsabo te mihi in fide. Eam vocat in Cantico canticorum, pulcherrimam inter mulieres: amicam suam, sororem suam, columbam suam, dilectam suam, sponsam suam. Dilectus autem discipulus, non semel nominat Ecclesiam, uxorem & sponsam agni. Ornatur ve-

*Io. 3.
Ijsa. 11.*

Col. 2.

Io. 13.

Matt. 11.

Matt. 18.

Calu. in 24.

Mattib. & 2.

Luke.

Ose. 2.

Cant. I. & 3.

Apos. 21.

re monilibus sacramentorum, ac bonorum operum. Cum sponso dilucidè seipsum comparat Christus in parabola decem virginū, dicens: Exierunt obuiam sponsō. Ecce sponsus venit. Et alibi: Non possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus. Dereliquit autem patrem & matrem, ut sponsæ adhæreret: cùm à patre exiuit, & venit in mundum, forma, sortéque serui suscepta. Et cùm matri dixit: In his quæ patris mei sunt, offeret me esse. Mystica vero Nōëmi id est. Ecclesiæ catholicæ, tanta est pulcritudo, tam egregia & præstans forma, ut nulla species ne excogitari quidem possit ornatiōr. Eius suavitatem, iucunditatem, amoenitatem, quis enarraret? Hanc etiam angelicæ mentes demirantur, dicentes: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgēs, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castoruni aries ordinata? Et sponsus his suauissimis verbis eam alloquitur: & singularum ferè partium elegantiam formāmque describit. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbarum. Quàm pulchrae sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa! Sicut vita coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorū tuorū sicut odor thuris. Sicut turris Dauid collū tuum. Duo hubera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in liliis. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collū tuū sicut monilia. Vox tua dulcis, & facies tua decora. Quàm pulcri sunt gressus tui in calceamē. tis, filia principis! Statura tua assimilata est palmæ.

*Matth. 25.
Matth. 9.
Mar. 2.
Luc 5.
Gen. 2.
Matth. 19.
Io. 10.
Philip. 1.
Luc. 2.*

Cant. 4.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Cant. I. 4.6. Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Tota pulcra es amica mea, & inacula non est in te. Pulcra es amica mea, suauis, & deoꝝa sicut Hierusalem. His etenim Ecclesiæ catholice ornamenta parabolicōs describi & numerari nullus, qui melliflui patris D. Bernardi diuinissimos sermones perlegerit, vñquam inficiabitur. Sed vnde huic tam exquisita munditia, venustas & pulcritudo? Sponsus eam latuit à peccatorum maculis in sanguine suo. Prius & gratis dilexit eam, & semetipsum tradidit pro ea: vt illā sanctificaret, mundans eā lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe sibi ponſam gloriosam, non habētem maculā, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt effet sancta & immaculata. Dedit quoque illi consolatorem perpetuum ac doctore Spiritum sanctum, qui eam nūquam à vero aberrare sinit, quum de fide ac moribus definiendum fuerit. Illi confert vt columna sit ac firmamentum constans certumque veritatis, vt omnes inferorum copiæ ac portæ, nequeant illi præualere.

5. Sed quid sibi volunt duo Beth-lehemitez, ceu Ephratæ Mahalō & Chelion filij Elimelech, in terra infidelium tum morte sublati, cùm liberis operam darent inutiliter? Mahalon inquit Glosfa ord. qui de fenestra, vel à principio interpretatur, chorum prophetarum significat, per quos, quasi de fenestra, primùm fidei lumen in orbem processit: qui etiam veri luminis, id est, Christi, primi prædicatores fuerunt. Huic, Christo nimis, omnes prophetæ testimonium prohibent,

ait Apostolorū Korÿphæus. Exultans quoque in- *Act. 10.*
 credibili lætitia Philippus exclamat. Quem scri-
 psit Moses & prophetæ inuenimus Mellā, Iesum *Ioan. 1.*
 filium Ioseph à Nazareth. Idem quoque Christus: *Io. 5.*
 Si crederetis Moysi, crederetis vtricq; & mihi: ille e-
 nim de me scripsit. Oportuit impleri ea, quæ scri- *Luc. 24.*
 pta sunt in lege, psalmis, & prophetis de me.

Cheliō autē, vt habet eadē Glossa, idest consummatio: apostolos designat, qui enigmata prophetarū ad consummationē pleni intellectus perduxerunt. Hi merito Ephrataei, & Beth-lehem Iudæ orti: qui cœlesti pane satiati, per prædicationem Euágelij fructū prædicationis colegerunt. Ephrataeus enim frugifer, Beth-lehem domus panis, Iudas confessio interpretatur. Vtricq; Christi vel effundēdo, vel iā effuso sanguine Deo renati & sanctificati: vtrique veluti cœlestis regis ac Dei nostri præcones, missi sunt in hoc nostrum plusquā Moabiticum exiliū: vtrique eodē Spiritu diuino afflati: vtrique (licet suo quisque modo) eundem Christum vnicū hominū, seruatorē ac iudicē, toti mūdo in incredulitate (vt Paulus docet) concluso *Rom. 11.* prædicauerūt, vt eius incolas vitæ eterne paterēt.

At, quam multis frustrā & sine causa? Moses quidem filios Iacob in vnius veri Dei cultu quantum potuit, continuuit: sed nōnne ipso absente, vitulū aureū instar Ægyptiorū bouis, pro Deo coluerunt? Quid quod ex sexcentis bellatorū milibus, quos ex Ægypto eduxit, duo tantummodo Caleb & Iosué terrā Abrahæ promissam intrauerunt? Daniel quidē Nabuchodonosorē, Darium ac Cyrū fortasse, Deo vero lucratus est: Ionas ci-

Exod. 32.

COMMENT. IN LIB. D. RYTH

ues Niniuæ : sed quanti hi, si cum innumeris populis gentiū comparentur ? An non plurimū operæ oleīque predidisse videbūtur ? An non Heliæ, Helisæque labor in reducēdis ab errore decē tribubus propemodū inanis videtur ? Apostoli selecti fuerūt ut aduentus, concionū, miraculorū, passionis, resurrectionis, ac peractæ redēptionis humanæ à Christo Iesu, testes essent in Hierusalem, Iudæa, Samaria, & usque ad ultimum terræ. Elegi vos, ait Dominus, de mundo, ut eatis, & fructū adferatis, & fructus vester maneat. Rursumq; Eūtes in mundum vniuersum, prædicare euangeliū omni creaturæ. Verū inanes prorsus ac vani fuisset eorū conatus, nisi virtute fuissent induiti ex alto. Quomodo enim pauci, ineruditæ & imbecilli pescatores vniuersum orbē vicissent ? Quibus artib; ut crucifixū hominē pro Deo, redēptore, iudice, & saluatore suscipieret, crederet, adoraret, persuasissent ? Qui plātat, & qui rigat, ait unus ex illis, nihil est. Deus autem dat incrementū. Infinitos licet Elimelecho nostro spirituali gignere studuerint, pars nihilominus hominum maxima, pro dolor ! à veri Dei cultu & sacris adhorret. Quātis myriadibus Iudæi, Turcæ, Maometani, ac recens inuenti noui mundi Gentiles, Christianæ religiosi cultores superant ? Pauci sunt electi. Latam perditionis viam plurimi terunt . Commissio autem negotio incumbentes sive prophetæ, sive apostoli, vitam profuderunt, infidelium Iudeorum, ac crudelissimorum tyrannorum immanitate. Moses non semel lapidibus à suis peritus fuit, Isaias serra dissectus, Ieremias saxis obrutus. Nul-

*Act. 1.**Io. 15.**Matth. 28.**Luc. 24.**2. Cor. 3.*

Ius Apostolorum euasit, qui non biberit de calice Domini.

6. Elimelch inter ethnicos, hostesque unum uxore ac liberis exulans, & post varios casus est viuis discedens, Christum adumbravit: qui per seipsum inter Iudeos, per internuncios ac legatos inter Getes peregrinatus est. Reliqui, ait, donum meum, dimisi hereditatem meam: dedi dilectionem animam meam in manum inimicorum eius. Verè peregrinus & aduena fuit, qui in alienis edibus natus est, qui in Aegyptum fuga sibi consulere coactus, qui certo nullo loco constitutus non habens ubi caput reclinaret. Verè in terris Christi membra peregrinantur, in quibus nec civitatem, nec domum, nec vitam permanentem inueniunt. David potentissimus alioqui imperator, de seipso, & priscis patribus scripsit: Adiuena ego sum & peregrinus apud te, sicut omnes patres mei. Et Apostolus: Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino. Petrus quoque cunctos obsecrat, tanquam aduenas & peregrinos abstinere à carnalibus desideriis, quae militant aduersus animam. Est namque nobis omnibus est vita decadendum, non tanquam ex domo, sed tanquam ex hospitio. Infideles qui per fidem non ambulant, quique minimè electi aut ordinati sunt ciues supernæ civitatis ac celestis patriæ, non possunt veraciter dicere se in terra peregrinos: quando ibi sunt, ubi omnem spem suam reponunt. Non enim habent alibi civitatem, ac per hoc non sunt in terra alienigenæ, sed terrigenæ. Vocauerunt nomina

Ps. 58.

2. Cor. 5.
1. Pet. 2.August. Cœ.
8. in Ps. 118.

COMMENT. IN LIB. D. RVT^H

sua in terris suis. Hic eorū thesauri, hīc eorū corāda, hīc tota eorum merces, &c. In huius porrō mundi exilio, crudeli ac ignominioso crucis supplicio affectus, extremū tandem vitæ spiritū redditit spiritualis Elimelech, id est, Christus rex ac Dominus noster. Id que profani iudicis Pylati sentētia, infideliumque militum Romanorū manibus: atque monte Caluariæ, nocētum suppliciis ignominiosissimo, & craniorum, ossium, cadaerūmque illīc sparsorum fœtoribus abominabili. Et ad summum ignominiae cumulum, inter duos facinorosos latrones, ac si omniū sceleratissimus esset is, qui pendebat medius. An non ergo pulchrè respondet veritas figuræ? Elimelech in medio Moabitarum agens animam, & Christus spiritum emitens in medio latronum? Ita decuit cū cum sceleratis reputari, & indignissimè rebus humanis eripi, ut pro totius mundi sceleribus satisfaceret, Deo patri nos reconciliaret, mortem, Satanam, infernum superaret, gloria denique & honore ipse etiam coronaretur.

7. Noëmi decorat licet & amœna, inter Moabitas ab omni diuina religione alienos, variis ærumnis exposita relinquitur. Sic & Christi ecclesia post eius ascensionē in terris constituta est, vt aduersus innumerabiles hostiū copias, ad finem usque seculi dimicet. Rosa est ac lilyum inter spinas, ouile ouium luporum patens incurvis, columba inter accipitres, nauisque fluctibus, scopolis, & piratis exposita. Confertur cū muliere prægnāte, quæ partus assiduis laboribus penè frangitur. Oppugnauerunt eam Iudeorum synagoga,

Cant. 2.

Matth. 10.

Mar. 6.

Apoc. 12.

variorum hæretorum phalanges, & imperij Romani Cæsares, senatus, legiones. Mundus (ait ad Iob. 16. suos Christus) gaudebit, vos autem contrastabimini, Venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitratur se obsequium præstare Deo. In mundo pressuram habebitis. Cōqueritur spiritalis Noëmi non ignobile membrum, Periclitamur omni hora. Periculis fluminum, periculis latronum, periculis in mari, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in falsis fratribus. Quotidie morti tradimur propter Iesum, ut & vita Iesu appareat in nobis. Et de vniuersis ouibus Christi, Qui piè volunt viuere in Christo, ait, persecutio nem patiētur. Summa mystica Noëmi domus est super petram extructa, in quā descendūt imbres, veniūt exundationes, & vēti insiliunt perpetuæq; procellæ. Sic decet electos fieri conformes imaginis filij Dei, ut compatiētes, simul regnent. Si me persequuti sunt, inquit, & vos persequentur. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister.

Afflictionibus autem & persecutionibus istis ecclesiæ Christianæ, discernuntur verè ac ex animo credentes, ab hypocritis, qui tempore tentationis recedunt. Pij excitantur ad preces ardentes: sicut Apostoli dum submergebātur ex claustris, Domine, salua nos perimus. Maiore itē desiderio vitam æternam ambiunt, dum istam nō nisi angustiis, tormentis, & lacrymis refertā experiuntur. Merces vestra, inquit filius Dei, copiosa est in cœlis. Animaduertunt quoque quantū sit odium diabolorum in homines, quum eos expectunt cibrare sicut triticum. Inde toto pectore ad

*1. Cor. 15.**2. Cor. 11.**2. Cor. 4.**2. Tim. 3.**Matth. 7.**Rom. 7.**Io. 13.**Matth. 10.**Luc. 6.**Afflictionis
utilitates.**1.**Matth. 8.**2.**3.**4.**Luc. 22.**Matth. 5.*

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

[5.] patrem qui in cœlis est, exclamare cogimur. Ne nos inducas in temptationem: sed libera nos à malo. Expugna impugnantes me. Agnoscunt deinde Ecclesiam in terris nequaquam humanis artibus aut viribus firmam consistere, sed diuina prouidentia, potestate, ac prouidentia: itēque regnum Christi, à regnis mundi plusquam toto cœlo distare, &c.

[6.] 8. Prudentissima Noëmi terræ atque consuetudinis alienigenarum tandem pertq;la, sponsi sui ac dulcissimorum pignorum absentiam lugens, itineri se accinxit, ut terram sanctam repeteret. Et piorum omnium cœtus magno in terris afficiuntur rædio, ac summoperè cupiunt Christo capiti suo iungi in cœlis: prophetarum, Apostolorum, martyrum, confessorum, sanctorum denique omnium ordinibus annumerari. Peregrinationem istam vberioribus deflent lacrimis: patriam verò cœlestem ex toto corde, ac ex omnibus viribus requirunt. Voces istæ sunt spiritualis Noëmi: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Tunc satiabor, cum apparuerit gloria tua. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo, etenim me expectant iusti donec retribuas mihi. Cœlestis rursum Beth-lehem desiderio flagrans addit: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Mihi mundus crucifixus est, & ego mun-

Pſ. 119.

Pſ. 41.

Pſ. 16.

Pſ. 141.

Philip. II.

Galat. 6.

do. Quis liberabit me de corpore mortis huius ?
Hæc enim terra nostra plusquam Moabitum,
ac profanum est exilium : itaque cum Noëmi
festinemus egredi , vt in illam cœlestem panis
domum peruenire valeamus , qua Deus sanctos
suos suæ deitatis visione ac fruitione omnino
pascit atque satiat . Patriam nostram , inquit
martyr Cyprianus , paradisum computemus . Pa-
rentes patriarchas iam habere cœpimus : quid
non properamus & currimus , vt patriam no-
stram videre , vt parentes salutare possimus ? Ma-
gnus nos illic charorum numerus expectat , pa-
rentum , fratribus , filiorum frequens turba deside-
rat , iam de sua immortalitate secura , & adhuc
de nostra salute sollicita , &c.

Serm. de mor-
tal.

9 Sola in exilio remanserat Noëmi , sed non so-
la Beth-lehem rediit . Nam duas nurus Moabiti-
cas itineris comites habuit : quarum alteram e-
xaminatam & probatam populo Dei adiunxit ,
alteram in infidelitate permanentem redire per-
misit . Hæc quoque Ecclesiæ Christianæ adum-
brauerunt mysteria . Corporali námque ac vi-
sibili præsentia sponsi sui ad dextram patris con-
fidentis destituta , vehementi , assiduo ac in-
credibili labore studuit Iudæos & Gentiles ad
fidem Euangelij , baptismum , & veri Dei cultum
perducere . Profecti discipuli (ait Marcus) prædi-
cauerunt vbiique , Domino cooperante , & ser-
monem confirmante sequentibus signis . Vnus
Petrus prima ad Hierosolymorum ciues con-
cione , eorum circiter tria millia fidei nostræ ,
ac vitæ æternæ socios sibi adiunxit . Secunda

*Mar. 16.**Act. 2. & 4.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

duo millia ex infidelitate , veluti ex quodam
 Moabitico ac profano exilio , ad veram in fi-
 lium Dei religionem , ac spem cœlestis patriæ
 perduxit . Stephanus ad extremum usque spiri-
 tum , turbis tametsi furentibus , Christum an-
 nunciat . Philippus nunc eunuchum Æthiopem ,
 mox vniuersam Samariæ urbem vitæ ac reli-
 gionis Christianæ consortes fecit . Vnus Pau-
 lus Arabes , Damascenos , Cyprios , Cretenses ,
 Corinthios , Galatas , Ephesios , Philippenses ,
 Thessalonicos , Romanos orbis domitores , Hi-
 spanos , & alios sine numero , secum regni Chri-
 sti participes , & cœlestis itineris socios ac con-
 sortes reddere sategit . Quot putamus duode-
 cim Apostolos , septuaginta duos discipulos , ac
 quingentos illos fratres , qui Christum à mor-
 tuis gloriose excitatum viderunt , triginta &
 quadraginta annorum spatio , tum ex Iudeis ,
 tum ex gentibus in ecclesiæ consortium coo-
 ptasse ? Huic nainque operi tanto studio ac di-
 ligentia incubuerunt , vt intra paucos illos an-
 nos totum exploratum orbem peragrarint , ac
 in omnibus prouinciis euangelij famam spase-
 rent . Paulus scribit Romanæ ecclesiæ fidem iam
 suo tempore annunciatam fuisse in vniuerso mû-
 do . Idem quoque Dauidis vaticinium , in om-
 nem terram exiuit sonus eorum , adimpletum
 esse contendit . Alibi rursum adfirmat Euange-
 lium prædicatū esse apud vniuersam creaturam ,
 quæ sub cœlo est . Atque hæ sunt mysticæ Noëmi
 nurus , hæ dum in supernam Hierusalem pergit ,
 itineris comites & affeclæ .

Rom. I. 10.

Coloff. I.

10. Verum, dum collecta ex gentibus Ecclesia,
qua per Rutham designatur, Christo constanter
adhæret, dum sacrosancte profitetur se nunquam
ab eius consortio, fide, ac obedientia recessuram;
Iudæorum Synagoga, veluti altera ceruicosa, su-
perba, atque peruicax Orpha, oblatum sibi Messiam
summa ignominia affecit, nedum cōtempsit. Ma-
luit Cæsar durum ac planè ferreum iugum fer-
re, quam Christi suave. Inuitata tot Domini &
discipulorū eius cōcionib⁹, excitata tot prodigiis
ac miraculis, pulsata tot Romanorum, Græcorū,
aliarūmque gentium flagellis ac direptionibus,
nec quicquam tamen credidit: sed in mala cere-
moniarum legalium, umbrarūmque consuetudi-
ne obduruit. A se tolli Christum, Barrabbam ve-
rò dimitti adhuc vociferatur. Mauult Mosi adhæ-
tere temporalia bona promittenti, quam Christo
beatos pauperes prædicanti. Tu discipulus illius
sis, inquiunt principes Synagogæ ad hominem il-
luminatum, nos Mosis discipuli sumus. Nuncios
Christi partim exquisitis suppliciis encarūt, par-
tim contumelias affectos è finibus suis expulerūt,
vt in actis videre est.

*Io. 19.
Matth. II.*

Matth. 27.

Io. 9.

11. Nec mysterio caret, quod Noëmi vñà cum
Rutha Beth-lehem tum appulerit, cùm tempus
esset messis, ac hordea colligerentur. Nam tépus
quo clementissimus ac misericors omnium crea-
tor ac Deus Gentes ad sui cognitionem & cul-
tum vocare disposuerat, Apostolorum seculo ad-
impletum est, Samaritanis ad Christum prope-
rantibus, & salutem querentibus, idem ad Apo-

Io. 4.

Matth. 10.

Io. 10.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH CAP. SECUND.
stolos dicebat : Leuate oculos vestros & vide-
te regiones , quoniam iam albæ sunt ad mes-
sem . Et alibi : Messis quidem multa , operarij
autem pauci . Rogate Dominum messis ut
mittat operarios in messem suam . De
conuersione Ethnicorum , quos sege-
tum nomine intelligit , alio loco
dicit . Alias oves habeo ,
quæ non sunt ex hoc
ouili : illas opor-
tet me addu-
cere .



LIBRI RVTH

C A P V T S E-

C V N D V M.

I. Erat autem viro Noëmi Elimelech, consanguineus, homo potens & magnarum opum, nomine Booz.

SVPERIORI capite dictum est à Samuële, qualis fuerit Rutha inter suos Moabitas, & quomodo secreto Dei cōsilio in terram sanctā peruenererit: hoc secundo explicabitur quo pacto cū socru, ac inter Iudeos sit cōuersata, quibus laboribus vitam sustentauerit, ac quomodo Boozi iudicis Hebr̄orū notitiā, ac fauore cōsequuta est. Præmittitur tamen Boozi futuri eius mariti genus, potentia, opes, ac pietas. Primò erat Elimelecho viro quondā Nœmi cōsanguineus. Hebr̄ei in Seder olam Rabba, volunt Elimelechum fratre fuisse illius Salmonis, qui duce Iosue, terram promissionis intravit; quique Boozum hunc genuit: indéque Boozum nepotem Elimelechi faciunt, Ruthæ verò ex mariti affinitate cognatum. Paraphrastes Chaldæus Boozum Elimelechi

Cap. 12.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Lib. 5. antiqu. cognatum appellat, virumque strenuum ac legis-
peritum affirmat, cui Iosephus astipulatur. Theodo-
dorus & Zonaras cognatum quoque vocant. Nec obstat longior ætas, quo minus & ad iudicá-
dum Israëlem, & ad prolem ex Rutha suscipien-
dam aptus fuerit: quoniam (ut superius diximus)
patres isti fuerunt μαρτύροι.

*Booz ex tri-
bu Iuda.*

Gen. 49.

Primo igitur loco notatur genus Booz. Erat Salmonis qui Raab duxerat filius, & Elimelechi ex fratre nepos: atque ita de tribu Iude descéde-
rat, quæ regia, & in gratiam Messiae ex illa nasci-
turi omnibus suspicienda, & multis promissis ac
benedictionibus nobilitata erat. Iuda, aiebat Ia-
cob, laudabunt te fratres tui, manus tua in cerui-
cibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris
tui. Non auferetur sceptrum de Iuda, donec ve-
niat qui mittendus est, &c. Hoc verò non parum
cōfert ad authoritatem supremi iudicis ac recto-
ris, qualem hunc Boozum fuisse inter Israëlitas
initio diximus. Alacrius siquidem ac libētius eius
dominationi subiicimur, ac imperata facimus,
quem scimus summo loco, ac regali semine cre-
tum, quām nescio cui obscurissimo nebuloni, ac
terræ filio. Ideo quoque, qui claro ac nobili gene-
re nati sunt, debent in eam potissimum curam in-

*Qualia studia
nobiles de-
ceant.*

cumbere, ut impressis maiorum suorum vestigiis
insistant, ad eandem laudis æternitatem aspirēt,
ut ne plus splendoris à suis maioribus accepisse,
quām posteris reliquissime videantur. Humanitatē,
liberalitatem, moderationem animi, pietatem an-
te omnia, ceteraque maiorum suorum virtutes,
quibꝫ & illustre nomē, & imperij honores adepti

sunt, veluti domestica exépla cū Boozo imitanda sibi proponat. Salmon nāque pater eius, fide ac constantia Raab Hiericōtinæ delectatus, nec illi² patriā, nec captiuitatē, nec pristinos mores dignatus, eam sibi in vxorem assumpsit. Alterum quoque singularis fidei, & conuersionis in Deum exemplum Boozus habebat in matre Raab, quæ

Iosue 2.

exploratores Hebræorum hospitio collegerat, & cum summo vitæ discrimine seruauerat, tandemque incolumes dimiserat. Eam idcirco inter illustris veteris testamenti personas laudat Apostolus. Boozus itaque maiotum inhærens exemplis, illorum pietatem & virtutē vel superauit, vel saltem adæquauit. Paulus non vererur Timothæum

2. Tim. I.

hortari, vt recordationem accipiat eius fidei quæ primū habitauit in eius auia Loide, deinde in eiusdem matre Eunice: adeò parentum, ac maiorū pietas ob oculos posita, ad incitandos liberorum animos valet, &c. Vanissimum verò ac stultissimū foret pro generis antiquitate ac claritate efferi atque insolescere, cùm yitiis & turpitudini seruiēdo maiorum nobilitas obscuratur. Quid enim prodest ei quem sordidant mores, generatio clara? Aut quid nocet generatio vilis, ei quem mores adornant? Genus Apostolorum non aliunde, quām ex morum ingenuitate, fidei fortitudine, ac rebus pro Christo præclarè gestis, nobilitatū est. Ille proculdubio clarus, ille sublimis, ille nobilis, qui peccatis seruire dēsignatur. Hinc Hieronymus: Summa apud Deum nobilitas est, clarū esse

*Epist. ad Cœlantiam.
Lib. de unico bap.*

virtutibus. Et Augustinus: Ismaëli vt separaretur à populo Dei, non obsfuit ancilla mater Agar, sed

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

fraterna discordia. Iudæos patrū st̄emata iætates Christ⁹ reprimit dicēs: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Vos ex patre diabolo estis, & defideria patris vestri facitis. Impuros iudices Daniel vocat semē Chanaā, & nō Iuda. Isaías suos cōtribules appellat gentē peccatricē, semē nequā, filios sceleratos. Ezechiel verd, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa. Et Baptista, genimina vipearuni. Christus quoque generationem prauam & adulteram eosdem vocitat. Deum immortalē, quām aptē hæc conueniunt in quosdam, qui hac tempestate de diuitiis, de mercata, vel etiam emētita nobilitate, déque auorū sumosis imaginibus intolerantissimè gloriantur! Viuunt eorū pleriq; vitam latronum, prædonum, homicidarū, & gloriam sibi conantur vendicare nobilium, &c.

Secundo, Booz dicitur *homo potens & magnarum opum*. Hebreis est: יְהוּ נִשְׁאָר בָּנֵר חַי vir fortis ac strenuus, vir magna animi virtute ac corporis firmissimo robore præditus. Decet enim Magistratu fungentem ac Principem esse animo excelsō, infraēto, ac imperterritō, qui nullis blanditiis emollii, nullis terroribus aut minis à vero rectōq; abducatur. Nihil extimescat, nullum ob potentiam vereatur, omnia humana despiciat, nihil quod homini accidere possit intolerandum putet. Præsenti ac confidenti animo quæque pericula pro republica subeat, aduersa æquo animo ferat, atque in causa honesta piāque nec certam mortem perhorrescat. Ethnica exēpla Valerius suppeditabit.

Lib. 3. cap. 2. Noli querere fieri iudex, inquit Spirit⁹ sanctus, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates; ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalū in-

Io. 5. & 8.

Dan. 13.

Isa. 1.

Ezech. 16.

Matth. 3. &

12.

*Booz i poten-
tia & opes.*

Ecc. 7.

tegritati tuæ. Et in lege, Iudicibus præscribitur: *Quod iustū est iudicare, siue ciuis sit ille, siue peregrinus.* Nilla erit distatia personarū: ita paruū audiatis ut magnū, nec accipietis personā cuiusquā: quia Dei iudicium est. Et Ieremias: Iudicate mane *Ierem. 21.* iudicium, & eruite vi oppressum de manu calunian-
tis. At quis hæc præstabit nisi *Ish gibbor*, id est, vir potens, excelsique ac inuicti animi? Fortis ac va-
lēs Iob, liberans pauperē vociferantē, & pupillum *Iob. 19.* cui nō erat adiutor. Cōterens quoq; molas iniqui,
& de dētibus illius auferens prædā. Vir maximi a-
nimi Daniel, qui Magos hostes suos vltimo sup- *Dan. 2. 5. 13.*
plicio eripuit: impij Balthasaris munera contem-
psit: & Susannam insignem matronam infamia,
morteq; liberauit. Abrahæ, Mosis, Phinees, Iosue,
aliorūq; fortissimorū iudicū, ac regū Israēlis
fortia facta prætermitto: quæ si proponerent sibi
imitanda nostrarum Galliarum principes ac iudi-
ces, nunquā tam abiectè, tam ignauè, tam seruili-
ter, tam muliebriter, ne dicā turpiter ac pernicio-
sè, florentissimū nō ita pridem regnū administra-
rent, seu potius deformarēt atq; labefactarēt, &c.

Significat etiam **¶** idem quod Māmon, sub-
stantia, diuitiæ: Ierem. 17: Ps. 62: & Isaïæ 30: quod
hīc recte dicitur *vir magnarū opū*. & rāt ergo illi auri
& argēti sufficiētes thesauri, frugū copiosi prouē-
tus, armētorū greges, splēdidæ dom⁹, urbana atq;
rustica prædia, serui deniq;, quorū honesto satelli-
tio cūm opus erat, stipatus incedebat. Hæc porrò
sūmi rectoris ac iudicis muneri (quod inter He-
brēos gerebat) sūmoperè cōueniebat, ne inopia &
egestate pressus turpia lucra sectari, aut iura legēs-
q; peruertere cogeretur, vt magna rerū publicarū

COMMENT. IN LIB. D. RVT

ignominia perniciéque solent principes & magistratus, qui paupertate laborant. Tiberius imperator raro magistratus innouabat, quod iudices muscis ac vespis haud dissimiles putaret. Quæ si longius ulceribus insideant, minus graues sunt & inolesta, quippe sanie ulcerum ad satietatem usq; refertæ. Si saturis repulsis, famelicas alias admiseris, durius affliger ægrotos. Vespasianus suarum virtutum laudem non parum imminuit, rapacissimos quoque summis magistratibus præficiens, ut his veluti spongiis veteretur. Omissa sub Galba vettigalia reuocauit, noua addidit, auxit tributes prouinciis, nonnullis duplicauit, negotiationes vel priuato pudendas palam exercuit: nec candidatis honores, reisve tam innoxii, quam nocentibus absolutiones venditare cunctatus est. Ad huiusmodi rapinas copulsus, Tranquilli sententia, summa ærarij fiscique inopia. Prudenter monet in Politicis Aristoteles, cauendum in primis esse, ne ex magistratibus lucra proueniant iis, qui eos gerunt: alioqui duplex malum & incommodum eos sequi. Primum, fiunt auarissimi & corruptissimi. Si quidem crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Nihilque non tentare, non audere mortalia pectora cogit auri execrada famæ. Secundum, populus inde multiplici discretiatur molestia: quum talium gratiam optimis muneribus ambit contentiosè, & assequitur tam turpiter quam perniciosè. His artibus quantumlibet scelerati tuti sunt, innocentes laeduntur ac opprimuntur, & leges iuraque omnia labefactantur.

Niceph.lib. I.
hist. c. 17.

Suet.in Ves-
pa.

In iudicibus ergo diligendis ac præficiendis, amplexandum

plexandum esset à regibus nostris hoc Iethronis Esd. 18.
 Medianitæ cōsilium: Pronide(inquit ad Mosem)
 de omni plebe viros sapientes, timentes Deum, in
 quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam: & cō-
 stitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinqua-
 genarios, & decanos, qui iudicent populum om-
 ni tempore. O salubre cunctis rebus publicis, ci-
 uitatibus, regnisque consilium! Fælices Hebræi
 quamdiu huic paruerunt. Infelix verò Galliarum
 regnum, in quo nunc vencut omnes præfecturae,
 atque magistratus officia. Non iudex, non consi-
 liarius, non præses, non senator, non municeps, nō
 procomes, non prætor, non à libellis supplicum,
 non amanuensis, non electus, non ærarij questor,
 non exæctor fiscalium præstationum, non sanctio-
 ris ærarij aut parsimoniarum arcarius, non prin-
 cipis populive cognitor, non patronus, non scri-
 ba, non grammateus, non denique satelles
 aut apparitor, qui iustior, vel melior: sed qui lar-
 giore pecunia munus redemerit. Vtinam nec sa-
 cerdotia, nec Abbatiæ, nec Episcopatus, nec alia
 officia sacra militibus, ganeonibus, merericulis,
 mollibus aulicis prostituta, hastæ subiicerentur.
 Superi meliora.

Tertiò, Boozus paraphrastis Chaldæi testimoni-
 o, erat legisperitus. Id est, apprimè studuerat legi
 diuinæ, eam studiosè didicerat, in lege Domini
 volūtas eius, & meditatio die ac nocte. Iuxta eius
 præscripta cuique ius dicebat, nec ad dextram
 aut sinistram declinabat. Principem verò ac magi-
 stratum diuinæ legis studiosum & peritū esse o-
 portere cōuincitur, quum Iosue Hebræorum im- Iosue 1.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

peratori præcepit Deus: Non recedat volumen legis de ore tuo, meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias & facias omnia, quæ in eo scripta sunt. Et rectè certè: quandoquidem magistratus minister Dei est, in hunc finem constitutus, ut iuxta legis decreta populum in officio contineat. Neque reges (quaintumvis insaniant & delirent) hoc iure soluti sunt coram Deo. Cùm sedet rex in solio regni sui, ait Rex regum, describeret sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus leuiticæ tribus. Et habebit secū, legérque illud omnibus diebus vitæ suæ: ut discat timere Dominū Deū suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sūt. Sic enī diuinariū legū ac iudiciorū metu coercendus & reprimendus veniebat Regum fastus, insolentia, contumacia: ne regnum in apertam tyrannidem euaderet, quæ contéptis legibus, in has agrestes & barbaras voces erumpunt: Oderint, dum metuant. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Potestatem habeo crucifigere te, &c.

*Psal. 2.**Sap. 1. & 6.*

Illos per Dauidē monet Deus: Nūc reges, intelligite, erudimini qui iudicatis terrā. Et per Sapientem: Diligit sapiētiā rectores terræ, & bene sentite de Domino, & ipsum sincero corde quærите. Et iterum: Melior est sapientia, quam vires: & vir prudens quam fortis. Audite reges, & intelligite, discite iudices finium terræ. Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationū: quoniā data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniā

cū essetis ministri regni illius, nō recte iudicastis,
nec custodistis legē iustitiæ, neq; secundū voluntatē Dei ambulastis. Horrendē & citō apparebit
vobis: quoniā iudiciū durissimū in his qui præsūt
fiet. Eāt nūc, & pestiferis assentatoribus illis pate-
faciat aures, qui literis, legib[us]que operā dare re-
ges prohibent, quīque ip[s]os legum omniū censu-
ra liberos mentiuntur. Voces boum, nō hominū.

Si sacra fastidiunt, ab ethnico saltem discant, *Aristot. lib.*
melius esse animam habere abundantem sciētiis, *ad Alexand.*
quām habitum corporis bene īdutum. Alius
quoque scribit reges Cyrus & Mithridatem v-*Valer. max.*
triusque industriae laudem partitos esse. Cyrus
omnium militum suorum nomina, Mithridatem
duarum & viginti gentium, quā imperio eius pa-*lib. 8. cap. 2.*
rebant, linguas discendo. Ille vt sine monitore
exercitum salutaret, hic vt eos quibus imperabat
sine interprete alloqui posset. Vitam, mores, stu-
dia duodecim Cesarum narrans Tranquillus, om-
nes Græcē & Latinē doctos, cimnes & publicē
declamasse, & ornatè scribere potuisse scribit. Pla-
to nullam rempublicam fœlicem existimat, nisi
in ea regnent Philosophi, aut reges philosophen-
tur. Princeps sine literis, inquit aliis, est avis sine
pennis, nauis sine velis & remis, capit sine oculis,
& corpus exanime. Confusa, imò ferè euersa fue-
runt imperia sub insipientibus ac imprudentibus
Roboam, Acham, Achab, Balthasar, Sardanapalo,
Heliogabalo, Nerone &c. Optimam principis in-
stitutionē petat lector ex Isocrate ad Nicoclem,
& Cyri pædia Xenophontis.

COMMENT. IN LIB. IV. RUTH

2. *Dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam. Si iubes, vadami in agrum, & colligam spicas quæ fugerint manus metentum, ubicumque clementis in me patris familias reperero gratiam. Cui illa respondit. Vade, filia mi.*

His verbis primò declaratur arctissima paupertas, qua futuræ matres Christi & Dauidis laborauerunt. Secum nullos asportarant thesauros, nullas vestes, nullas gemmas, nulla muliebria monilia habebant, quorum precio honestū victum compararēt. Nallos agros frugibus satos quos metere possent, reliquerāt, nulla horrea aut promptuaria plena, nullos redditus annuos, nullos greges armentorum, quibus vitam agerent competerunt: inde in mendicantium sortem fermè rediguntur. Ruth itaque fame (quæ grauissimum telum est) urgente, cùm socrus suæ bona venia, egenorum more, hinc & illinc dispersas in agris alienis spicas quæ situra & collectura, domum egredi compellitur. Prius verò matrem cōsulit, veniāque postulat, quām quid aggrediatur. Laborē deinde suum ad eam nutrientam offert ac pollicetur: quod eximiæ pietatis, ac singularis obediētiæ est argumentum. *Si iubes, inquit, vadam in agrum, &c.* Perspicis nos fame, siti, omnique rei familiaris angustia premi, pia mater. Iam ferre non posse labores vitæ acquirēdæ præ senio: ego autem bene valēs & robusta, vt in eam rem magnum & utilem laborem impendam. Decet me filiam te matrem optimam quibusunque honestis modis potero iuuare, fouere, nutritire. Nónne & cico-

niæ sola duce natura , id parentibus senio confe-
ctis præstant? Num & filij Iacob, vt à te didici,in
Ægyptū profecti sunt, vt inde asportatis frumen-
tis, patris ac familiae suæ famem leuarent? Nihil
autem sine tua venia tétabo. Iube ergo quod vis,
faciam quod iubes. Dictum, factum puta.

Ruthæ exéplo , nurus obseruent quo loco suas
socrus habeant, matris nimirum. Hæc enim vt de-
liram anum eam non temnit, sed piæ ac veræ ma-
tris instar honorat , tametsi maritum eius filium,
& eum absque liberis amisisset. Iussum quippe de
parentibus colendis ac verendis, sacerdos & gene-
ros, socrus & nurus quoque comprehendit. Sunt
itaque & saceri & socrus à filiis , & filiabus præ-
sertim consulendi, cùm profectiones suscipiúntur.
Nec interdiu, nec noctu inuitis parentibus domo
exeant, nec in plateis oberrent, neque ad specta-
cula choreásque excurrant. Dina paternis taber-
naculis, parentumq; ac fratrum consortio solu-
tius quam virginis erat, euagata, rapitur & con-
stupratur; in corruptoris, totiusque populi exi-
tium, & vniuersæ Iacobi familie probrum ac pe-
riculum. Inter tot Theseos, Parides, Iasones, raro
pudicitia tuta est puellarum , maximè cùm libidi-
ni forma lenocinatur. Filiae tibi sunt, ait Sapiens,
serua corpus earum . Augustus Cæsar prohibuit
filiam Iuliam, & neptes alteram Iuliam, & Agrip-
pinam loqui, aut agere quicquam, nisi propalā, &
quod in diuinos commémoratos referretur . Habe-
bant Græci τὰ τωανέα, id est cœnacula quedam
in domibus æditoria, mulierum & virginum ha-
bitioni destinata, in quibus illæ seorsim , & se-

*Gen. 33.**Ecd. 7.**Suet. in Octa.*

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

Odyss. vltim. motæ ab hominibus ageré. Homerus Penelopæ fleturam virū absentem, singit ita secum locutā:

*Sed ego certè in supérius cænaculum ascendam,
Quiescam in lecto, qui mihi luctuosus factus est.*

In opér.

Hesiodus in hac est sententia, ut censeat virginis puellas domi perpetuò asservandas, & apud matrem manere debere, cui Euripidis Iphigenia consentit. Ait enim iste:

*Puella quæ nondum aureæ Veneris opera nouit,
In domo apud charam matrem maneat.*

Præcept. ma-
trim.

Refert Plutarchus Phidiā Atheniensem statuarium clarissimum, Venerē ita finxisse, ut pedibus testudinē calcaret: tacitè significans vxoribus domi manendū, silendūmque. Tertullianus Christianas mulieres à publico deterrēs, scribit: Vobis nulla procedēdi causa nō tetrica. Aut imbecillis aliquis ex fratribus visitādus, aut sacrificiū offertur, aut Dei verbū administratur. Quoduis horū gratuitatis & sanitatis negotium est. Ecce quatenus eas exire vit apostolicorum temporū sinit. Quod si maximè necesse sit, ut foras eundum sit puellis, nunquā Hieronymus illis permittit, ut sola aliqua procedat. Quæ viuūt in monasterio (inquit) nunquā solæ, nunquā sine matre procedat. De agmine colubarum, crebro accipiter vnā separat, quam statim inuadat ac laceret, cuius carnibus & cruce saturetur. Morbidæ oves suū relinquunt gregē, & luporū fauicibus deuorātur. Hæc cātilena multarū aulicarū ac nobiliū præsertim, auribus parū fortasse grata erit: quæ accuratè cōsulto speculo, tortis, retortisque toties crinibus, nudatis (proh pudor!) ferè ad vmbilicū pectorib⁹, extēto collo, cōposito gressu, in publicū prodeūt, ut omnium

Lib. de cultu
fam.

Epist. ad De-
met.

oculos in se vertat. Hinc vero nascitur inter processos odia & homicidia, puerarum & matronarum stupra, ab aetate veneficio partus, & non raro reperti in cloacis per summam crudelitatem infantes, &c. Verum his omissis, ad Ruthae pia gesta redeamus.

Vrget fames utraque, labore igitur ac sudore vite consulendu[m] recte existimat. *Vadā* inquit, *in agrū, et colligā spicas, que fugerint manus metentium.* Id autem optimo iure aggreditur: quoniā & peregrina, & vidua, & summa paupertate pressa erat. Amplissimas autem in gratiā pauperum, egenorum, peregrinorum, ac viduarum leges de spicis, aliisque fructibus remanentibus Deus tulerat. Prima est. Cum messoris segetes terrae tuae, non tonderebis usque ad solū superficiē terrae: nec remanentes spicas colliges. *Nemit. 19.* ¶ q[ui] in vinea tua racemos & grana decidētia cōgregabis, sed pauperib[us] & peregrinis carpēda dimittes: ego Dominus Deus vester. Eadē paulo post, illidēque verbis repetuntur, ut animaduerteret homines quā seuerē huius instituti diuini reposēdat ratio. Altera lex, ceu potius huius prioris cōfinitatio est: Quādo messoris segetē in agro tuo, & oblitus manipulū reliqueris, non reuertaris ut tollas illū: sed aduenā, & pupillū, & viduā auferre patieris, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus, in omni opere manuum tuarum. Si fruges collegeris oliuarum, quicquid remāserit in arboribus non reuertaris ut colligas: sed relinques aduenā, pupillo, & viduā. Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remanentes racemos: sed cedēt in usus aduenā, pupilli, ac viduā. Memento quod & tu seruieris in Ægypto, & idcirco prēcipio tibi ut fa-

Dicit. 24.

COMMENT. IN LIB. D. RYTH

Leuit. 25.

cias hāc rem. Tertia lege præcipitur, vt annus se-
ptimus sit sabbatum Domini: non seminandum,
non putandum, non metendum erat: quæ autem
spontè nascebantur, pauperibus & peregrinis ce-
debant. Tantumdem obseruabatur anno quoque
iubileo.

His autē legibus primò ostēditur, quantū pau-
peres, peregrini, pupilli, & viduæ Deo curæ sint:
cūm propter hos amplissimas leges tulerit. Dein-
de, monentur diuites, eosdem curæ suæ commis-
sos esse, vt illos suis opibus iuuent: scientes si-
bi nō vt possessoribus, sed vt dispēsatoribus opes
esse creditas. Postremò, adduntur amplissima præ-
mia, benedictiones nimirum, in omni opere, &c.

Habacuc 2.

Isa. 33.

Quanta ergo qualia vē tormēta illis reposita pu-
tas, qui non solum egenos, pupillos, ac viduas a-
gris & foribus suis abigūt: sed & domunculis, &
hortulis propriis expellūt, horumque spoliis, suas
opes augēt? Horū prædiolis aut vi, aut dolo extor-
tis, sua dilatāt pomeria? Horū casulis sua cōstrūt
palatia? Vē ei, inquit Dominus, qui multiplicat nō
sua. Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te
oēs qui reliqui fuerint de populis. Vē qui cōgre-
gat auaritiam malā domui suæ, &c. Quia lapis de
pariete clamabit, & lignū quod est inter iūcturas
ēdificiorum cōtra te testabitur. Vē qui ædificat in
sanguinib⁹, (id est, opib⁹ partis effusione sanguini-
nis:) & instaurāt in iniuitate. Et alibi: Vē qui pre-
daris. Nōnne & ipse prædaberis? Et qui spernis,
nōnne & ipse spernēris? Cūm consummaueris de-
prædationem, deprædaberis: & cūm fatigatus de-
sieris contemnere, contemnēris.

Hinc quoque attende, durissimam paupertatem, ac rei familiaris angustiam, non esse perpetuum iræ diuinę aut reprobationis argumentum, quemadmodum miseris & afflictis persuadere conatur Diabolus, ut ad malas artes, ad blasphemias in Deum, ad desperationem denique illos impellat. Quin imò, si cum humilitate, patientia, fide, & precibus feratur, recta dicit in cœlum. Iobum, Thobiam, Davidem, Heliam sanctissimos seruos suos, Deus ingenti rerum temporaliū inopia aliquando exercuit & probauit. Circuerunt in melotis, pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti. In solitudinibus errantes, montibus, speluncis, & cauernis terræ. Apostoli pauperes, artifices, piscatores fuerunt: & à resurrectione Domini fame pressi, nauim maréque repetierunt, ut piscatu victarent. Doctoř gentium conqueritur de fame & siti, de frigore & nuditate. Paruis opibus ac facultatibus præditos fuisse Iosephum ac Mariam Christi parentes, certissimum est: quando arte fabrili, ac lanificio vitam sustentarent. Hosfmeister, Lyranus, Iustinus martyr opinati sunt Christum ante trigesimum annum, atatra, iugaque cum Iosepho nutritio fabricasse, ut omnē adimpleret iustitiam, artes sanctificaret mechanicas, & honestis laboribus vitam mortalibus sustentandam, non turpi otio transfigendam exemplo suo doceret. Refert Eusebius consanguineos Domini, coram Domitiano vocatos, imperatori manus partim callo obductas, partim laceras mechanicas laboribus ostentasse: hōcque modo vitam tormentis eripuisse. Nihil ergo mirū, nihil

*Heb. ii.**Io. 21.**2. Cor. 11.**In cap. 6.**Marc.**Dialog. cum**Trypho.**Lib. 3. his
cap. 19.*

C O M M E N T . I N L I B . D . R V T H

absurdum si Dominus istas ele^ctas fœminas, filij
sui futuras matres, cum egestate & inopia aliquā-
to lu^ctari permittit. Habet in iis pauperes exem-
plum, quo mentes suas consolentur: persuadēant
que sibi egenos ac mendicos non esse Deo inui-
los. Beati (inquit) pauperes spiritu. Quicquid v-
ni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Semper
pauperes habebitis vobiscum.

*Matth. 5. 25.
26.*

Ad hæc, magna virtute, patientia, & animi mo-
deratione præditas fuisse istas mulierculas cla-
rum ac certum est: cùm æquo animo ferunt tam
graue paupertatis onus. Non enim impotentia
vel desperatione animi fractæ conuicia in Dei
prouidentiam aut promissiones iaciunt, non ob-
murmurant, non denique malis artibus sibi con-
sulunt. Non furantur, non rapiunt, non meretri-
cantur, non lenocinantur, non turpissimum quæ-
stum corporis faciunt. Verum, Noëmi vetula &
imbecilla, domi orationibus vacat: Ruth autem
iunenis & vegeta, per illius licentiam, in sudore
vultus sui vescitur pane, & labore manuum suarū
matri vietum quærit & suppeditat. *Colligam*, ait,
spicas, ubiunque clementis in me patris familiæ gratiam
reperero. Granis pultem, pollentam, aut certè pa-
nem tibi mihi^cque conficiam: stramentis partim
casam operiemus, partim in quiete somnoque ve-
temur. Nulli molesta, nulli grauis ero, mater, in
illorum tantum agris colligam, quorum bona
venia id agere permittar. Sed neque opus erit ti-
bi, vt me duriter vrgeas & compellas ad hos la-
bores, neque ituita ac repugnans opus capes-
sam: verum sponte, alacri & prompto ani-

mo negotio incuinbam. Magna spes me teneret,
Deum Israëlis operebus meis sua pietate adfatu-

turum.

Pauci sunt hodie liberi, paucæ nurus, imò & filiæ, quæ tam sedulò matribus obsequantur & seruant. Si consulendæ matres de rebus agendis, si nutriendæ, fouendæ, vestiendæ, Deum immortalem! quām inuitæ, quāmque huc atque illuc tergiuersantes & dolentes id faciunt! Hinc verò & omnium piorum sibi cōflant odia, & illis diuinis benedictionibus se indignas reddunt, quæ parentum obseruatoribus promittuntur.

Noëmi familiarissimè & dulcissimè respondens, *Vade filia mi*, ostendit quo loco socrus nurus suas habere, & qua ratione cum eisdem viuire debeant. Illam non irridet, non despicit, non amaris verbis irritat: sed filiam benignè vocat, & propositis, postulatisque annuit. Sic ergo se se gerant socrus, ut se filiarum loco sentiant esse nurus. Thobiæ Chaldaica historia refert eum aduentantem nurum suam Saram his amicis verbis ac amplexibus excepsisse: Saluus sit aduentus tuus ô filia, Deo gratulor, qui te perduxit ad nos, tum etiam tuis parentibus.

Thob. xi.

Discaat etiam parentes non semper austerè & acerbè agendum esse cum liberis: sed aliquando aut dulciter acquiescendum, aut conniuendum prudenter in multis. Patres, inquit Apostolus, *Eph. 6.*
Colloc. 3. nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, ut nō pusillo animo fiant. Moderata enim tractatio liberos magis in officio retinet, adaugētque

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

- in illis obsequendi & studium & alacritatem: contrà, illiberalis austeritas ad contumaciam illos inflammat, & peruicaces adeo reddit, vt omne iugum excutiant.

3. Abiit itaque & colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem vt ager ille haberet Dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Eli-melech.

Iob. 7.

Non expectat otiosa de cœlis viætum, sed duro, honesto tamen labori incumbit, vt diuinis præceptis obaudiens, corpus exerceat, otium fugiat, & vitæ suæ necessariis prouideat. Spicas liquidem hiç inde sparsas colligere, in summis solis ardoribus, id quoque tota die, graue & operosum erat. Verùm, sicut auis ad volandum, sic se ad laborem natam rectè putabat. Ante hominis quidem lapsum, ne otio diflueret, honesto ac moderato laboris exercitio eidē incumbere præceptum fuit, quando iussus est operari ac custodi-re hortum Eden: at post peccatum dictum est illi: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es. Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. Ante noctam labor tatum erat ad honestam voluptatem: postea vero ad necessitatem, ærumnam, & peccati pœnam ordinatus est. Pigros per Salomonem ablegat Dominus ad formicas, vt ab eisdem laboribus viætum comparare discant. His enim

*Gen. 2. & 3.
Laboribus
huic vita co-
fusendum.*

Prov. 30.

Tullij ac Plinij sentētia, mira inesse videtur ratio,
memoria, cura. Semina quippe æstate collectā,
prius arrosa, condunt, ne rufus in fruges crescāt.
Madefacta imbre proferunt atque siccant. Ope-
rantur & noctu, plena luna: & sepeliuntur inter
se. De his Naso:

Metam. 7.

— parcum genus est, patiensque laboris,
Quæsitique tenax, & quod quæsita reseruet.

Basilius omnibus modis magnus, iis respondēs *In Ps. 14.*
qui queruntur, Heu quomodo viuam? quomo-
do nutriar? scribit: Habis manus, habes artem,
fac aliquid vnde mercedem capias. Multæ sunt
excitatæ parando victui exercitationes, occa-
siones multæ. At vires non suppetunt ferendo la-
bori idoneæ. Ne petere pigeat te ab opulētis pos-
sessoribus. Verū, turpe rogare. Turpius verò ac-
cepto fœnore, omnibus spoliari. Formica potest
neque rogans, neque mutuò accipiens nutriti. Et
apes proprij nūrimenti reliquias regibus gratui-
to condonant, quibus nec manus, nec artes natu-
ra dedit: tu autem industrium animal homo, vna
tantum ad vitæ usum viam reperire nescis? Qui *2. Thess. 3.*
non laborat, inquit Apostolus, nec manducet. Et
rursum: Qui furabatur, iam non furetur: magis *Eph. 4.*
autem labore manibus suis operando quod bo-
num est, vt habeat vnde tribuat necessitatem pa- *Exod. 20.*
tienti. Nouerat præceptum esse: Sex diebus ope-
raberis, & facies omnia opera tua. Itemque: Qui *Ecl. 28.*
operatur terram, saturabitur panibus; qui autem
sestatur otium, replebitur egestate. Anna sancti *Thob. 2.*
patriarchæ Thobiæ vxor, ibat ad opus textrinū
quotidie, & de labore manuum suarum victum

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Prouerb. 31.

*Epist. ad
Gaudent.*

*Sabellius lib.
2. exempl.
cap. 4.*

Ansel. Bern.

*Nicop. Cen-
dren.*

Epiphani.

*Eec. 33.
Ezech. 16.
Exod. 32.*

2. Reg.

*Serm. de S.
Andrea.*

quem consequi poterat, conferebat marito & se-
ni, & cæco. Prudēs ac optima materfamilias à So-
loimone dicitur, quæ siisse lanam & linum, ac ope-
ratam consilio manuum suarum: manum misisse
ad colum, & digitis apprehendisse fusum. Ad hęc
Hieronymus attendens, consulit Gaudētio patri,
ut infantulam Pacatulā iam à tenetis iubeat lana
facere, tenere colum, ponere in gremio calathum,
rotare fusum, stamina pollice ducere. Et quo iure,
quāve ratione, exemplo Ruthæ honestis ac utili-
bus laboribus sibi ac familiæ consulere detrecta-
bunt delicatæ ac molles mulierculæ, quantumuis
nobiles: cùm & beatissima Deipara tot patriar-
chis ac Regibus orta, tam Latinorum quam Græ-
corum patrum iudicio, in lana, lino, serico, &
byfso laborauerit?

Accedit his, quod qui omni cura vacant, &
negotio, qui otiosam ætatem sine ullo labore
traducunt, quælibet vitia facile admittunt. O-
tium enim alit omne flagitorum genus. Multam
malitiam ait Syracides, docuit otiositas. Iniqui-
tatis Sodomitanæ fons ac initium fuit abundatia
panis, & otium ipsius & filiarum eius. Hebræi
luxu ac otio vacantes in deserto, vituli simula-
cro diuinos honores per summum flagitium tri-
buere didicerunt. Dauid administrandi belli, re-
gnique positis curis, atque nimio otio affluens,
optimi ac fortissimi militis vxori stuprum intu-
lit, cum démque nefaria proditione ac perfidia in-
circuncisorum gladiis cadere iussit. Rectè do-
cet Bernardus malas cogitationes, atque demum
scelera, otio in animam irrumperet, sicut per na-

uis hiulcæ rimulam sensim aqua penetrat, qua tādem mergitur.

Deum immortalem, quantum etiam seculi sa-
pientes otiosis succenserit? Quibus verbis otium
trist.
damnant? Canit enim Publius & versibus, & e-
xemplis in otium:

Adde quod ingenium longa rubigine lœsum

Torpet, & est multo quam fuit ante minus.

Fertilis, aſſiduo ſi non renouetur aratro,

Nil niſi cum spinis gramen habebit ager.

Tempore qui longo ſteterit, male currer, & inter

Carceribus miſſos ultimus ibit equus.

Vertitur in teneram cariem, rimis que dehicit,

Si qua diu ſolitis cymba vacabit aquis.

Et idem rursum alibi:

*Lib. 1. de re-
med.*

Quæritur, Aegipius quare ſit factus adulter?

In promptu cauſa eſt, deſidiosus erat.

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,

Contemptaque iacent, & fine luce faces, &c.

Otium & reges, & prius beatas

Perdidit urbes.

Herodotus & Diodorus docēt olim inter Ae-
gyptios, otiosos tanquā reipublicā pestes capitū
dānatōs fuiffe. Valerius author eſt, apud Atheniē-
ſes inertia ē latebris ſuis in forum, perinde ac de-
lictum aliquod pertractā ac damnatam. Item A-
reopagos diligentissimē inquisiuſſe, quid quiſ-
que Atheniēnium ageret, aut quonam quæſtu
fusteraretur: vt homines honestatem ſequen-
tur, & vita rationē reddendā eſſe memores fierēt.
Maiſiliensē quoque omnibus qui per aliquā re-
ligionis ſimulationē alimenta inertie quærebant,

Lib. 2. cap. 6.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

suæ vrbis clausisse portas : mendacem & fucosam
superstitionem, vñâ cum otio, submouendam el-
se existimantes. Si idē ante aliquot annos in Ger-
mania, Gallia, Anglia, Scotia, Dania obseruatum
fuisset, tot apostatarum greges in summam orbis
perniciem nō emerfissent. Nec tot ex monasteriis
ac pres-byteriis trāsfugarum id est, Prædicatiū
& Ministrorum suorum, meretriculas, atque in-
umeros spurious, incredibili liberorum suorum
iniuria, hæreticorum auditores nutrire cogerent-
ur. Sed ad historiam redeundum.

*Accidit, inquit Samuel, vt ager ille haberet Domi-
num, nomine Booz, &c.* Ruthæ liquidem casu, for-
tuna, & præter expectationem accidit, vt in agrū
summi rectoris populi, affinis autē ac futuri ma-
riti incideret, spicilegium factura. Nihil de illo
vel tantillum cogitauerat: quin imò si agnouisset
agros ad principem pertinere, discessisset forsitan
ab illis quā longissimè, ne crabroneim irritaret,
leonémve (vt in prouerbiis fertur) stimularet. Id
est, Ne virum potentem ac diuitem in suum exi-
tium prouocaret. Dei autem consilio ac prouidé-
tia effectum esse, vt in agros huiusmodi viri quasi
manu duceretur, nemo dubitabit, qui & foliorū
cuiusque arboris, & liliorum agri, & volucrum
cœli, & capillorum ceruicis humanæ illum curā
habere ex sacris literis sibi persuaserit. Illa igitur
eo Dei nutu ac potestate quo mundus admini-
stratur, in agro optimi iudicis & affinis *Post terga
metentium spicas toto die collegit:* & cibo, potuque de-
mùm refocillata, item multis bonis onerata so-
crui suæ prouidit. Talia sunt diuinæ bonitatis
opera,

opera, tales benedictiones, in eos, qui plena fide totos ei se se cōmittunt, ab illo toti pēdēt, in eū sperant, eum in miseriis ac necessitatibus suis humili animo inuocant. Spera itaque in domino, & fac bonitatem, inhabita terrā, & pasceris in diuitiis eius. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Immaculati non confundentur in tépore malo, sed in diebus famis saturabuntur. Iacta in dominum curā tuam, & ipse te enutriet.

Ps. 36. & 54.

Hæ promissiones quibusdam clarissimis exemplis, veluti sigillis cōfirmantur. Helias crudelissimæ proserpinæ Iesabelis furorem fugiens, cum se breui moriturū existimaret, sibi ab angelo conuiuolum paratum reperit. Daniel ob preces ad Deū verum fusas, leonibus adiudicatus & traditus, miraculò seruatus est. Iterum feris datus, allato opera angelii Abacuc cum prandio, quasi ē cœlis pascitur. Moses gregem seruans in desertis, diuinam visionem, & sacri populi principatū cōsequutus est. Thobias patri obaudiēs, viæ duntaxat ductorem quærens, angelum Raphaëlem obuiū, & suæ peregrinationis lociū, ac salutis propugnatorē inuenit. Samaritana frigidā corporeā optās, ad aquas salientes in vitā æternā, imò & ad ipsum totius salutis humanæ fōtem peruenit. Quis hæc beneficia, ac munera prorsus diuina fuisse non agnoscat atque profitebitur? Quis fallaci, volucrī, ac cæcæ fortunæ hīc relictus locus?

3. Reg. 19.

Dan. 6. &

14.

Exod. 5.

Thob. 4. &c.

10. 4. &c. 7.

4. *Et ecce Boos veniebat de Beth-lehem, dixitque
Meſoribus: Dominus vobiscum. Responderunt eis:
Benedicat tibi Dominus.*

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Chaldaeus Paraphrastes habet: *sit vobis auxilio Verbum Domini.* Cæterum, prudentis & diligentis patris familias officium præstat Boozus, dum messores sedulò visitat, & quomodo colligendis frugibus quisque eorum incumbit explorat. An omnes quos conduxerat adfint, an segnes quidam & desidiosi iaceant considerat. Etenim dominorum præsentia ad res domesticas bene gerendas magnopere conducit. Hinc vulgare proloquium: *Oculus domini impinguat equum.* Plinius scribit: Maiores fertilissimum in agro oculū domini esse dixerunt. Aristoteles refert quendam rogatum, quod stercus agris optimū esset? respondit: *domini vestigia.* Quamtu[m] fidos habeas famulos, omnia tamen te absente, negligētius facient. Liuius appositè dixit, Non satis fœliciter procedere, quæ alienis oculis ac manibus administrantur. Et Tullius: Diligētia comparat diuitias: negligentia corrumpit animum.

Ad Herennium.

Matth. 13.

Gal. 1.

Act. 20.

Matth. 25.

26.

Mar. 13.

Luc. 12.

Io. 10.

Hæc quoque ad Regum, Magistratum, Episcoporum munera transferri possunt: qui si alienis operibus utatur, ipsi interim voluptatibus indulgeat, & se, & suos perdunt. Dum dormiret paterfamilias, inquit Euāgelista, inimicus homo superseminavit in agris zizania. Alibi proficidente Paulo, pseudoapostoli Galatarum fidem labefactarunt. Post discessum meum, inquit ad seniores Ephesiorum, intrabunt inter vos lupi non parcerunt gregi. Ideò toties Christus vniuersis, præsernit mundi rectoribus inculcat: *Videte, vigilate, orate.* Optimos pastores vult ante commissas sibi oues egredi, eas nominatim vocare. At quomodo

huic præcepto parebunt, qui plura sacerdotia vennantur, emunt, rapiunt? Qui quāto possunt viliori pretio ac tenuiori mercede, pauperculos vicarios his præficiunt? Residentiam (ut vocant) personalem esse iuris diuini, definierunt vniuersalia totius ecclesiæ Christianæ concilia: quo igitur iure sua nobis de nunquam residendo obtrudent diplomata?

Concil Tri-
dent. Sess. 6.
¶ 23. cap. I.
de reform.

Booz rursum humanissimum & piissimum virū
se præbet, cùm seruos conductios comiter salu-
tat, eisque in nomine *Verbi Domini*, id est, venturi
Messiæ, benè precatur: Serui quoque vera pietate
prædicti apparēt, cùm vicissim cum saluere iubēt,
& cuncta fausta & prospera per Dcūm Israēlis ei
oportant. In his autem primò obseruandum aduer-
sus Iudæorum infidelitatem, hīc nō obscurè tra-
di diuinatum personarum pluralitatem. Verbum
enim Dei hīc non euangelicentem sonū significat,
nec aliquam vocem ex aëre moto: sed personam
suis proprietatibus à patre distinctam, quæ tamē
potestate, voluntate, scientia, natura, atque substā-
tia prorsus cum illo sit eadem. Hoc est namque
Verbū, de quo Dauid: Verbo Domini cœli firma-
ti sunt. Ergo verbū cum patre vim habet creandi.
Saluat quoque & corpora & animos. Misit (in-
quit) Verbum suū, & sanauit eos. Verbo Dei cre-
dimus aptata esse secula. Verbo, inquā, illo, quod
erat in principio apud Deū, & deus erat Verbum.
Quāuis enim Moses, cæterique Prophetæ, minus
clare atque evidenter de hac personarum diuinā-
rum distinctione ac pluralitate scripserint, ne
populus ad idolatrias plus æquo proclivis,

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Gen. I.

Gen. 5.

Isa. 7.9.25.

Ps. 2. 4+71.

109.

Salutandum
libenter.

plures esse Deos suspicaretur: sapientes tamen ac prudentes inter illos non omnino latuit hoc mysterium. Nam Geneseos initio dicitur, In principio creauit Elohim (Dij.) cœlum & terram. Nomen plurale adiectum verbo singulari, eò quod tres hypostases diuinæ, eadem virtute hoc mundi theatrum fabricauerunt & erexerunt. Paulò euidentius in hominis creatione manifestantur. Faciamus (inquietabant) hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et quum ē paradiſo propter peccatum suum Adam homo eiiceretur, iterum aiunt: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Quorsum hæ phrasæ faciamus, nostram, unus ex nobis, si non sunt inter se reapsæ distinctæ plures hypostases? Deinde frequenter à Prophetis Messias appellatur I E H O V A, ornatürque diuinis prorsus operibus, proprietatibus, nomenclaturis. Constat verò illum aliam esse à patre personam, quod nec Iudæi inficiantur. Sunt itaque plures diuinæ hypostases, in vna, eadem, ac simplici deitate.

Obseruandum secundò Boozi exemplo nobis obuios libenter & humaniter salutandos esse. Incredibile dictu, quantum ad conciliandos animos, fouendam amicitiam, lites compescendas, inimicitias denique sepeliendas id valeat. Benignè salutare, & comiter appellare vnumquenque, non solum piorum hominum vetustissimus mos est: sed & angelorum, quoties ferè à Deo, ad mortales missi fuerunt. Demùm, opus est ac effectus eius charitatis & dilectionis, qua tan-topere nos inuicem complecti Deus præcepit.

Angelus Gedeonem frumenta excutientem his *Iudic. 6.*
 verbis salutauit. Dominus tecum, virorum for-
 tissime. Raphaël seniorem Thobiam hoc ser- *Thob. 3.*
 mone conuenit: Gaudium sit tibi semper. Et
 Gabriel beatissimam Deiparam saluere iubens,
Luc. 1.
 ait: Aue gratia plena, Dominus tecum. Paulus
 & alij Apostoli, initio ac fine suarum epistola-
 rum, his ad quos scribunt nunc generaliter, mox
 quibusdam etiam nominatim salutem dicunt.
 Iussum quippe sibi fuisse meminerant: Cùm in- *Luc. 10.*
 traueritis domos, dicite: Pax huic domui: Et ne
 inane tantum verborum strepitum aestimaretur
 hæc salutatio, Christus aperte subiicit efficacissi-
 mam fore his, qui digni essent. Si ibi fuerit filius
 pacis, requiescat super illum pax vestra. Christus
 ipse totius virtutis, ac virtutæ honestæ lucidum e-
 xemplar & speculum, non est dedicatus mulier- *10. 20.*
 culis dicere: Auete. Et discipulis semel & iterum:
 Pax vobis. *Luc. 14.*

Peccant verò in hoc pietatis Christianæ præce-
 ptum, etiā hac tépestate plurimi. Primo, quidā aut
 nobilitatis suæ opinione, aut dignitatū præemi-
 nentia, aut diuinitatū copia inflati buffones, cùm
 plebeios sibi obuios, demisse salutantes, eos com-
 muni salutatione indignos arbitratur. Splendorē
 pomparū suarū instar alterius Nabuchodonoso-
 ris, aut Herodis tantū mirantur, ac propemodū a-
 dorat: cæteros homines tanquā fauillam aut lutū
 aspernantur. Hinc autē, & in Deum delinquent,
 & sibi odium, contemptum, ac inuidiā apud pios
 omnes pariunt. Christo, si superis placet, nobilio-
 res sunt, aut angelos dignitate præstant.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Peccant secundò scelerati tradidores, quādō verbis in speciem pacificis, dulcioribus, & obsequiosis alios conuenientes, circumueniunt, ac crudeliter trucidant. Altera manu ferentes lapidem, altera panem ostentantes. Hoc morbo aulicos prefertim laborare, & quotidianus euentus, & Ioabi olim euicit perfidia. Qui Dauidis regis sui eminentia authoritate, Abnerum reuocás ab expeditione, cūmque pacificis verbis conueniens, ferro incautum transuerberauit. Pari fraude Amasan alterum ducem neci tradidit, gladio in eius ventrē adacto, cum pro more gentis, altera manu apprehensa barba, eundē se osculari fingeret. Dixit, Salue mi frater, ei quem trucidare festinabat. talibus insidiis, periurique arte Sinonis, nūc in aulis Regum luditur.

2. Reg. 3.
2. Reg. 20.

Luc. 10.

Serv. 42. de
Sanct.

4. Reg. 4.

Peccant tertio infœlices Anabaptistæ dicentes nullos obuios salutatione impertiendos esse, eo quod Christus aliquādo discipulis dixerit, Neminem per viam salutaueritis. Verum, hac prohibitione tantum volebat eos nihil facere mudi amicitiam, non ambire fauores & honores: sed pluris existimare munus euangelizandi sibi creditū, quam vniuersorum hominum amorem ac obsequia. Præcipit, inquit Augustinus, nos festinanter agere iniuncta, tanquam si diceret: Omnia prætermittatis, dum quod iniunctū est peragatis. Aut sic pro festinationis exaggeratione dictū est: ita currite, sic agite quod iniunxi, ut ne minimū quidem vos retardent agentes: sed omnia contemnentes, ad finē propositum festinate. Eodem pæsto Helisæus prohibēs seruo ne obuios etiā salu-

tantes resalutaret, solum iubebat eū tāta diligētia accingi ad opus, tamque promptē obedire, ut nullis fabulis in via occuparetur. Damnauit quoque Dominus Pharisæorū vanæ gloriæ immoderatam appetentiā, qua honorificas hominū salutationes in foro venabantur: sed officiosas salutationes quibus inuicem honore preuenimus, ac bene precamur, non prohibuit. *Matth. 23.*

Peccant denique nostrates Caluiniani, qui à nobis fratribus, ac sacerdotibus aliquando saluere iussi: (nam & Dominus proditor atque apostatae dixit, Amice, ad quid venisti? Præcepitque, carbones ignis congerere in capita inimicorum) aut dentibus frendent in nos, aut conuicii ac maledictis consestantur, aut denique, vbi fortiores evaserint, pugnis & calcibus pro sua euangelica modestia, & defecata religione, obuerberat. Quid ni scribam, quæ ab his reformatis scilicet, atque mortificatis nouis euangelicis, crebrò sum expertus & passus? Sed his valere iussis, ad Boozi virtutes reuertor. *Matth. 26.*
Rom. 12.

Seruos egregiè fideles comiter appellans, ac benignè salutans, ostendit quo loco sint habendi à dominis: nimirū vt fratres in Domino, ac coheredes vitæ æternæ, quod tertio loco præsertim obseruatione dignum videbatur. Natura enim illis eadem est cum dominis, tametsi inter homines diuersa sit conditio. Non sunt itaque habendi velut rudera, ligna, pecora: sed humaniter trāstandi. Non oportet Christianum (scribit Augustinus) sic possidere seruum, quomodo e-
• quam aut argentum. Si enim homo hominem *Lib. 1. de Serm. Dom.* *cap. 36.*

COMMENT. IN LIB. B. RVTH

tāquam semetipsum diligere debet, & ab omniū
 Domino etiam hostem infestissimū amare iube-
 tur: cur hominem seruum, imò fratrē dies nōt̄ēs-
 que operibus suis inuigilantem contemneret: Ei-
 dem Augustino, & Tullio mirificè placet hoc pa-
 radoxon: Bonus etiam si seruiat, liber est: malus
 etiam si regnet, seruus est. Nec vnius hominis, sed
 quod grauius est, tot dominorū, quot vitiorū. Iob
 profitetur se tanta humanitate cū seruis vixisse, vt
 ab eis in ius vocatus, iudiciū subire non detrecta-
 verit, tametsi illorū prouocationē cōtemnere po-
 tuisset, ac iure emptionis in eos durius agere. Si
 contépsisti (inquit) iudiciū subire cum seruo meo,
 & ancilla mea, cū disceptarēt aduersum me. Quid
 enim faciā cū surrexerit ad iudicandū Deus: &
 cū quæsierit, quid respondebo ei? Deus in ser-
 uorū gratiā multa in lege cōstituit. Qui percusse-
 rit seruum, vel ancillam virga, & mortui fuerint
 in manibus eius, criminis reus erit. Et rursum: Si
 percusserit quispiā oculum serui sui aut ancillæ,
 & luscios eos fecerit, Dimittet eos liberos pro o-
 culo quem eruit. Dentem si excusserit, similiter di-
 mittet eos liberos. Iussit quoque diebus sacris ser-
 uos, & ancillas feriari, vt cultui diuino darēt ope-
 ram. Si est tibi seruus fidelis, ait Sapiens, sit tibi
 quasi anima tua. Et Apostolus: Domini, quod iu-
 stum est & æquum seruis præstate, quoniam &
 vos Dominum habetis in cœlo. Dux Amalechi-
 tarum qui seruum ægrotantē in via aut fame per-
 turum, aut dentibus ferarum laniandum relique-
 rat, immanitatis suæ pœnas dedit, cū Dauid di-
 uinæ vindictæ exequitor, illius opera est vsus ad
 internacionem totius prædonum exercitus.

Exod. 21.

Exod. 20.

Ecl. 33.

Coloc. 4.

3. Reg. 2.

Causam seruorum contra dominorum sauitiam perorantem Senecam adiiciam. Lucilium cum seruis suis, atque filiis liberaliter viuentem, his alloquitur: Hoc prudentiam tuam, hoc eruditio[n]e decet. Serui sunt? imo homines. Serui sunt? imo contubernales. Serui sunt? imo humiles amici. Serui sunt? imo conserui, si cogitaueris tantum de in utro[s]que licere fortunæ. Itaque rideo istos, qui turpe existimat cum seruo suo cœnare. Quare? Nisi quia superbissima consuetudo cœnant[ur] Dominum stantium seruorum turba circumdedit. Damnans postea proverbiū istud, Tot hostes, quod serui, subiungit. Non habemus illos hostes, sed facimus. Vis tu cogitare istum quem seruum tuum vocas, ex hisdem seminibus ortum, eodem frui cœlo, æquè spirare, æquè viuere, æquè mori? Tu tam illum ingenuum videre potes, quam ille te seruum. Contemne nunc eius fortunæ hominem, in quam transire potes. Quoties in mentem venerit, quantum tibi in seruum licet, veniat in mentem tantumdem in te Domino tuo licere. At ego (inquis) nullum habeo Dominum. Bona ætas est, forsitan habebis. Nescis qua ætate Hecuba seruire cœperit? qua Crœsus, qua Darij mater, qua Plato, qua Diogenes? Colant te serui, potius quam timeant. Haec tenus ille.

Obseruandam postremo, apostolica traditione nos in sacris Eucharistiæ mysteriis, eadē salutationis forma vti, qua Boozus seruos suos cōuenit, dicēs, Dominus vobiscum, dum celebrantes, populū fidelem salutamus. Ex quo discere debent Sectarij omnes sanctos Missæ ritus, ex sanctis scripturis

Epist. 47.

COMMENT. IN LIB. D. RVT

desumptos fuisse, & ab ipsis Apostolis diuina au-
 thoritate toti Ecclesiæ traditos. Paulus similibus
 verbis & Thessalonenses & Timotheum salu-
 tat, dicens: Dominus sit cum omnibus vobis. Do-
 minus Iesus sit tecum. Quin & Gabriel Deiparam
 primò eisdē conuenit, Dominus tecū. Nū igitur
 verbū Dei reprobant, cùm in vniuersum dānant
 Missæ apparatum? Sed ostendamus Apostolos
 sanisse, vt sacerdos stans pro artis hac prece po-
 pulū saluere, & orare iuberet. Amplissimus Apo-
 stolicarum traditionum testis Clemēs Rom. scri-
 bit illos constituisse: ὁ ἐπίσκοπος εἰπάτω. οἱ εἰρήνη^{τῶν θεῶν} εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν. Καὶ πᾶς ὁ λαός λεγέ-
 τω. Καὶ μετὰ τῶν πνεύματος σύ. Episcopus dicat,
 Pax Dei sit cum omnibus vobis. Omnis autem
 populus dicat, Et cum spiritu tuo.

*Lib. 8. const.
apost cap. 12.
in translat.
Turriana; &
15. in Osti-
nenſi.*

*Lib. Eccl.
hier. cap. 3.*

Alius earumdem ordinationum certissimus.
 laudator Dionysius Areopagita, inter ritus cele-
 brandæ synaxeos ab Apostolis constitutos referit:
 Veneradus antistes orationem sanctissimam per-
 agens, Pacem sanctam omnibus nunciat, & cum
 se mutuō omnes salutauerint, mystica sanctorum
 recitatio fit. Aliquanto etiam post, explicans in
 theoria quid sibi velit hæc mutua Sacerdotis &
 populi salutatio, subiungit. Porrò sanctissima
 consalutatio idcirco celebratur, sanctorūmque
 descripta nomina mysticè prædicantur, quod
 fas non sit eos ad vnum colligi, atque vnius il-
 lius pacifica coniunctione frui, eiisque partici-
 pes fieri, qui aduersum seipso dissident atque di-
 uisi sunt.

Tertius ipsarum constitutionum non tantum

assertor & vindex, sed & author, est D. Iacobus
frater Domini nuncupatus, qui in Liturgiæ à se
condita forma, octo locis constituit Sacerdotem
populum salutare dicendo : Pax omnibus vobis;
ipsumque populum respondere : Et cum spiritu
tuo. Basilij, Chrysostomi Liturgia, ac Cyrilli Ca-
techeses testes sunt hanc salutationem ab vniuer-
sis Ecclesiis cōseruatam, ad nos usque peruenisse.
Huius rursus sanctæ precationis frequenter in
scriptis suis meminit idem Chrysostomus, Ho-
milia 32. in Matthæum : Homilia 3. in Epist. ad
Colossenses: Homilia 36. in primam Epist. ad Co-
rint : Homilia 18. in 2. Epist. ad Corint : Homilia
18. in Acta.

Exstat quoque forma Missæ Æthiopum, id est,
eorum Christianorū, qui sub imperatore Æthio-
piæ (quem preciosum Ioannem vocant) viuunt, in
qua octies sacerdos populum saluere iubet di-
cens, Pax cum omnibus vobis. Dominus sit
vobiscum. Resalutatur quoque à populo, d.
Et cum spiritu tuo. In Anaphora Basilij ma-
gni recens ex Syriaca lingua per Masium Latio
donata, septies repetitam eamdem compreca-
tionem reperies. Huius quoque ante mille &
quadringentos annos meminit Sother Romanus
pontifex & martyr. Hinc Missam oppugnatu-
rus Georgius Maior, coactus est fateri, hanc salu-
tationem mutuam Presbyteri ad populum, &
populi ad Presbyterum veterem esse, diuque
visitatam fuisse apud Græcos. Quibus ver-
bis scipsum unà cum Sacramentariis, sacrilegij &

*Refutat. pro-
phanat. cana-
dom.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH
impietatis alligat: qui eandem reprobant ac tol-
lunt.

Constat denique rusticos, plebeios, artifices, seruos, non parum animis recreari & exhilarari, quando à nobilibus, diuitibus, clarisque hominibus amicè ac benevolè appellantur. Attendent se ab his non contemni, sed pro fratribus ac conservis aestimari: ac ideo alacriores & promptiores suscepimus laborem persequuntur, sortemque suā æquiore animo ferunt. Boozi siquidem messores non dissimulant Domini salutationē sibi gratissimam fuisse, cùm vicissim eum resalutant, *Benedic tibi Dominus. Quibus verbis cuncta fausta & felicia eidem precantur à Domino. Atque in his exēplum habent serui quid Heris debeat: & inercede conducti, qua fide & diligentia oporteat illos operi incumbere.* Agar iure affligitur, demumq; domo Abrahæ cùm filio expellitur, eō quod dominam suam Saram nec obseruaret, nec audiret. Serui inquit Apostolus, obedite dominis carnibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi. Et rursus. *Quodcūque facitis ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus, scientes quod à Domino accipietis retributionem hereditatis.* Sed de seruorum ac mercenariorum officiis paulò post commodius ac fusius dicetur.

Gen. 16.

*Ephes. 6.
Colos. 3.*

5. *Dixitque Boozi iuueni, qui messoribus praeerat. Cu-*
6. *ius est hæc puella? Cui respondit. Hæc est Moabitæ, que venit cum Nöëmi de regione Moabitide, &*

rogauit ut spicas colligeret remanentes seques mes-
sorum vestigia: & de mane usque nunc stat in agro,
& nec ad momentum quidem domum reuersa est.

Diligentissimum patrem familias fuisse Boo-
zum, totamque familiam suam recte ac or-
dine instituisse vel inde apparat, quod messorum
turbis seruum unum sibi magis exploratum & fi-
dum, tanquam oeconomicum prudentem & soler-
tem praefecisset: qui in absentia heri omnibus in-
vigilaret, omnes in officio contineret, rem fami-
liarem tutaretur, & de vniuersis Domino ratio-
nem redderet. Hunc vocat Iosephus ἄρχον-
τον, id est agri praefectum. Alij villicum nomi-
nant. Quemadmodum in exercitu imperatoris,
aut alterius ducis cuiusdam praesentia omnino ne-
cessaria est, ut omnia ordine gerantur: sic in am-
pla familia, & copioso seruorum numero necesse
est quemdam praefici exactorem operum, qui cuique
praescibat, alias vniuersa susque deinde fereretur. A-
braham seruorum suorum seniorem, & egregiem
fidelem nomine Eliezer, cunctis aliis prae posuit, Gen. 24.
eidemque & familiam, & vniogeniti filij sui Isaac
nuptias commisit. Putiphar Iosepho adeo credi-
derat omnia que ad domum suam pertinebant,
ut nihil proflus de rebus suis domesticis sollici-
tus esset. Eadem postea & Pharaon totius aulae sue
ac regni negotia commisit. Nabuchodonosor to-
tius monarchiae Chaldaeorum clavum Danieli, &
tribus sociis tradidit. Sibam Saulis quondam ser-
uu, domui Miphiboseth Dauid praefecit, iussitque
ut vna cum quindecim filiis ac viginti seruis quos Dan. 2. Gen. 39.
2. Reg. 9.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

domi habebat, eius agros coleret, fractus in horrea comportaret, & totius familiae illius curam haberet.

Seruorū tres ordinēs.

Digestus de peculio, l.

Sticho.

De iniurīis l.l.

3. Serm.

Satyr. 7.

In Catil.

*Seruū vti li-
cium.*

Porrò huiusmodi seruos leges humanæ vocant ordinarios. Nam tres ordines famulorum consti-tuunt. Primum Ordinariorum, eò quod habeant designata sibi certa quædā & ordinaria munera, ut alij sint futores, alij villici, alij penum curent, a-lij cubiculum, &c. His permittunt aliquid possi-dere peculij, vnde in rem suam negocientur. Se-cundum, Vicariorum, eò quod maioris serui in fa-milia vices interdum gerant. Hi non habent cer-tum ordinem in domo: sed quicquid iubetur ca-pessunt. De his Horatius: Siue Vicarius est qui seruo paret, seu conseruus. Et Martialis: Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse. Tertium seruo-rum genus Mediastinorum vocauerunt. Sunt ve-rò qui domum verrunt, efferunt fordes, aquam hi-gnaque comportant, & semper versantur in me-dio, ut etiam vilissima quæque ministeria obeant. De his Tullius: Magnopere contemno exercitum collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxu-ria, ex rusticis mediastinis decoctoribus, &c.

Ex his autem apparet, vsum seruorum ad rem domesticam administrandam, seruandam, & ho-nestè augendam, viris nobilioribus aut ditionibus licitum esse: contra Anabaptistarum errores, qui autumant omnes æquales, omnes eiusdem ordi-nis esse ac gradus, & neminem debere alteri sub-esse, aut inseruire. Nam præter superiora testi-monia & exempla, sacræ literæ referunt Iobum Deo tantopere probatum, familiam multam ni-

mis habuisse. Ne quadraginta quidem famuli tot *Iob. 1.*
 millibus ouium, boum iugis, camelorum, atque
 asinarum operibus satis inuigilassent. Iacobum c-
 tiā recitant tam copiosum numerum liberorū,
Gen. 32.
 seruorum, ancillarum, & armentorum possedit,
 vt inde aliquot eximias turbas conficeret. Dauid,
 Salomon, Ezechias, Iosias, & alij pīj principes, ope-
 ra seruorum rectē vīi sunt. Iacob quatuordecim *Gen. 29.*
 annos seruiuit Laban. Moses Iethronis Madiani-
 tæ gregibus quadraginta annis inuigilauit. Ser-
Exod. 21.
 uos & ancillas siue contribules, siue ex gentibus
Deut. 15.
 sibi cōparare Hebræis à Domino permissum le-
 gimus. Centurionem non reprehendit Christus
 quōd seruum haberet, sed potius pietatem ac fi-
 dem eius laudauit. Quid ergo obganniunt fana-
 tici, alterum alteri inservire non debere? Quid
 totius vitæ humanæ ordinem confundunt ac per-
 turbant?

Cūm autem prudenter Boozus seruum percū-
 statur, *Cuius est hac puella*, videlicet aut vxor, aut
 filia, aut ancilla? periugilis atque optimi Domini
 munus peragit. Videt mulierculam esse iuuencu-
 lam, vegetam, præstantis formæ, ex habitu coniic-
 cit ethnicam, ac proinde & legis diuinæ ignaram,
 & facile meretricari posse. Meritò itaque perqui-
 rit: *Quid puella?* Cuias est? quid in agris suis, pone
 famulos quærat non conducta? vt omnem peccā-
 di occasionem à domesticis suis tollat. Memine-
 rat quām fœdorum lapsuum causæ fuerant filiis
 Seth, Iudæ patriarchæ, Samsoni, & cūctis Israëli-
 tis dissolutæ atque impudicæ mulieres. Daui-
Gen. 6.
Gen. 38.
Num. 25.
 di & Salomoni mulieres maiorem cladem

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

attulerunt, quām maximi & instructissimi hostiū exercitus. Nouerat quoque tum iuuentutem, tum seruilem conditionem vltra modum procluem, & promptam esse ad luxuriam: ideo his prospicere studet. Temporibus quidem messis ac vindemiāe multa permituntur operariis, ad mitigādos labores suos: sed non vult homo prudentissimus, suos hac abuti licētia. Ergo patresfamilias ac Domini, salutem seruorum & ancillarum suarum magna cura & diligētia compleēti debent, hāncque quibuscumque possunt modis promouere. De hoc enim mandatum habent à Deo, cui aliquādo sunt reddituri rationem. Pracipit lex vt diebus sabbathorum illos feriari permittant, vt possint diuino cultui, & saluti suā vacare. Dauid seruos impuros aut impios à se longē alegauit. Dicit enim: Oculi mei ad fideles terre, vt sedeant mecū: ambulās in via immaculata hic mihi ministrabat. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiā, &c. O quām fœliciter ageretur cum principibus, atque omnibus qui familiis præsunt, si hanc Dauidis diligentiam imitarentur! Constantinus magni Constantini parens, omnes eos qui in sui gratiam Christianam religionem eiurant, domo, aulāque expulit: prudenter arbitratus eos nunquam sibi fore fidèles, qui Dei sui tam prompti fuerant desertores. Theodorus lector scribit Theodericum Vandalorum regem Arrianum, diaconum quemdam Catholicum, antea sibi charissimum, capite damnasse, quòd vt ei gratificaretur, Arrianus impietati subscriptisset. Exprobrabat verò illi: Si fidem Deo non seruasti, quomodo homini

*Deut. 20.**Leuit. 20.**Ps. 100.**Cassiod. lobb.
2. bīft. strip.*homi
abho
non bSi
tionē
non i
cius p
Qua
suo &
tatis c
abieē
bus,
perce
quòd
fugisi
nim i
selyta
quan
taten
boril
quida
cas la
tiām
infra
haber
intul
dom
bus
rimaE
dē
uer

homini synceram conscientiam seruabis? Itaque abhorrent etiam infideles & tyranni à seruis, qui non bona fide & conscientia ducuntur.

Simpliciter & aperte de Ruthæ genere, conditione, modestia, & diligentia seruus respondet: non inuidorum more, laudes eius extenuans, aut *Rutham cele-
cias pauperiem vel peregrinitatem exprobrans. brat seruus
Quam suis opibus iuuare non potest, Domino Booz.*

suo & diuiti, & pio commédat: quod magnæ pietatis officium fuit. Sæpe etenim tenuioris atque abiectæ fortis homines, à famulis cōram regibus, & viris claris laudati, magna commoda percepérunt. Laudat verò illius in primis fidem, quod relictis superstitionibus Moabiticis, confugisset ad religionem synagogæ. Addidit enim iuxta paraphrasten Chaldæum, *venit & proselyta facta est.* Deinde, obseruantiam in socrum, quam nunquam deserere voluisset. Postea pietatem, cum eamdem anum imbecillam suis laboribus fouere studearet. Ad hæc, modestiam, quod non nisi prius accepta ab illis venia, spicas legeret. Postremò, sedilitatem ac diligentiam: quoniam à prima luce usque ad vesperam, infracto animo spicilegio incubuisse. Hebræi habent, *quod sedit in tugurio, perpusillum est.* Quasi intulisset seruus. Hinc certum & euidentis est, eam domi otiosam nunquam degere, nec totis diebus è fenestris prospectare, ut assolent plūtimæ.

Ex his porrò mecum aduette, quām commōdē à Menandro scriptum fuerit, *Μαργέιος ὅσιε μαργείοις ὑπερέται,* Beatus est, qui beatis seruit.

COMMENT. IN LIB. D. RVTM

Eccles. 10.

Et iterum : Ως ὑλὴ μάλα δισπότες χριστοὶ τεχέν.
 Quām suave est seruo bonum Dominum nancisci!
 Inde Syracides: Secundum iudicem populi, sic
 & ministri eius. Boozus enim pius, seruos habet
 modestos, prudentes, humanos, continentes, &c.
 Ruthae miserti, eā in agris admiserant; eā nō irrise-
 rāt ut peregrino cultu, lingua, moribūsve prēditā;
 de stupro non interpellarant, sed potius pios la-
 bores eius apud Dominum comprobant: quibus
 omnibus mirificè delectabatur pius senex. Rari
 nunc in aulis, & domibus magnatum sunt eius-
 modi famuli. Malunt plurimi Holofernīs potius
 quām Boozi seruos imitari: qui inuentam
 Iudith, ad eum tanquam impurissimi lenones, in
 totius exercitus Chaldaīci exitium perduxerunt.
 Seruos referunt Pharaonis, qui Saram vxorem A-
 brahæ raptam Domino suo tradiderunt, facti il-
 lius (quantum in ipsis erat) adulterij & turpitudi-
 nis ministri. Multi non sunt absimiles seruo An-
 næ pontificis, qui gratiam & fauorem crudelissi-
 mi Domini, crudeliter sœuiendo in Christum am-
 biuit.

Iudith 10.
Gen. 12.

Joh. 18.

Sunt & inter seruos nobiliū ac diuitū adeò per-
 uersi, vt nō nisi mordacitate gaudeat, studeantq;
 famā illorū arrodere & denigrare, quos suis do-
 minis ob res bene gestas chariores esse conspex-
 ent. Illos simplicibus atque quietis infensos red-
 dere satagunt, & ad scortationes, adulteria, sacri-
 legia, rapinas, homicidia, & quēlibet scelera auda-
 cissimos. Seruos nunc multos videoas, vel potius
 impurissimos nebulones, qui si puellā obuiam ha-
 buerint solam, vim adferunt; alios sicut equos &

mulos quibus non est intellectus, ad cuiuslibet mulierculæ aspectum hinnire, &c. Tales omnem iram Dei, omnem maledictionem, omnem infœlicitatem in caput suum, ac familiæ in qua impunè degunt, citissimè accersunt.

*Psalm. 31.**Hierem. 5.*

Contrà verò, ob Iacobi & Iosephi pietatem & *Gen. 30.*
virtutē, domus Labā & Putipharis in quibus ser-
uierūt, Deus omni benedictione cumulauit. Naa- *4 Reg. 5.*
man quoq; piam habēs in famulatu Israëlitidem,
seruōsq; moderatos, horū consiliis & operibus à
lepra curatus fuit. Volaterranus scribit, omnes *Lib. 30. phi-*
probos fuisse principes, qui quamquam ipsi ma-
li, probos apud se seruos & administrós habue-
runt: contrà verò, bonos natura principes ne-
quaquam bene rem publicam administrasse, qui
malis seruis se suáque commiserunt.

lologie.

Habent etiam pauperes & mendici quid in Rutha imitari debeant. Non furari; non in-
uitis diuitibus, agros, hortos, horréaque illo-
rum intrare; non fruges, poma, legumina, fru-
ctus decerpere; non sepes, saltúsque destruere,
aut alia dāna inferre. Meminerint semper sibi ac
omnibus à Domino prohibitum: Non furtum
facies. Non concupisces rem proximi tui. Et
ab Apostolo scriptum: Neque fures, néque rapa-
ces regnum Dei possidebunt. His enim arti-
bus nunquam ditescent: quoniam authore So-
lomone, qui rapiunt aliena, semper in egestate
sunt. Verum, inuocato diuino numine, dies &
noctes laborent, sicut Rutham fecisse audiunt.
Nam vt egestatem operatur manus remissa, sic *Proverb. 10.*
manus fortium ac sedulorum diuitias parat.

*Exod. 20.**1 Cor. 6.**Proverb. 11.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Pion. 28.

Qui operatur terram, satiabitur panibus: qui autem
lectatur otium, replebitur egestate.

7. Et ait Booz ad Ruth. Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendū, nec recedas ab hoc loco; sed iungere pueris meis, & ubi messuerint sequere.
8. Mādaui enim pueris meis, ut nemo molestus sit tibi.
9. Sed etiam si fieris, vade ad sarcinulas, & bibet aquas, de quibus & pueri mei bibunt.

Vel hinc clarum & certum est Boozum virum humanissimum, & suauissimis moribus praeditum fuisse: quando Iudaeus ethnicam, natu majoriuniorem, iudex ac princeps populi pauperculam peregrinam, & ditissimus egenam amicissimis & blandissimis verbis prior salutat & alloquitur. Filiam autem vocat tum etatis, tum principatus ratione. Eximum honoris ornamentum, ac virtutis insigne prisci existimauerunt nomen Patris patriæ, & Patris populi suis acquirere laboribus. Refert Tranquillus DOMINI nuncupationem, Romanis rerum quondam dominis, adeò inuisam fuisse, ut ne Augustus quidem à domesticis eadem se vocari passus sit. Plinius iunior magnam principis laudem putat, vt pater patriæ vocetur: illad beneficiis in populum mereatur, antequam accipiat. Eos non armis, non praesidiis militaribus tanquam seruos: sed humanitate, benevolentia, & pietate, tanquam filios regat ac moderetur. Similis est namque Aristotelis iudicio, comparatio regis ad subditos, patris ad filios,

*Principis sit
pater patriæ.*

In Off.

*Panegyr. ad
Trajan.*

Ethic. 8.

pastor
triumph
PATRI
grauid
hoe cl
chus. C
R
Non
uere &
siue n
lat , 1
in pa
liberc
uatæ
latur
piens
prop
filios
Dion
& op
quem
lux i
catur
nus,
ditu
vole
verd
rum,
rus)

V
volu

pastoris ad oves. Furium Camillum de Gallis triumphantem , primum ioco milites vocauere
PATREM PATRIÆ: at Ciceronem publico,
 grauique Senatus decreto, ob repressum Catilinā,
 hoc elogio decoratum & donatum refert Plutar-
 chus. Quod Iuuenalis hoc versu cecinit:

Saty. 8.

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Non pauci post modum idem nomen appeti-
 uere & accepere , sive adulatio[n]e, sive timore,
 sive merito , Seneca Patrem patriæ non appelle-
 lat , nisi qui scit potestatem sibi à Deo datam
 in patriam , temperatissimam , veluti parentis in
 liberos , quorum publicam utilitatem pri-
 uatae ac propriæ anteponit . Quibus astipu-
 latur apud Xenophontem Symonides , præci-
 piens ut princeps existimet rempublicam , suam
 propriam esse domum ; incolas , propinquos ac
 filios ; quos omni officio sibi deuincere studeat.
 Dion hortatur principem ut Pastoris nomen
 & opus habeat , sicut Homerius Agamemnon ,
 quem ille ποιηέα λαῶν appellat . Iulius Pol-
 lux inter veri principis epitheta postulat ut di-
 catur & sit , pater, mitis , placidus , lenis, huma-
 nus , sollicitus pro his quibus imperat , facilis a-
 ditu , comis in congressu , commodus alloqui
 volentibus , blandus , expositus , &c. Malum
 vero principem vocat tyrannum , crudelem , effe-
 sum , violentum , rapacem , & (quod dixit Homerius) populi deuoratorem.

Lib. de Clea-
ment.

Viderint nunc principes qui Christiani haberi
 volunt , an non potius saeuissimorum tyranno-

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

rum, quām piorum regum motibus & nomini-
bus digni sint. Viderint inquam, quales sint ha-
bendi, quando suis tantūm voluptatibus infer-
uiant; rapinis, & in dies nouis excogitatis, aut ve-
teribus adauctis exactionibus miseram plebē de-
uorent; æqui & iusti nullam rationem habeant;
administrationem sacrarum legum non minus
indignè quām in foro & nundinis bruta ve-
num exponant; innumerā denique stupra, fa-
cilegia, homicidia, incendia, direptiones mi-
litum suorum, non solūm non plestant, sed
etiam obsequia sibi grata edictis publicis ap-
pellent.

Longè quoque absfuit Booz ab hypocrisi Pha-
risæorum, qui suæ sanctitatis falsa opinione infla-
ti, omnes alios postmodum despexerunt, & pro-
cul à se repulerunt. Redeuntes à foro, se, suaque
lauerunt, ac si ex alieno consortio polluti fuissent.
Apostolos pro immundis habuerunt, quod ede-
rent illotis manibus. Christum pollutam homi-
nem, non prophetam iudicarunt, eò quod à mu-
liere peccatrice tangeretur. Discipulis exprobra-
uerunt, Quare cum publicanis & peccatoribus
manducat magister vester? tametsi intus ipsi ple-
ni essent superbia, ambitu, auaritia, simonia: atque
sepulcris omni fecatore repletis simillimi. Ali-
quis itaque illorum dixisset Ruthæ, quod est a-
pud Isaiam. Recede à me, ne appropinques mi-
hi, quia immunda es. Quin totum agrum, &
vniuersas fruges, ac famulitium propter eam
pollutum inclamas. At, vera charitas non cogi-

*Mar. 9.**Matth. 15.**Luc. 7.**Matth. 9.**Matth. 23.**Isa. 65.*

tat malum: vera iustitia compassionem habet: & *i. Cor. 13.*
qui spiritu Dei aguntur, potius de propriis quam
de alienis peccatis cogitant; & seipso, non alios
diudicant & despiciunt.

Nihil quoque commune habet Princeps iste
ac rector, cum illorum fastu ac superbia, qui pro-
pter stemmata, opes, dignitates, auro & argento
fulgentes vestes adeò superbunt, ut nec mino-
res alloquio, nec miseros & afflictos minimò
consolationis verbo dignentur. Mosen sibi pro- *Exod. 1.*
ponebat imitandum, qui licet in aula Pharaonis *Heb. 11.*
educatus, & in filium adoptatus, Hebraeos *Gen. 45.*
tribules suos quantumuis afflictos, non erubuit,
Io. 20.
sed visitauit & liberauit. Ioseph quoque fratres
suos pastores licet, egenos & gregarios comple-
xus est. Christus iam gloriosus & immortalis, A-
postolos pescatores olim & desertores, pro fratri-
bus agnouit. Multi verò contrà, si cognatos, affi-
nes, imò & parentes inopes ac pauperes habue-
rint, eos erubescunt. Similes sunt Lucianico Mer-
curio, qui à Pane cornibus, pedibúsque caprinis
deformi, sibi gratificari postulat, ut pater ab illo
non salutetur, quoquam audiente. Sic hodie no-
stri Gigantium fraterculi, tanquam probrosam a-
uersantur progeniem pauperes, quos illis natura
dedit. Verùm Boozum suam Rutham alloquen-
tem audiamus.

Audi, filia. Ne vadas in alterum agrum, &c.

H Ebræi, Audi ne filia mea? Interrogatioē animū
excitat ad attētionē, tāquā seriō ac ex animo

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Ioquens. Quatuor autem illi præscribit. Primum,
Ne vadás in alterum agrum &c. sed tantum in agri
 suis spicilegium faciat toto messis tempore. Qua-
 si dixisset. Et si tibi ignotus sim, affinem tamen &
 integrerrimum amicum me comperies. Cognatos
 licet inopes & afflictos non erubesco, sed iuno
 quantum possum. Consiliis itaque meis acquies-
 ce, & ne de cætero pergas lectum spicas per agros
 aliorum, qui forsitan te cum probris repellerent:
 ego pro contumelia reputabo, si aliò concesseris.
 Hac porrò miseratione, quid melius ac diuinius?
 Nulla realia homines proprius ad Deū accedunt,
 quam salutem hominibus dando. Estote, inquit
 Christus, misericordes, sicut pater vester cœlestis
 misericors est. Dei autem misericordiæ in primis
 tribuitur, quod pupillum & viduam suscipiat. Et
 quod oculi eius in pauperem respiciant. Sua lau-
 de non caruit Pharaon, quod Iacob cum familia,
 dura, longaque fame vexatus, magna humani-
 tate in regno suo suscepit & foverit. David quo-
 que eximiam humanitatem ostendit, cum Ama-
 lechitam fame peritum, etiam in ipso cursu ac
 impetu militari, cibo refecerit. Nihil tam regium,
 tam liberale, tam munificum æstimauerunt, quam
 opem ferre supplicibus, & egdnis subuenire. Hoc
 enim maximè diuinam bonitatem & clemètiam
 sunt imitati. At, nūc pauperes durissimè aliò ab-
 legantur, & non raro cum minis expelluntur, &c.

Secundò quia pat sibi quisque parem affectat,
 delectatq; magis quæ sit inter pares confabulatio,
 honestū & sexui suo permodū illi consortiū
 designat, videlicet pudicas, modestas, & veretudas

Math. 6.
Psal. 145.
Psal. 10.

I. Reg. 30.

puellas suas, quæ mulieris afflictæ citius quam homines miserentur. Siquidem inter petulantes seruos, ac lasciuos iuuenes, magis periclitari & erubescere potuisset. Ergo improborum societas fugienda, eò quod nusquam tuta sit fides. Rectè proverbio dicitur: Ne cuius dexteram inieceris. Improbos socios necesse est aut imiteris, aut oderis. Cùm his ergo versare, qui te meliorem facturi sunt: & illos in consortium admittre, quos tu poteris reddere meliores: aut quantum poteris, tecum habita. Infaustissimus fuit Dinæ, & vniuersæ genti, consortium alienorum. Nec Pétro apostolorum principi bene cessit conuersari cum blasphemis militibus. Quid oui & lupis? Quid columbae in medio accipitrum? Modicum fermentum grandem massam fermentat. Ignis scintilla magnam siluam incendit. Qui picem retigerit, inquinabitur ab ea. Scitè Hieronymus: Sicut ex una oue morbida vniuersus grec inficitur, sic ex uno fornicante, vel aliud quocunque scelus committente, plebs vniuersa polluitur. Et idem rursus: Non turbatur nauis quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet: caueamus igitur perfidum, proditorem, sacrilegum, apostatam, ne per unum fluctuemus plurimi.

*Gen. 34.
Matth. 26.*

*1. Cor. 5.
Ecccl. 13.*

*Comment. in
Ierem. &c en
6. cap. Marcii.*

Terriò, eius securitati ac tranquillitatì consulit d. *Mandauit pueris meis, ut nemo molestus sit tibi.* Hebrewi interrogatione vehementer asseuerant, *An non præcepi famulis nete tangant, aut lèdant?* Certissime & seuerissimè præcepi. Nouerat vir prudens, peregrinos & pauperes multis improborum iniuriis expositos esse: ideo seruorum petulantiam

COMMENT. IN LIB D. RVTH

existimemus eum simili oratione repressisse. Attendite famuli, nos omnes vnum in cælis dominum habere, qui omnia prospectat, omnia dijudicabit & factorum, dictorumque rationem reposcet. Nos servi illius, nos eius beneficio praesenti luce & vita fruimur, nos eius dono respiramus, nos praesentium honorū dispensatores tantū sumus & ministri. Cur ergo duri & immanes cōseruis essemus? Nemo itaque vestrū huic viduæ pauperi & peregrinæ aut verbo, aut facto molestus fit: alias acerrimè vindicabo, tantisper dum Deus iudicio suo terribili aderit. Huius verbis & factis docemur illos graui se delicto coram Deo astrin gere, qui peregrinis & viduis pauperibus molesti sunt. Lege enim cauetur: Peregrino molestus non eris. Ratio mox additur: Scitis quippe aduenarū animos (quo pacto nimitem affecti sunt) quia & ipsi peregrini fuitis in terra Aegypti. Alibi, æterna tormenta viduarum oppressoribus reposita esse dicuntur. Accedam, inquit Deus, ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, adulteris, periuris, & qui humiliant viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum.

Quarto, etiam eius vieti prospicit, adiiciens: Sed & si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas &c. Copiam facit illi ut tāquam domestica, ad aquas domo asportatas pro mercennariis cōfugiat, inde sitim extinguat, & ad labores corpus reparet. Magna siquidē in Palestinae agris est aquæ penuria, & summi in æstate ardores. Isaac non semel puteos fodere, & aliis pacis gratia, relinquere coactus est. Moses filias Iethronis iuuit, ut greges inquitis aliis

Exod. 23.

Malach. 3.

Gen. 26.

Exod. 2.

pastoribus ad aquarent. Non ergo contemnendū aut leue beneficium Ruthæ confertur, quum potum ex lagenis sumere permittitur.

Hoc autem exemplo discimus extraneos, maxime verò qui pietatis ergo, extra proprias sedes vagari coguntur, benigne colligere ac fouere. Hinc autem fiet, ut cū peregrinos & exiles nos esse cōtigerit, ad nostri commiserationē aliorū animos Deus inclinabit, & maiorū donorum fēnore cōpensabit. Qui receperit, inquit, iustum in nomine *Matth. 10.* iusti, mercedem iusti recipiet. Præstat D. Augustinum suis verbis hac de re differentem audire. Discite fratres, à beato Abraham hospites libēter excipere, pedes eorū cum humilitate & pietate lauare. Lauate, inquam, sanctorū peregrinantiū pedes, ne forte in eis remaneat puluis, quem ad iudiciū vestrū possint de pedibus suis excutere. Diligēter hæc audite Fratres, qui hospitalitatē exercere non vultis, qui hospitem velut hostem excipitis. Ecce Abraham dum hospites exciperet, ipsum Deum excipere hospitalitatis contemplatione prōmeruit. Hoc etiam Christus in euangelio confirmauit dicens: Hospes fui, & suscepisti me. Nolite ergo negligere peregrinos, ne forte quē nō suscepisti, ipse sit Christus. *Gen. 18.* *Matth. 10.* *Gen. 19.* *Matth. 25.*

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

Luc. 16.

Amb. 3. off.
cap. 7.

postulare permittunt? An bona fide euangelio credere se iactabunt? Vtinam, iterum verò vti-
nā, quid inhumano ac crudeli epuloni post hanc
vitam contigerit secum attentē meditarentur. Fe-
ræ non expellunt feras, & homo excludit homi-
nem? Canes ante mensam impastos esse non pa-
timur, & homines extrudimus? Bestiæ confor-
mem sui generis adiuuant, & homo impugnat, ir-
ridet, expellit? Pompis, ludis, conuiuiis, equis, ca-
nibus nullus imponitur modus, nihil parcitur:
peregrinis & afflictis nihil relinquitur? &c.

Sed vnde Ruthæ contigerunt tanta bona? Pro-
fectò à Deo optimo maximo, cuius gratiam ac
benevolentiam fide, constantia, obedientia, pieta-
téque sibi promeruit. Ergo gratia Dei, etiam bo-
norum ac diuitium hominum fauorem, suis quan-
tumvis despectis & miseriis conciliat. Ruth non
solum Deo & angelis, sed & Boozo principi o-
pulentissimo & potentissimo, propter pietatem
gratiosa est: & ab illo maiora beneficia consequi-
tur, quam à suis gentilibus. Thobiæ dedit Domi-
nus gratiam apud Salmanasat regem Assyriorū:
quoniam memor fuit Domini in toto corde suo.
Daniel, Ananias, Azarias inter suos contempti:
in Chaldæa & Persia gloriose regnauit: quia nū-
quam contaminare seipso voluerunt efcis, vel
idolis eorum. Ioseph castitate ac integritate sua,
primum in Ægypto post regem locum accepit.
Studeatus itaque Deum in primis propitiū sem-
per ac fauentem nobis reddere, tum nobis cuncta
fausta & felicia erunt. Ecquis vñquam sperauit
in eum, & confusus est? Benedictus qui confidit

Thob. 1.

Dan. 1. 3. 6.

Gen. 39. 40.

¶ Domino, & erit Dominus fiducia eius. Erit enim sicut lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cum venerit aestus. Et erit foliū eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitū, nec aliquando desinet facere fructum. Maledictus autem qui confidit in homine, penit brachium suum carnem, & à Domino recedit cor eius.

Ierem. 17.

10. *Qua cadens in faciem suam, & adorans super terram, dixit ad eum. Unde mihi hoc, ut inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem.*

Hec est secunda pars huius dialogi, in qua Ruth tantam Booz beneficentiam ac clementiam se nequaquam meruisse fatetur: atque de oblatis beneficiis quam potest demissas & humiles gratias refert. Cogitabat enim secum. Pro beneficiis gratias non agere turpe est: benefactorem vero agnoscere, ac suspicere, laudabile, & ingenii animi argumentum. Gratitudo non solum virtus est omnium ore laudata: sed & ceterarum virtutum fœcunda parens. Quid enim est pietas, nisi voluntas grata in parentes? Qui boni ciues, nisi qui patriæ beneficia meminerunt? Qui sancti, nisi qui meritam Deo immortali gratiam memori mente persoluunt? Num & bos cognoscit possessorum, & asinus animalium rudissimum præfere Domini sui? Num & canis herum quantum abiecit & vilem sequitur? Num & tere-

Isa. 1.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

ra suis cultoribus accepti simi, ac frugum usuram
repedit? Itaque non est æquum, ut tot in me hu-
ius Principis beneficiorū vel senescat, vel pereat
memoria. Verbis igitur & gestis, corpore & ani-
mo, gratam memoriam & voluntatē manifestas,
cadit in faciem, indignā se significans, quæ à tanto
viro amanter appellaretur. Hominē sacri populi
Rectorem ac Iudicem, sapientissimū, æquissimū,
sanctissimum, ad eius pedes prostrata veneratur,
& adoratione (quam Græci θούλεῖαν vocant) co-
lit. Suam gentem, exilium, inopiam, ac exilitatem
gratiosis verbis cōmemorans, accepta beneficia
mitè amplificat. Paraphrastes Chaldæus vertit:
Procidit in faciem suam, & prostrauit se in terrā,
dixitque: Quæ ista est humanitas tua, qua tibi no-
ta sim ego, quæ barbara Moabitis sum, de gente
quæ indigna est, quæ ecclesiam Domini ingre-
diatur?

Huius porrò mulieris exemplo docemur, ac-
cepta siue à Deo, siue ab homine beneficia inge-
nuè agnoscere, libenter fateri & prædicare: at-
que si mutuam officij vicem rependere non va-
leamus, gratias saltem alacri animo referre. Hoc
etenim ad iustitiae virtutem maximè pertinet.
Hebræorum imperator Iosue Raab cum tota fa-
milia in Hiericuntis excidio seruauit incolu-
mem, quod suos exploratores in vrbe deprehen-
sos, & ad supplicium quæsitos in domo celasset,
noctuque tutos in castra dimisisset. Dauid filium
Ionathæ Miphiboseth in mensa sua recepit, quod
patris eius ope non semel à morte liberatus fuis-
set. Saul alioqui hominum ingratissimus, gratum

Iosue. 2.

2. Reg. 9.

tamen animum in Cinæos lethronis posteros ostendit. Prius etenim quām Amalechitas deleret, 1. Reg. 15.
 mādauit eis ut ē medio Amalechitarum sese subducerent, ne cum illis excinderentur: eo quōd fecissent misericordiam cum Israēlitis, cū ascenderent de Ægypto. At nunc iniuriarum memoria inter homines tenacissima est, beneficiorum autem breuissima. Si quid benefecerunt, & sine fine prædicant, & sine modo exagerant ac exprobant: si quid verò in eos collatum fuerit officij, mox aut obliuiscuntur, aut extenuant, aut dissimulant. Per se fugienda res est, ait Seneca, ingratum esse, quoniam nihil æquè cōcordiam humani generis dissociat & distrahit, quām hoc vitiū. Athenienses capite plectebant ingratos, veluti grauissimi reos criminis. Plutarchus in Moribus scribit, eum qui beneficium confert in ingratum, serpenter alere in sinu: neutri enim collata gratia benevolentiam conciliat. Sacra referunt ingratos grauissimis suppliciis multatos. Amasias rex Israël diuina ope victis Idumæis, illorum idola coluit, & ob hanc ingratitudinem ac impietatem, vitam & regnum amisit. Ierooboam 2. Paralip. 25.
 immemor beneficiorum, quibus decem regni Hebræorum partes à Deo acceperat, vitulósque aureos colendos obiiciens, non paruis suppli- ciis plectitur. Hierosolymitis extremum excidiū Christus minatus est cum lacrymis, eo quōd non cognosserent tempus visitationis suæ. De Iuda omnium post homines natos ingratissimo dictum est: Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille.

Lib. de be-
nef.

3. Reg. 12.

Luc. 21.

Matth. 26.

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

Præterea, humilitas & animi demissio , qua Ruth se indignam tot beneficiis existimat, docet nunquam superbiendum aut intumescendum esse propter fauores hominum potentum , sed neque propter dona quædam eximia. Quanto magnus es, ait Sapiens, humiliata te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei folius, & ab humiliis honoratur. Et Christus, Qui cūque se humiliauerit exaltabitur. Non ergo glorietur sapiens in sapientia sua, nec diues in diuitiis. Humilitas, authore Bernardo, est virtus qua verissima sui cognitione sibi ipsi quilibet vilescit. Idem, sextum humilitatis gradum in eo spectandum docet, quod quis credit, & ingenuè pronūciat se omnibus aliis viliorem. Septimum autem, ad omnia se indignum & inquietum. Quis ergo in tanta hominum philautia nunc verè humilis: &c. Præcursor à prophetis vaticinatus, & ex utero sanctus, se minus dignum fatetur, qui Christi calceamenta solueret. Petrus consortio illius se indignum putat. Paulus, indignū apostoli nomine. Sed quotusquisque isthac sequitur vestigia?

Ad hæc, pudor, modestia, verecundiāque Ruthæ, in eo eluxit, quod se in terram demisit, quod non impudenter aut lascinè Boozum aspexit, & paucis admodum verbis causam suā peregit. Est autem (vel Tullio teste) verecundia custos omnium virtutum, dedecus fugiens, laudemque maximè consequens. Hæc licet omnem ætatem ac sexum deceat, tamen adolescentes, muliebrésque animos ac vultus maximè exornat. Hæc omnium gemmarum

Eccles. 3.

Matth. 18.

Luc. 14. 18.

Jerem. 9.

Lib. de gradibus
humilit.

Matth. 3.

Luc. 5.

3. Cor. 15.

In Partib.

gemmarum preciosissima & gratiofissima. Hæc
potissimum puellarum atque pudicarum matro-
narum ornamentum. Hæc , ait Bernardus , vera
bonæ spei nuntia, index bonæ indolis, virga dis-
ciplinæ , expugnatrix malorum , innatæ purita-
tis propugnatrix , conscientiæ gloria , famæ cu-
stos , vitæ decus , virtutis sedes , naturæ laus , &
insigne totius honesti . Gratia verecundiaë mü-
lieris , ait Syracides , super aurum . Euripides
fingit Hecubam Polymnestora Thracū princi-
pem oculis in terram demissis conuenisse , ac di-
xisse , lege inter suos cautum fuisse : *σωξίνας*
ἀνθεῶν μή βλέπειν ἐναυτίον. Ne fœminæ aduer-
sæ viros spectarent . Homerus exemplar mulie-
bris pudicitiæ ac verecundiaë Penelopen cunctis
propositum percupiens , scribit eam coram pro-
cis semper tecto capite stetisse . Circe quoque
canit post omnes vestes , vltimè calyptram , im-
posuisse capiti . Orphæus & ipse antiquissimus
poëta de eadem Circe sic loquitur :

*Vbi vero Medeam vidit oculis
Tenui ueste vestitam, statim genas obtexit
Rubore suffusa.*

Nec absimile est quod Musæus de Hero cecinit :

*Virgo autem muta in terram fixit aspectum ,
Pudore rubefactam abscondens genam ,
Et terra rafit summitatem in uestigii , cum puden-
re autem*

Sæpe circa humeros suam contraxit uestem .

Mirum scribit Plinius de mersis mulierum ca-
daueribus , & quod certum argumentum sit , na-
turam ipsam pudorem mulieribus veluti pro-

*Serm . 86. m.
Cant.*

Ecc 7.

In Hecuba.

ed usq. m.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

prium concessisse: nimirum, ea non nisi in faciem
prona in aquis fluitare, virorum supinis natantibus. Qui inter Moschos, Turcas, Arabes & Per-
sas peregrinati sunt, referunt mulieres ibi miram
in velando se curam impendere, & eas non so-
lum demisso vultu, sed & capite (exceptis duab-
us exiguis ad visum rimulis) omnino velato in-
cedere, ne penitus à viris conspiciantur. Nunc
proh pudor! inter Christianos quām procaces,
quām inuercundæ, quām petulantes plurimæ
conspiciuntur? In sacris conuentibus, in con-
cionibus, in compitis, in angiportis, in vicis, in
plateis, in conuiuiis, in choreis, in officinis, om-
nibus obuiæ sunt aperto ad vmbilicum ferè pe-
ctore, sparsis, aut in belluina cornua contortis
capillis, & laxis tam incredibili impudētia mam-
mis, vt nihil ab obsoletis meretricibus differre
videantur. Quo namque spectant flexæ pecti-
ne comæ? Quo facies medicamine attrita, & o-
culorum mollis petulantia, nisi vt forma prosti-
tuatur & venditetur? Sic nec propriæ, nec alien-
æ pudicitiaæ hodie ab illis parcitur. Sic in mul-
tis nihil appetet ingenuum, nihil moderatum,
nihil pudens.

Verūm, breui digressione nunc inquirendum,
qua ratione Ruth cadens in faciem suam, ado-
ransque super terram Bœozum sit alloquuta. Et
an eiusdem exéplo, principes, sanctosque homi-
nes adorare liceat.

Digressio de adoratione,

In primis notandum est verbum Hebraicum
Inriq; *schaha* vel *scabah*, quod Græci προσκυνεῖν,
 Latini incurvare, inclinare, procidere ante pedes,
 summittere se, atque adorare reddunt, bifariam
 sumi. Primo, ut significet eam animi demissionem,
 cultum, ac reuerentiam, quæ soli Deo veluti vitæ
 nostræ, atque omnium bonorum supremo au-
 thori debetur. Hanc verò adorationem inter-
 nam ac spiritalem extrinsecus significamus sacri-
 ficio, inclinatione capitris, corporis totius pro-
 stratione, genuflexione, tunsione pectoris, ma-
 nuum ac oculorum in cœlos eleuatione, & ali-
 quot aliis piis externis symbolis. Sic Elcana di-
 citur statutis diebus ascendisse in templum, ut
 adoraret & sacrificaret Domino exercituum in
 Silo. Eliezer seruus Abrahæ cernens cuncta si-
 bi pro voto contingere, pronus adorat Domi-
 num Deum. Iacob & Ioseph dicuntur pari ri-
 tu adorasse Dominum. Cuncti seniores Israë-
 lis audientes Mosen selectum esse in liberato-
 rem suum, proni, ceu inclinato vertice, ado-
 rauerunt. In templi dedicatione Salomon qui-
 dem flexis genibus, & palmis in cœlum leuatis:
 populi verò corruentes proni in terram super
 paumentum, adorauerunt. Iob auditis omni-
 bus aduersis nuntiis, scidit vestimenta sua, &
 tonsa capite, corruens in terram adorauit. Dauid
 quemlibet ad Dei cultum inuitans d. Venite ado-
 renus & procidamus ante eum. Hi & aliquot a-
 lij ritus exteriores, interiori adorationi adiuncti
 fuerunt sub veteri testamento.

*Adoratio
duplex.*

1. Reg. 1.

*Adorationis
ritus.*

Gen. 24.

*Gen. 47. ¶
48.*

Exod. 4.

*2. Paralip.
6. Et 7.*

*Iob. I.
Pf. 94.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Matth. 2.

Nec absimiles in euangelica lege seruatos legimus. Nam Magi πεσόντες προσκυνοσσαν ἀντῷ, procidentes, ceu prostrati, ceu cùm cecidissent, adorauerunt eum, infantem Christum. Leprosus, ait Matthæus, προσκυνεῖ ἀντῷ. 1. adorabat eum. Marcus autem scribit: τοντετῷ ἀντῷ, accidens ei ad genua. Lucas autem: πεσὼν επὶ πρόσωπον, procidens in faciem rogauit d. Domine, si vis potes me mundare. Christus patrem adorans non raro in cœlum tollebat oculos. Publicanus eos in terram deprimens, pectus tundebat. Paulus flectebat genua: leuabat puras manus: &c.

*Adoratio qua
soli Deo de-
betur.*

Deut. 6.

Matth. 4.

Exod. 20. ¶ 34.

Deut. 17.

*Epiphan. ha-
ref. 79.*

*August. 10. de-
cinit. cap. I.*

*¶ 22. cap. 10.
¶ 20. cont.*

Faus. cap. 21.

*August. Ser.
58. de verb.*

Dom.

Cæterum, quando de interna illa & spiritali agitur adoratione, aut etiam de superius commemoratis ritibus externis, pro ut eamdem internam adorationem indicant, ac testificantur: sumnum idolatriæ crimen illos admittere, ecclesia catholica perpetuò constantèque docuit, qui alias quoscunque, præterquam solum verum ac præpotentem Deum hoc cultu afficerent. Scriptum quippe est. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et de simulacris gentium dicitur: Non adorabis ea, neque colles. Nolite adorare Deum alienum. Damnantur rursus qui adorauerint solem, lunam, militiam cœli. Improbavit ecclesia Collyridianos, qui beatissimæ virginis Deiparæ, quasi cuidam deæ, panes sacrificabant. Coarguit illos qui martyribus, Apostolis, aut etiam angelis templo construere, erigere altaria, vel sacrificia offerre contendebant. Quin neque ipsi Iesu Christi humanitatî,

si à divinitate separaretur, credendum, vel suprema hac adoratione seruiendum esse censuit. Injustissimis igitur calumniis eam quondam matrē suam, vexant filij desertores Luterani, Zuinglianī, Caluiniani hæretici, dicentes eam etiam ab ipsis Apostolorum temporibus, idola, lignum, lapides, aurum, homines mortuos, panem & vinum, suis adoranda proposuisse. Sed benè est, quod hæc verè diabolica commenta didicerint à Iudæis, Manichæis, Vigilantianis, Ethniciis, & Turcis, infestissimis hostibus nominis Christiani. Hi etenim eisdem conuitiis & contumeliis nos omni seculo onerarunt, eadem cōficta crimina patribus, & bonis auibus nostris obtecerunt. Non ergo hac intentione aut consilio Boozum venerata est Rutha.

Secundò itaque Adorandi verbum usurpant *Adoratio*
Hebrai, pro eo cultu, honore, ac reuerentia, qua *que, quibus-*
excipimus & colimus eos, qui aliqua dignitate an- *que homini-*
tecesserint, siue angeli, siue homines, aut vita fun- *bus tribuēda.*

ritus dempto solum sacrificio, qui superiori con-
nectuntur, rectè adiunxeris. Hoc autem hono-
re & cultu prosequi tenemur primū parentes,
veluti post Deum, totius vitæ nostræ authores.
Honora, inquit, patrem & matrem, ut sis lon-
gævus &c. Maledictus qui non honorat patrem
& matrem. Absalon hoc ritu dicitur patrem suū
Dauidem adorasse. Deinde reges, principes, iu-
dices, ac magistratus ceu ecclesiasticos, ceu po-
liticos, qui nobis iure diuino præfunt & impe-
rant, atque Dei vices in terris gerunt atque refe-

*Exod. 20.**Deut. 27.**2. Reg. 14.*

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

runt. Qui bene præsunt, laborantque in verbo & doctrina duplici honore dignos censuit Apostolus. Hoc modo fratres Ioseph in terram proni ipsum adorasse dicuntur: sicut & Iacob Etau etiam septies procidens in faciem super terram. Mulier Thecuitis, Beth-sabee, Nathan, Miphobeth atque Abigail regem Dauidem: Abraham filios Heth: & hoc loco, Rutha Boozum summum totius Israëlis Rectorem ac Iudicem prona adorasse legitur. Tertiò, iustos sanctosque Dei seruos, quales sūt angeli, prophetæ, patriarchæ, Deipara, apostoli, martyres, & omnes cœli ciues, tanquam singulares Dei amicos, Christi fratres, cohæredes, membra, & assessores, augustè venerati, sancte colere, supplicitérque precari iustū, piū ac viliissimū est, atq; sacrī exēpli satis confirmatū.

Non possum autem hīc non stupescere atque mirari amentiam Zuinglianorum & Caluinianorum. Coacti palam fatentur *fas esse adorare, id est, genua flectere, procumbendo honorem exhibere, in genu supplices procidere, cùm in conspectum magnorum principum venimus*. Et Caluinus agnoscit nomen adorationis simpliciter pro ea reuerentia accipi, quam quis declarat geniculatione, vel alio corporis gestu. Eam porro reuerentiam communiter tam hominibus, quam Deo deferre licere tametsi diuerso fine. Beza quoque scribit, duplē adorationem constituendam esse, unam religiā, quæ soli Deo debetur: alteram ciuilem, quæ ad humi, vita eutœxiœ pertinet. Annot. in 4. Matth. Consenit his verbis Bullingerus: *Adorarūt, (id est, genuflexerunt, caput nudarunt, & procubuerunt) sancti antemagistratus prophetas, principes, doctores populi, virōsque ve-*

1. Tim. 5.

Gen. 33. 37.

42. 43.

2. Reg.

Gen. 23.

3.

Caluinus in

31. Gen.

vers. 7.

merabiles: quia Deus hoc præcipit, qui & operatur per illos
salutem hominum, & homines sunt viua Dei imago. Decad.
2. ferm. 1. Hæc illi. Alibi vero clamitant Catholicos idololatras esse, quod Deiparam, Angelos, Prophetas, Apostolos, Martyres supplices venerantur. Nefas vociferatur quacunque adorationis specie creaturæ quantumuis sanctâ excipere ac colere. Adorationem soli Deo debitum cultum duntaxat significare. Omnes idola colere, qui coram imaginibus Christi & sanctorum, illos vel tantillum venerantur. Eos pueriliter nugari, qui in vocibus duliae & latriæ fucum faciunt, quum scriptura generaliter adorationem ad homines transferri prohibeat. Ita non tam ignorantia, quam sceleribus furiosi & obsecrati homines, secundum & cum vniuersa scriptura, atque sancta antiquitate configunt, dum Ecclesiæ catholicæ dogmata nituntur conuelere. Si enim licet in conspectu principum, in genua supplices procidere (quod alicuius adorationis officium est:) cur coram Deipara, coram angelis coram apostolis non licet? Si adorationis nomine aliquando eam significat reverentia, quæ Deo & hominibus communis est, quid peccauit Augustinus Caluine, quid post eum cuncti Latini patres, quid Anastasius Theopoleos, cum illis trecentis quinquaginta episcopis, qui ante annos ferè octingentes, in Nicena synodo docuerunt, adorationem aliquando λατρείαν soli deo debitam significare: aliquando verò λατεῖον, id est, seruitutem ac cultum, qui eximiis quibusdam hominibus præstatut? Pueriliter inquit, nungatur. Imò tu plusquam aniliter deliras, Αἰαχολογοῦ, id est, improbum calumniatorum agis, aperto maledicio

COM MENT. IN LIB. D. RVT H

venerabilem antiquitatem, simûlque veritatem
contaminas. Inscitè etiam nugatur filius tuus Be-
za , qui duplice adorationem constituendam
præscribit. Tecum dissides ac pugnas , cùm alibi
Lib. 1. instit. scribis , sape adoratos (*idque iure*) fuisse homines , ciu-
cap. 12. sect. 3. li honore . Patere itaque Censor rigide, vt beatissi-
mos martyrum & apostolorum spiritus, iam cum
Christo regnantes: S.S. Deiparam, angelos, pro-
phetas iam diuinæ beatitatis cōsortes, adoremus,
id est, ciuili saltem honore afficiamus . Patere, vt
coram imaginibus Christi patientis, resurgentis,
ascendentis in cœlum, aut venientis ad iudicium,
nos ipsum Christū mente ac animo cōplete
colamus. Patere, nos cū patre fidei nostræ Abra-
há pronos in terram , angelicos ac cœlestes spiri-
tus adorare. Patere, nepotis eiusdem Lot, ac lum-
mi Hebræorū ducis Iosuæ, pietatem imitari: qui
coram obuiis sibi sanctis angelis in terram , ve-
nerationis ergo , prociderunt . Patere, cum viro
secundum cor Dei, eiusdem amicos nimis hono-
rari à nobis. Ecquis maiore cū Deo amicitia iūgi
potest, quā fælicissima Deipara, quām Petrus, quā
Paulus, quām Ioannes, cæterique discipuli, qui-
bus dictum est: Iam non dicā vos seruos, sed ami-
cos? Omnes qui Christo ministrauerunt, honori-
ficat Deus pater qui est in cœlis: & tu terræ filius,
cadauer, escaver miū, orci fastidiū, putidū illos nul-
la adorationis specie, nullo honore colendos esse
persuadebis? Apagete tantam impietatem & in-
gratitudinem hominum, his artibus viam paran-
tiū Antichristo : qui (sicut vaticinati sunt Da-
niel , & dilectus à Christo discipulus) bellum

*Gen. 18. &
19.*

Iosue. 5.

Pf. 138.

Io. 15.

Io. 12.

Dan. 7.

Apoc. 13.

ritatem
tus Be-
uendam
im alibi
nes, ciu-
beatissi-
am cum
os, pro-
remus,
atere, vt
rgentis,
dicum,
ctentes
e Abra-
es spiri-
ac sum-
ari; qui
m, ve-
m viro
hono-
ria iugi-
rus, quā
i, qui
d ami-
onori-
e filius,
los nul-
os esse
& in-
paran-
t Da-
vellum

faciet contra sanctos, & blasphemabit in eos qui
in cœlis habitant.

Si Augustini doctrina, aliorūque patrum ve- *Lib. I. insit.*
terum, quorum seculo (etiam Caluino teste) nihil *cap. II. scit. 13.*
adhuc in doctrina Apostolica mutatum fuerat, *lib. 4. cap. 2.*
sed adhuc florebat, vigebatque religio syncerio, *scit. 3.*
dirimentum velint hæretici hoc certamen, ut cer-
tè videri velle cupiunt, ipsum primò Augustinum
audiant. Nunc videtis (scribit ille ad Medaurēs) *Epiſt. 4.*
imperij nobilissimi eminentissimum culmen (i.
imperatorem Rom.) ad sepulcrum pīscatoris Pe-
tri submissō diademate supplicare. Et alibi: *Quis* *Sanctis.*
iam desperet de magnitudine criminis, aut de hu- *In ps. 44.*
militate generis? Nam beatiss. Petrum pīscatorem
modò genibus prouolutis, adorat multitudo cre-
dentium gentium. Rursumque: Ostendatur mihi
Romæ in tanto honore templū Romuli, in quan-
to ibi ostendo memoriam Petri. De cultu marty- *Serm. 25. de*
rum idem alibi scribit: Populus Christianus me- *Lib. 20. con-*
memorias martyrum religiosa solemnitate concele- *tra Fanum*
brat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis *cap. 21.*
eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur.
Et iterum alibi: Honoramus memorias martyrum *Lib. 8. de eo-*
tanquam sanctorum hominum Dei, qui usque ad *uit. cap. 27.*
mortem pro veritate certarunt, ut innotesceret
vera religio, falsis religionibus conuictis.

Quātum ad cultū reliquiarū sanctorū attinet,
satis sit cuilibet fidelium nosse, Augustinum illos *Lib. de dog-*
non habere pro Christianis, sed Eunomianis & *matibus Eccl.*
Vigilantianis, qui Sanctorum corpora, & præci- *cap. 73.*
pue beatorum Martyrum reliquias, ac Christi mē-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH
bra syncerissimè non honorauerit. Atque hæc ex
Augustino.

*Epiſt. ad He-
liam.* Summa cum eodem pietate & doctrina con-
iunctus Hieronymus, laudat Nepotianum, quod
Martyrum conciliabula diuersis floribus, & arbo-
rum comis, vitiumque pampinis adubraret. Ro-
manos extollit, quod ante delubra tametsi semi-
ruta, & tumulos martyrum currerent. Ad Marcellam quoque scribit: Martyrum sepulcta vbiique
veneramur, & sanctam fauillam oculis apponen-
tes, si liceat etiam ore cōtingimus. Quām bonum
est Samariam pergere, & Ioannis Baptistæ, He-
lisæ quoque & Abdiæ pariter cineres adorare?

In Epitaphio. Paulam mirificè commendat, quod illorum ossa
ibidem venerata sit. Vigilantium verò huius pie-
tatis impugnatorem & hostem, tanto argumen-
torum pondere oppressit, tanto orationis splen-
dore confudit, ut monstro simile sit Caluinianos
illius furores ac blasphemias sibi resuscitandas
sumpisse. Honoramus (inquit ille) reliquias Mart-
yrum, ut eū cuius sunt Martyres adoremus. Hono-
ram seruos, ut honos seruorum redūdet ad Domi-
nū qui ait, Qui vos suscipit, ne suscipit, &c. Si non
sunt honorandæ reliquiæ Martyrum, quomodo
legimus, Preciosa in cōspectu Domini mors san-
ctorum eius? Quomodo Helisæus mortuum sus-
citauit? &c. Prætermitto cæteros, id est Basilium
magnum in Iulittam martyrem, in quadraginta
martyres, in Barlaam, & in Gordium: Chrylosto-
mum libro contra Gentiles: Eusebium lib. 4. hist.
cap. 15. Cyprianum passim in Epistolis: Tertullia-
num in Corona militis, & Scorpiaco: Ignatium

Luc. 10.

Psal. 115.

4 Reg. 13.

ad Romanos : Martialem ad Tholosanos . Hi, cæterique omnes illius ætatis, qua adhuc nihil in doctrina apostolica per orbem immutatum fuerat, (etiam Caluino authore) sanctorum corpora non tantum veneratione digna, sed & multis editis miraculis illustrata: sanctorum memoriae dies festos ac solemnies celebratos: sanctis ubique seruatam reverentiam & obseruationem assensione, auctoritate, & iudicio suo comprobant. Improbi ergo ac perfidiosi sunt haeretici, qui tantam pietatem nobis virtio vertunt. Sed ad Boozum Ruthamque redeamus.

11. *Cui ille respondit. Nuntiata sunt mihi omnia, que feceris socrui tuæ post mortem viri tui: & quod reliqueris parètes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum, quem ante nesciebas.*
12. *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenâ mercem recipias à Domino Deo Israël, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas.*

Ruthæ virtutes sibi penitus perspectas esse ac probatas his verbis indicat. Primo autem loco commendat eam à charitate & dilectione proximi, id est viri sui iam vita funerti, atque socrus: quam eius gratia constanter dilexit, honorifice coluit, benignè fouit laboribus, & nunquam deserere voluit. Mortuus quidem erat Ruthë maritus, sed socrus dilectio dies noctesque in animo nurus vigebat: eiusdemque obseruatio nec quicquam imminuta fuerat. Dicit itaque ad eam Boozus. Macte virtute generosa

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

& studiosa mulier, incunctanter persequere quod semel ingressa es virtutis iter. Præmia amplissima virtutib^z tuis reposita sūt in cælo & in terra. Præclarū nāque nomē iam inter nos consequuta es, in populo Dei celebraris, adeò vt ad aures meas usque fama tua peruererit. Atquē utinam omnes Israëliticæ iuuenculæ tanto amore viros prosequerentur; omnes iuniores viduæ adeò integrè, castèque viuerent; & nurus socrus suas tam diligenter obseruarent, &c.

Hinc autem obserua, tantas esse virtutis vires, tantosque splendores, ut diu latere, etiam in abiectionissimis mulierculis, haudquaquam possit. Ut ideo natus calorem, sol lumen, corpus umbram, sic illa latere posset. præclaram famam perpetuò sibi adhærentem habet: admirabiles sui ipsius amores excitat, & omnium animos ad sui admirationem laudemque pertrahit. Præclarè à Tullio scriptum est, Nihil virtute amabilius esse, nihilque quod magis allicit homines ad diligendū: quippe cum propter virtutem & probitatem, eos etiā diligamus, quos nunquam vidimus. Hanc qui adeptus erit, vbiique erit gentium, à nobis diligeatur. Pereunt opes durissimis laboribus quæsitæ, formæ venustas aut morbo, aut senio marcessit; ferro, flammis, hostiū impetu exciduntur munitissimæ ciuitates; universa tandem quæ per tempus oriuntur, tempore pereunt: at virtus nullis istis fortunæ incommodes est obnoxia. Etiam post cineres viuere sola facit. Recte Seneca: Nūquam stygias fertur ad umbras inclyta virtus. Eius officia & si in abditis recessibus, ipsoque centro terræ peragerentur, in

apertum tandem cum laude proferuntur. Habet *Sap. 3.*
enim angelos spectatores & testes, deumque ma-*Matt. 26.*
ximum & liberalissimum præmiatorem. Bono-
rum laborum gloriōsus est fructus. Magdalenæ
vnctio, & si in ludæa angulo contigerit, in toto
orbe prædicatur in laudem eius. Thobias, Sara,
Centurio in secretis cubiculis orantes, visuntur, *Thob. 3.* *E*
laudantur, coram Deo offeruntur ab angelis. *12.*
His qui patrem cœlestem orauerint in abscondi-*Act. 10.*
to, filius mercedē dabit in propatulo. Nunc eheu! *Matth. 6.*
in multis maior auri, honoris, famæ sitis est, quam
virtutis.

Ex his rursus obseruandum, charitatis offi-
cia etiam propter mortuorum memoriam
viuentibus impensa, Deo grata esse: quoniam
Ruthæ celebratur pietas, qua in defuncti mariti
gratiam, Noëmi socrui suæ seruierit. Comméda-
tur à Mose Ioseph, quod propter patris memo-
riam, fratribus non solum acceptas iniurias con-
donauerit, sed & eos suscepérít, & nutrierit. Da-
uid quoque propter Ionatham amicum suum, *Gen. 48.*
gratiam fecit cum eius filio Miphiboseth. *2. Reg. 21.*
Quinimò propter eūdem Dauidem seruum suū, *3. Reg. 1.*
noluit Solomonem deprauatum Dominus impe-
rio deiicere. Ioatam regem pessimum noluit dis-
perdere propter Dauid. Hierusalem diuinitus li-
berauit, centum & octoginta Chaldaeorum milli-*4. Reg. 8.*
bus, qui eam obsidebant occidione occisis, pro-
pter se, & propter Dauid. Hinc os aureum: Sæpe *Chrysost. ho.*
quando non est inuentus in præsenti vita iustus,
propter defunctorum virtutem, Deus viuentium
miseretur & curam habet. Vnde clamat dicens:

4. Reg. 19.

42. in Gen.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum. Quasi diceret: Licet ipsi indigni sint, & nullam salutis habeant occasionem: verum quia solitus sum misericorditer agere, & ad miserandum promptus sum, propter meipsum faciam, & propter puerum meum Dauid. Qui ante tot annos migrauit è vita, hic author fit salutis his, qui sua fese perdiderant desidia.

Porrò Boozus secundo loco Rutham laudat, à parentum, patriæque abnegatione, propter pietatem in Deum. Nuntiatum est mihi, ait, quod reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es. Oportuit sanè eam ingenti fide, ac in Deum verum amore muniram fuisse, ut huius gratia patris & matris dulce consortium relinqueret; proprij soli recordationem, imò & sui ipsius amorem extingueret, & patria sacra contemneret, ut vni Hebræorum Deo, iuxta Mosis præscriptum deseruaret. Nullos audierat prophetas, nullis de Messia & lege concionibus adhuc adfuerat, nulla viderat miracula: variis tantum & grauibus calamitatibus fuerat afflita: tamen constanter credit omnia idola Moabita vanam, vnicum autem verum ac viuētem Deū, mundi opificem, rectorem, ac iudicem, quē gens Hebræa nouit, adorādum esse. Huius ergo, & sua omnia, & seipsum abnegat, eiusdēmque sacrī iniciari summopere cupit & assequitur. Fidem Raab Iericuntinæ longè superat, quæ miraculorum factorum in Ægypto, mari rubro, muris denique ciuitatis suæ, consideratione permota, credit: hac, solo Deo intus illucescente ac miserecente, fidelis euadit. Nec multū distare potest nostræ Moab-

Rutha magna fides.

Josue 2.

biticæ fides, à fide Abrahæ, quoniā sicut & ille, *Gen.12.*
 egressa est de terra sua, & de cognatione sua, & de
 domo patris sui, ut peregrinaretur. Ante euange-
 lium, istis euágelicis vocibus obtemperauit, Qui *Matth.10.6.*
 amat patrem aut matrem plusquam me, non est
 me dignus. Quinon odit patrem suum & matrē,
19.
 non potest esse meus discipulus. Qui reliquerit
 patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut a-
 gnos propter nomen meum, &c. Veni separare fi-
 lium à patre, filiam à matre, &c.

Tantum itaque oportet esse in pectoribus no-
 stris studium verae fidei, tātū salutis desiderium,
 vt (veluti eleganter docet Hieronymus) & si scil- *Epist. ad Hebreos.*
 sis vestibus, vbera quibus nutrita ostēdat mater; *l.iod.*
 & si in limine pater iaceat; & de collo paruuli pē-
 derent nepotes, vt nos ab instituto sacro reuoca-
 rent, per calcatum pergamus patrem. Solū, idém-
 que ter maximum pietatis genus est, in hac re esse
 crudelem. Helisæus vocatus ab Helia, & iugis *3. Reg. 19.*
 boum, & parentibus lubens valedixit, vt Dei ser-
 uo adhæreret atque seruitio. Paula nobilis Roma-
Hieron. in Epitaph.
 na paruulum filium Toxotium, Ruffinamque fi-
 liam nubilem, & omnes Romanas delitias dese-
 ruit, vt in terram sanctam, soli Deo vacatura per-
 geret. Discant istis exemplis liberi, parentes hæ-
 resibus, & iampridem dānatī veterum seducto-
 rum blasphemis deprauatos, potius relinquere, si
 saluti suæ consultum volunt. Abraham imitetur,
 qui Thare patri Deos alienos colēti nequaquam
 adhæsit. Ezecliam & Iosiam piissimos reges, ex sce-
 leratissimis tyrānis & apostatis ortos sibi propo-
 nant. Confidant tūc, atque contra omnes tenta-

COMMENT. IN LIB. D. RVT^H

tiones animos suos erigant ac solentur his diuinis promissionibus: Qui reliquerit patrem aut matrem, aut domum propter me, ceterum accipiet in hoc seculo, & vitam æternam in futuro.

*Matth. 19.
Mar. 10.*
Tertio ac præcipuo loco Booz celebrat Ruth à fide & religione, dicens: *Venisti ad Dominum Deum iſraëlis, & sub cæs alæ configisti.* Hæc enim

Alia quid in superiorum virtutum origo & causa est. Metaphora porrò alarum diuinarum, solemnis scripturarum consuetudine, significat diuinam omnipotentiam, prouidentiam, defensionem ac patrocinium, cui se totam penitus commiserat. Sicut nāque aues extensione alarū nidos operiunt, & pullos suos fouent atque defendunt: sic Deus sua potestate & plusquam paterna prouidentia, sollicitudinēque seruos, atque electos suos nunquam non tutatur & protegit, vt Davidis, Mosis, Danielis, trium puerorum, Susannæ, & alia sine numero indicant exempla. Eandem sæpe metaphoram usurpat Psaltes, docens quanto studio seruorum suorū rebus Deus inuigilet. Custodi nos, inquit, vt pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege nos. Filij hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. In umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas, i. calamitas. Protegar in velamento alarum tuarum. In velamento alarum tuarum exultabo. Alibi rursus prædicat illos fœlices ac tutos esse, qui sub pennis eius sperant. Et in Isaia, promittit Deus se montem Sionis contra Assyrios protecturum, sumpta ab auibus similitudine. Descendet Dominus exercituum ut prælieetur super montem Sion, & super collem eius. Si-

*Pſ. 16. 35. 56.
60. 62.*

Pſal. 90.

Isa. 31.

cut

cut auct volantes, sic proteget Ierusalem, protegens, & liberans, & transiens, & saluans. Par si militidine Christus docet se ciues Ierosolymorū Matth. 23. ingenti studio ac labore seruare voluisse. Quoties inquit, vokui vos congregare, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas, & noluistis? Ut enim illa nunquam non glocitans pullos dicit, reducit, vocat, allicit, monet, pennis abscondit infidante miluo: sic Christus omnium prophetarū, Apostolorum, discipulorum, propriis denique concionibus, Iudeos ut Deo adhærerent monuit.

Sed unde Ruthæ tanta fides? Potuit equidem ex marito, socero Elimelech, ac socru Noëmi multa audiuisse de unico vero Deo, de creatione mundi, de lapsu hominum, de eorum reparatione per futurum Messiam, de decalogo, de iudicio, de resurrectione, de præmiis bonorum & malorum. Sed Fidei origo. omnino ad salutem isthac credere non potuisset, nisi datum fuisset ei desuper. Nec tamen inuita, sed volens & consentiens credidit. Posse etenim habere fidem, naturæ est hominum; habere autem fidem, gratiæ est fidelium. Fides namque donum Dei est cœlitus collatum hominibus. Verum, hoc donum non est in nobis sinen obis: id est, nisi consentiente, ac cooperante hominis libera voluntate. Vtrumque ex apertis scripturis sacris docet, confirmataque non semel Augustinus. Primum quidem Epistola ad Sixtum, quæ est numero 105. Fides ad Christum nos trahit, quæ nisi desuper gratuito munere nobis daretur, non diceret: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me attraxerit eum. Augus. 10.6.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

*Lib. de pre-
dict. san. ca. 2.* Fusius antem alibi scribit: Initium fidei nostræ ex
Rom. II. eo est, ex quo, per quem, & in quo sunt omnia. Et
Philip. I. paulò post. Vobis donatum est pro Christo, non
1. Cor. 7. solutiū ut credatis in eum, verum etiam ut patia-
Act. 9. mini pro eo. Vtrumque ostendit Dei donū, quia
Matth. 16. vtrumque dixit esse donatū. Nec ait, ut plenius &
Matth. 11. perfectius credatis in eum; sed ut credatis in eum.
Mare. 9. Nec eum misericordiā cōsecutū dixit, ut fidelior,
Luc. 17. sed ut fidelis esset, quia sciebat nō se initium fidei
*Tract. 26. in
Io.* suæ priorē dedisse Deo, & retributū sibi ab illo
*Lib. de Spiriti-
tu. Et lit. c. 31.* eius augmētū, sed se ab eo factū fidelē, à quo & A-
Rom. 3. postolus factus est. His adde, quod Petro cōfītēti
Col. 3. Iēsum esse filiū Dei vivi, ab eodē illi dictū est: Ca-
Mark. 16. rō & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater qui est in
Matth. 11. cœlis. Rursumque, fidei nostræ arcana abscondita à
Mare. 9. sapientibus & prudentibus seculi, reuelata vetō
Luc. 17. paruulis. Suppliciter ergo ac iugiter orādum no-
bis est: Domine, adiuua incredulitatem meā. Do-
nime, adauge nobis fidem.
*Secundū verò, id est, liberū ac spontaneū vo-
luntatis nostræ cōsensum ut perfectè credamus,*
necessarium esse, his verbis idē explicat, probatq;
Augustinus. Intrare Ecclesiam quisquam potest
nolēs, accedere ad altare potest nolēs, accipere po-
test sacramētum nolēs, credere nō potest nisi vo-
lens. Et rursum: Quid est credere, nisi consentire
verum esse quod dicitur? Cōsensio autem vtique
volentis est: profectò fides in potestate est. Et ite-
rum: Sicut donum Dei est facta carnis mortifica-
re, exigitur tamen à nobis, proposito præmio vi-
tate: ita donum Dei est & fides, quamvis & ipsa cū
dicitur, Si credideris, saluus eris, proposito præ-
mio salutis, exigatur à nobis, &c. Sequitur.

Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israël.

Quarto ac postremo loco, Ruthæ bene precatur summus Israëlis Rector: quasi d. Liberatissimus munificentissimusque Deus ille noster, qui nullum bonū quamvis exiguū, irremuneratū finit, etiā si calix dumtaxat frigidæ fuerit, redditq; omnibus secundum proprium laborem; fidei, charitatis, & pietatis tuæ nunquam obliuiscatur. Benedicat tibi in præsenti, ut olim claris fœminis nostris Rebeccæ, Saræ, Racheli, Annae, Raabæ, quarum virtutes imitaris, benedixit: ac in futuro seculo plenissima, amplissimāq; mercede corporis & animi cum eisdem coronet. Chaldeus paraphrastes redditit: *Dignum tibi rependat Dominus in hoc seculo, & consummatam mercedem in futuro.* Ergo Duplex secundum. rectè sibi nobiscum persuaserant veteres Hebræi duplex esse seculum, duplē vitæ hominum statum, duplicem bonorum operum mercedē. Rursum circumdabor pelle mea, inquiebat Iob, & in carne mea videbo Deum. Et senex Thobias insulstantibus atque exagitatibus amicis dicebat: Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & vitâ illam expectamus, quam Deus datus est his, qui fidé suâ nunquā mutant ab eo. Meminit Christus huius seculi, & futuri. Et Paulus, vitę que nunc Iob 19.
Thob. 2.
Marc. 10.
1. Tim. 4. est, & futurę. Symbola fidéi nostrę his verbis clauduntur: *Credo carnis resurrectionē, & vitam aeternā. Exspecto resurrectionem mortuorum, & vitā futuri seculi. Amén.* O ter quatérque miseri, ac perditæ Æθœi, qui horū memoriam extinctam cupiūt, ut audacius cunctis sceleribus! &c.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Docet quoque hic locus bona seruorum Dei opera, quæ ex gratia propter Christi meritum fidelibus ac regeneratis collata, atque propter Deum fiunt, & in præsenti, & in futuro seculo diuina liberalitate magnis præmiis compensari. Reddat, inquit, Dominus pro opere tuo, temporalem vide-licet quandam mercedem in hoc seculo, ut obste-tricibus Ægyptiacis quandam reddidit: sed & plenam, perfectam, consummatamque mercedem recipias ab eodem Domino Israëlis, in nouissimo die. Apostolorum suorum bonis operibus promisit Christus centuplum se redditurum in hoc seculo, & vitam æternam in futuro. Et Paulus palam constantérque docet: Pietas ad omnia utilis est, pro-missionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. His quoque qui eleemosynas contulerant in sub-sidium fidelium qui erant in Iudæa, pollicetur: Qui administrat semē seminanti, & panē ad man-ducandū præstabit & augebit incremēta frugum iustitię vestræ. Quid porrò ad hæc Luterani? quid Caluiniani? quid Zuingliani? Triplici mendacio, cetero potius, graui in diuina scripta contumelia & iniuria peccat: de quibus hîc breui digressione agendum.

Digressio de operum honorum præstantia, necessitate, & meritis, aduersus hæreticorum mendacia.

1. Flerefis.

Luter. art. 31.
32. & 36. dñe-
nati à Leone
10.

Quantum ad excellentiam dignitatēmque bonorum operum spectat, in primis Luteri, Caluini, & ceterorum hæsiarcharum magnum & impudens mendacium est: *Iustum hominem in omni*

opere be-
catum
in beno-
nes ha-
Ver-
cat? A-
opus e-
ctus fa-
stus in-
non p-
cùm t-
posto-
iuxta
nostra-
lesten-
mus,
nostr-
ra, pe-
in fac-
oblat-
des, I-
suetu-
Eliæ,
stant-
ctitas
tu lab-
vitæ
que c-
nem
fidé
prop-
inuit

opere bono peccare. Omne opus iusti esse damnabile, & peccatum mortale, si iudicio Dei iudicetur. Et rursum: *Iustus in bono opere peccare mortaliter.* His succinut alij omnes haeretici.

Eadem sentit
Calvinus
Antidoto tot.
Council. Tride-

Verum, dicite o boni: Si iustus, quomodo peccat? Aut quomodo peccat mortaliter, si bonum opus edit? Nam arbor bona non potest malos fructus facere. Et qui facit iustitiam, iustus est. Si iustus in omni opere mortaliter peccat, quomodo non peccauit Iob in omnibus verbis & operibus, cum tot aduersis luctaretur? Quomodo iuxta A-^{Matth. 7}_{1. lo. 2.} postolum, nubens virgo non peccat? Quomodo iuxta Christi prescriptum, lucere poterunt opera nostra bona coram hominibus, ut inde patrem cœlestem glorifcent? Qua ratione satagere poterimus, certam reddere vocationem & electionem ^{Confutatio.}_{1. Cor 7.}^{2. Pet. 1.} nostrâ per bona opera? Si omnia iustorum opera, peccata sunt lethalia, quo iure, quove merito in sacris tantopere laudatur Abelia innocentia & oblationes, Enos preces, Noë iustitia, Abrahamæ fides, Isaacæ obedientia, Jacob patientia, Mosis mansuetudo, Josephi cōtinentia, Davidis pietas, zelus Eliæ, Danielis abstinentia, trium puerorum constantia, Sussannæ castitas, Ezeciæ religio, Iosiaæ sanctitas, & tot veterum prophetarū pro diuino cultu labores? An non iniuria, Christus sui Baptistae vitæ rigorem, vestium asperitatem, constantiamque celebrauit? Magdalena lacrymas, & vnguentum commendauit? Chananeæ, Centurionisque fidē laudauit? Siquidem in his(iuxta istos Pseudo-prophetas) etiam mortalia, deoque summopere inuisa peccata admiserunt? Apagete ergo tantam

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Isa. 5.

blasphemiam. Væ istis dicétabus bonum malum,
& ponentibus lucem tenebras, dulcēque in ama-
rum. Tanta enim impietas, longiore confutatio-
ne non eget.

2. Heres.

Lib. de Lute-
ranor. cōcord.M. proposit.
Mart. Lut.
Vuiteberg.
1560. edit.

Confutatio.

Exod. 20.
Math. 5.

Secundum hæreticorum mendacium, bonoru
operum necessitatí detrahit. Quoniam enim clamitá
omnes, sola & unica fide hominem iustificari atque sal-
uari: inde concludunt, opera bona non esse ad iustitiam,
salutemque necessaria. Quinimò eo impietatis pro-
uectum fuisse Nicolaum Amsdorffum insignem
Luteranum, scribit Fridericus Staphylus, ut libel-
bellum ederet hoc titulo prænotatum: *Quod hæc
propositio vera sit, Bona opera esse perniciosa ad salutem:
atque cum illo sentire Flaccianos, & multos alios
concionatores Saxonicos. Non ambigo has blas-
phemias ex officina Luteri prodiisse, quando qui-
dem anno 1518. sexto Cal. Maij, in scholis Heidel-
bergensis, eodē præside ac magistro, quidam Leo-*

nardus Beier inter 40. theses impias, has duas pu-
blicè afferuit: 1. *Lex Dei saluberrima vita doctrina, nō
potest hominem ad iustitiam promouere, sed magis obest.* 2.
*Multo minus opera hominum, naturalis dictaminis auxi-
lio, frequenter, ut dicitur, iterata possunt promouere.*

Porrò, quis non stupebit, ac prorsus exhorref-
cet tantā impietate? *Quis nō mirabitur tātas Sa-
tanæ vires, ut homines sacrī literis imbūtos adeō
demētarit?* Si opera bona nihil adjūstitia, nihil ad
salutē prōsunt, imò perniciosa sūt: quorsum deē
præcepta Decalogi, quæ prorsus illa præscribunt,
seuerēque exigunt? *Quorsum Christi filij Dei e-
iusdem explicationes istæ: Diligite inimicos ve-
stros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro*

perseq-
tus ina-
sola &
quid
quid
gratia
sancti
quas t
septem
cordi
Ad l
na, so
ad vi
cauer
Frust
Frust
quis,

Si
iustit
& op
ieun
pus si
bus e
iustif
muni
vnici
merci
Erro
testi
tio p
stes l
R

persequentibus & caluniantibus vos? An nō penitus inanes, imò secundū hęreticos, pernicioſe? Si sola & vniqa fides ad iustitiā & salutē ſufficit, ad quid ſpes, tuta animarum noſtrarum anchora? Ad Heb. 6.
quid charitas, virtutū omnium maxima? Ad quid 1. Cor. 13.
gratia Dei, mors Christi, communicatio Spiritus sancti? Ad quid octo aut nouē illæ beatitudines, Matth. 5. 6.
quas tanto studio Christus prædicauit? Ad quid 19.
leptem opera ſive ſpiritualis, ſive corporeæ misericordiæ, quas tanto pere commendauit?

Ad hęc, si min⁹ necessaria ſunt ad salutē opera bona, ſolāq; ſufficit fides, fruſtra dixit Christus: Si vis ad vitā ingredi, ſerua mādata. Fruſtra, Nisi mādūcaueritis carnē filij hominis, non habebitis vitā. Matth. 19.
Luc. 11.
Fruſtra, Nisi pœnitētiā egeritis, omnes peribitis. Ioan. 3.
Fruſtra, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. At quis, niſi planē demēs & mēte captus, hęc dicer?

Si bona opera (vt aiunt) non promouent ad iustitiam, ſed potius ſaluti pernicioſa ſunt: oleum & operam perdidit Paulus, cùm fame & siti, & ieſiuniis multis, frigore & nuditate, caſtigauit cor-pus ſuū, & in ſeruitū spiritus rededit, ne reprobus efficeretur. Nos ſefellit, dicens factores legis iuſtificari apud Deum, non auditores. Vniuerso mundo imposuit, cùm afferuit, Deum redditurū vnicuique ſecundum opera ſua: Vnumquemque mercedē accepturū ſecundum proprium labore, Rom. 2.
Errorem obiiciunt ſexcenta ſacrorum Bibliorum 1. Cor. 3.
testimonia, quibus merces, præmium, ac retribu-tio piis operibus promittitur. Quid ad hęc ho-stes bonorum operum?

Respondeſ Caluinuſ, improprias effe locutiones,

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

cum vel precibus, vel ieiuniis, vel aliis piis operibus Deum
mercedem promittere dicitur. Succinit ei in Rapsodiis

In sap. 6. Marloratus: nec discordat in Annot. & Confes-
Matth. vers. sione Beza: nec in Homiliis Lauaterus minister
16. Tigurinus. Atq; hoc est tertium de bonis operib;
Heresis 3. hæreticorum mendacium: ceu potius grauis in
Deum contumelia.

Ecquis verò vñquam propriè loquetur, si Christus ipse, si Spiritus sanctus inconsideratè, corrupè, deprauatè, improprièque toties sunt locuti? An experimentum quæritis, aiebat Paulus, eius qui in me loquitur Christus? Non enim vos estis, inquit ad Euangelistas & Apost. Dei filius, qui loquimini: sed Spiritus patris mei qui loquitur in vobis. Ieremiæ quoque de infantia sua quærenti dictum est à Domino: Ecce dedi verba mea in ore tuo: quæcunque mādauero tibi loquētis. Isaïæ purgata sunt labia: Dauid auscultat quid in se loquatur Dominus Deus: & vt paucis absoluam, Spiritus sanctus loquutus est per os sanctorum, qui à seculo fuerunt prophetarum. Spiritu sancto inspirati locuti sunt omnes sancti Dei homines. Ergo prophetarum & Apostolorum sermones & scripta, non tam illorum, quam Dei viuentis viua, vera, & propria verba sunt. Non potest autem Christus, non emendatè & purè loqui. Nō potest Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, Spiritus continens omnia, scientiamque vocis habens, non potest non sententiis verbisque lectissime & propriissime dicere. Non potest is qui aperit ora mutorum, & linguas infantium facit

Confutatio.

2.Cor.13.

Matth.10.

Marc.13.

Ierem.7.

Isa.6.

Psal.84.

Luc.1.

1.Pet.1.

Isa.11.

Sap.1.

Sap.10.

disertas: quique Apostolos docuit omnium Gen. *Att. 1.*
 tium linguis diserè copiosèque loqui magnalia
 Dei, non potest, mihi credite, qui cquam impro-
 priè aut corruptè proferre. Ergo cùm Paulus di-
 cit, vnumquemque mercedem accepturum secú- *L. Cor. 3.*
 dum proprium laborem: confidentiam nostram *Heb. 10. 8.*
 magnam habere remunerationem: & beneficen-
 tiæ hostiis homines Deum promereri, aptè & de-
 corè loquitur. Et Matthæi non est impropria lo- *Matth. 9. 6.*
 cutio, qua copiosa in cœlis merces pro Christo
 patientibus reposita, qua patrem reddere in pro-
 patulo, qua denique operatiis pro laboribus mer-
 ces redditæ dicitur. Non impropriè Ieremias affli-
Ierem. 31.
 eto cuique dicit: Quiescat vox tua à ploratu, &
 oculi tui à lacrymis; quia est merces operi tuo,
 ait Dominus. Non impropriè Isaias prædicat: Ec- *Isa. 40. 8.*
62.
 ce Deus vester, ecce Dominus Deus in fortitudi-
 ne veniet: ecce merces eius cum eo, & opus illius
 coram illo. Id est, præsentem habet mercedem,
 quādabit piis fidelium operibus. Non impro- *Ps. 17. 18.*
113.
 priè David concionatur: Retribuet mihi Domi-
 nus secundum iustitiam meam, & secundum pu-
 ritatem manuum mearum (i. bonorum operum)
 retribuet mihi: In custodiendis præceptis diuinis
 retributio multa: Inclinaui cor meum ad facien-
 das iustificationes tuas, propter retributionem.

His, aliisque innumeris testimonis victi qui-
 dam Heræsiarcharū, Lutheri & Caluini impie-
 tam pudere illos iam cœpit. Nam Melancthon *Heresiarcha-*
vl-
tim locorum communium æditione scripsit: *In rū palinodia.*
reconciliatis, bona opera cùm placeant fide, propter Media-
torem merentur præmia spiritualia & corporalia, in hac

COMMENT. IN LIB. D. RVT H

vita & post hanc vitam, sicut clare ostendit parabola de
negotiantibus: Habentis dabitur, &c. Et 1. Tim. 4. dici-
tur: Vitas habet promissiones praesentis vita & futura.

Matth. 25.
Luc. 19.

Et alio in loco: Verum est bona opera mereri remissio-

Disput. de iu-nem paenarum corporalium, sicut Niniuitae meruerunt sibi
stificat. paenam remitti. Idem rursus alibi: Bona opera merentur

Ion. 1. multa præmia spiritualia & corporalia, quæ dantur tum

Disput. de bonus oper. in hac vita, tum post hanc vitam: ut multæ tristes pa-

Zach. 1. neæ publicæ & priuatae mitigentur propter paenitentiam,

Disput. de bona opera aliquorum in Ecclesia, iuxta illud: Con-

Articul. 20. uertimini ad me, & ego conuertar ad vos, &c. Idem

rursum, non tam proprio, quâm communî om-

nium Protestantum nomine, in Confessione Au-

gustana scripsit: Quamquam noua obedientia procul

abest à perfectione legis, tamen est iustitia, & meretur

Articul. 20. præmia, idèò, quia persone reconciliata sunt. Atque

ita de operibus indicandum est: quæ quidem amplissimis

laudibus ornanda sunt, quod sint necessaria, quod sint cul-

tus Dei, sacrificia spiritualia, & mereantur præmia.

Et paulò post citat, probatque sententiâ Augusti-

ni: Dilectio meretur incrementum dilectionis, cum exer-

cetur.

Audis bona opera Deo placere? quo igitur pa-
ceto peccata essent mortalia? Audis eadem mereri
præmia spiritualia & corporalia, cum in hac, tum
in futura vita: idque scripturis clare probari? Au-
dis haec non modò vnius Melanthonis sententia,
sed & omnium Ministrorum, Principumque co-
fessionis Augustanæ iudicio, fidèque confirma-
ri? Symmictis igitur suis, atque etiam catholicae
religionis desertoribus impij sunt, & verbis diui-

nis sese oppōnunt, hostes bonorum operum & meritorum, nedum Catholicis.

Sed ne quis putet senem Philippum hæc reuocasse, eundem rursus in locis anno 1541, editis de necessitate bonorum operum differentem audiamus. *Quoniam autem dixi de reconciliatione & fide, est de operib⁹.* inquit, addendum est etiam quid de doctrina bonorum operum, & de nostra obedientia sentiam. *Planè igitur & clare dico: Obedientia nostra, hoc est, iustitia bona conscientiae, ceu operum qua Deus nobis præcipit, necessariò sequi deber reconciliationem.* Christus enim in E- *Melancthonis uangelio præcipit de pœnitentia. Item: Si vis ad vitam sententia de ingredi serua mandata.* Et Ephesius Paulus: *Dei opus bonorum operum, conditi ad bona opera.* Et idē paulò post. *Requiruntur autem non solum externa ciuilia opera: sed etiam spirituales motus, timor Dei, fiducia, inuocatio, dilectio, & similes motus.* Et aliquanto post: *Scriptura hanc iustitiam operum honorificentissimè prædicat in Sanctis.* Est enim mandatum Dei, ut præstemus hanc obedientiam, quia Christus clare præcipit, *Agite pœnitentiam.* Cur abhorream à vocabulo præcepti non video, *cum & alibi dicat, Mandatum meum est.* Et Paulus: *Debitores sumus. Præterea tanta necessitas est, ut clare dicat Paulus de adulteris, scortatoribus, homicidis &c. qui talia agunt, regnum Dei non posse debunt.*

Atque hæc de necessitate & præcepto honorū operū: de eorū dignitate postea differit his verbis. Non solum necessitas consideranda est, sed inuitet nos etiam dignitas honorū operum. *Quamquam enim in tanta infirmitate nostra, de nobis quidem non debemus arroganter sentire, tamen vocatio nostra magnificienda est.* Et si virtutes, & bone actiones nostræ nequaquam satis

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

excitatæ aut mundæ sunt, tamen ad gloriam Christi pertinent, ideo magna earum dignitas est. Et ut sciamus eas Deo valde placere, ornat eas Deus honorificis titulis. Vocantur sacrificia, hoc est, proprii & veri honores, quibus Deus delectatur. Petrus inquit nos esse Sacerdotium sanctum, destinatum ad spirituales hostias offerendas, & gratas Deo per Iesum Christum. Christus ornans opera nostra, vocat lucem, & dicit per ea gloriam Dei fieri illustriorem. Præterea, cum benefacta sint dona Spiritus sancti, effet ingrati & impij animi non agnoscere autorem.

Tertiò quoque de operum præmiis & meritis hoc modo disputat. Bona opera iudicantur quedam legi impletio, & merentur præmia, cum fiunt ab his qui ita consequuti sunt remissionem peccatorum. Et rursus aliquandiu postea: Sententiæ in Thobia, Eleemosyna liberat à morte, & similes significant eleemosynas mereri ingentia beneficia, ut defendamur à Deo in magnis periculis. Cæterum, sciendum est bona opera mereri remissionem pœncrum temporalium, seu mitigationem, ut suo loco dicetur. Hactenus Philippus, & rectè sane aduersus Lutheri & Caluini errores.

Quid igitur meriti nomen tantopere auersantur, atque extinctum volunt? Quid insaniunt audientes à nobis vitam æternam bonis operibus rependi? Insurgent in Christum, qui ad regnum paratum à constitutione mundi electos vocabit, ideo quod nudos vestierint, infirmos visitaerint, carceribus detentos soluerint, &c. Contendant cum illo, qui denarij nomine, etiam interprete Caluino, vitæ æternæ præmium in vinea laborantibus reddendum docuit. Expostulent cum Apostolo, qui in agone certatibus βεβεῖον,

Matth. 25.
Matth. 20.

Harmon. in
20. Matth.
vers. 1.

Id est, retributionem, coronam, victoriæ præmiū.
 sive ut Cyprianus & Ambrosius legunt, palmam,
 in stadio cursum consummantibus iustitiæ coro-
 nam; bona facientibus, & in spiritu seminantibus
 vitam æternā, à summo & iustissimo remunera-
 tore reddendam asseruit. Ecquid aliud, quām vi-
 tam æternam intellexit, cūm pro temporatiis &
 leui bus tribulationibus, æternum gloriæ pondus
 piis Christi seruis rependendum scripsit? Certent
 cum alio apostolo, qui aliquos in factis suis bea-
 toes fore tradidit: alios coronam vitæ, proculdu-
 bio æternæ, accepturos, si tentationes constanter
 pertulerint. Pugnant cum b. Petro, quod his qui
 per bona opera certam vocationem & electionē
 suam fecerint, introitum in æternum regnū Do-
 mini & saluatoris nostri Iesu Christi abundantet
 ministrandum confirmauerit. Se se filio Dei ob-
 iiciant & opponant, qui à legisperito rogatus,
 quid faciendo, vitam æternam possideret, respō-
 dentēque scriptum esse: Diliges Dominum Deū
 tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum si-
 cut te ipsum: subiunxit: Hoc fac, & viues. Con-
 tradicant illi palam prædicanti, ideò beatos pau-
 peres spiritu, mites, misericordes, pacificos, mun-
 dos corde, quod ipsorum veluti merces, foret re-
 gnum cœlorum, &c. Vna voce omnes reclament,
 ne dicat in nouissimo die, processuros qui bona
 fecerūt in resurrectionem vitæ æternæ: nobisque
 huius diuinissimis ac dulcissimis promissis ac-
 quiescentibus, vterius non obstrepant.

Sed Paulus, obiiciunt, pronunciat nos gratia
 saluatōis esse per fidem, & hoc non ex nobis, Dei

1. Cor. 9.

2. Tim. 4.

Rom. 2.

Galat. 6.

Jacob. 1.

2. Pet. 1.

1 Thess. 10.

Math. 5.

Io. 5.

*Obiectio haec
resticorum.*

COM MENT. IN LIB. D. R VTH

Rom. 5.

donum esse, non ex operibus, ne quis glorietur. Gratia Dei vita æterna. Hæc & aliquot alia testimonia similia coaceruāt, & nunquā nō iactitant, vt euincant sic beatis & electis omnibus vitam æternam conferri, vt Deus nullam bonorum operum rationem habeat, ea nullo iudicio expendat vel æstimet, sola fide contentus.

Dilutio.

In loc. cons.
cap. de grat.
& iustificat.

Hic quæslo, rursum audiant suum Melanchthoniem hæc pro nobis ita dissoluentem: Particula exclusiva, quæ inesse putatur in vocabulo gratie, non excludit nostram penitentiam & bona opera: sed tantum conditionem dignitatis (rei ad rem) excludit, & totā causam beneficij Christi transfert in misericordiam. Si hunc ut hominem leuem ac inconstarem, ut potè qui aliud stans aliud sedens de summis religionis capitibus persæpe dixerit, aspernati fuerint, Augustinum & grauem & constantem doctorem hūc nodum sanè maximum, expedientem rogo, attentis animis exaudiāt. Nascitur ait ille, non parua quæstio, quæ Domino donante, soluenda est. Si vita æterna bonis operibus redditur, sicut apertissimè dicit scriptura, Quoniam Deus reddet vnicuique secundum opera eius: quomodo gratia est vita æterna? Aopftolo dicente, Gratia Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Ista quæstio nullo modo mihi videtur posse dissolui, nisi intelligamus & ipsa bona opera nostra, quibus æterna redditur vita, ad gratiā Dei pertinere propter illud quod ait Domia^s, Sine me nihil potestis facere. Itaque vita bona nostra nihil aliud est, quam Dei gratia: sine dubio

Lib. de gra.
& lib. arb.
cap. 8.

Rom. 2.

Rom. 5.

Lp. 15.

& vita æterna, quæ bonæ vitæ redditur, Dei gratia est: & ipsa enim datur, quia gratis data est illa cui datur. Sed illa cui datur gratia est tantummodo: hæc autem (vita æterna) quæ illi datur, quoniam præmium eius est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro iustitia: ut verum sit, quoniam verum est, quia reddet vnicui que Deus secundum opera eius.

*Math. 16.**Rom. 2.*

Habemus Augustini viri tum Catholicorum tum secessariorum iudicio, ingenio prudentiaque acutissimi, & in scripturis exercitatisim, locorum specie pugnantium conciliationem. Vita æterna bonis operibus sanctorum tāquam merces, ac iustum præmium redditur: ipsa quoque gratia est, quoniam & initia, & progressus, & finis, & compensatio bonorum operum à dono gratiæ præcedentis, & subsequentus dependent. Si opera bona expendas secundum solius humanæ naturæ vires, qualia in philosophis, ethniciis, aut extra gratiæ statum constitutis Christianis *Duplex opera consideratio.* videntur, illis planè negat Apostolus gratiæ, aut vitam æternam iure deberi: alioquin merces nō imputaretur secundum gratiam, sed secundum debitum, gratia non esset gratia, homoque in se ipso gloriaretur. Sin vero bona opera æstimes ac perpendas, quatenus sunt hominis in Christo renati, qui sibi iam non viuir, sed in quo viuit ac omnino viget & operatur spiritus Christi: qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulat; qui non propria, sed diuina regitur & agitur voluntate; qui sibi ipsi penitus

*2 Cor. 5.**Rom. 8.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

vilescit, ut in Domino propter meritum redemptoris Christi, cuius viuum membrum est, glorieatur: his omnino operibus Deus sua gratia & liberalitate promisit vitam & felicitatem aeternam. Hanc vocat Paulus coronam iustitiae sibi reddendam, quia bonum certamen certauerat, &c.

2. Tim. 4.

Epist. 105.

Vita eterna
quo pacto
gratia nun-
cnapatur.

Rursum audiant Augustinum: Vita aeterna meritis precedentibus redditur: tamen quia eadem merita non a nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud, nisi quia gratia datur. Nec ideo quia meritis non datur, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur. Hinc subiicit, quod & alibi non semel repetit: Cum Deus premiat merita nostra, coronat dona sua. Ne vero putent haeretici haec imprudenter excidisse Augustino, aut eum (ut blaterare solent, dum omni solida responsione destituuntur) hac in re non sibi constare, eadem rursus docte & copiose asseuerat, in Enchiridio cap. 307. Epistola 106. lib. 3. hypognosticon: lib. de correptione & gratia, cap. 13: Commentariis in Ps. 83. 95. 110. & alibi passim. Atque haec satis sint pro occasione Boozi, piis studiis Ruthae precantis duplēm a Domino mercedem. Reliqua persequamur.

13. *Quæ (Ruth) ait: Inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi, qui consolatus es me, et locutus es ad cor ancillæ tuae, que non sum similis unius puellarum tuarum.*

HÆc est quarta pars huius colloquij, qua Rutha cum omni demissione & obseruantia indicat

dicat Boozo, eum nō contulisse tot beneficia ingratae mulierculæ: quoniam ex animo agnoscit illa, optatque se in illius benevolentia confirmari. *Quasi d.* Optarim me tibi perpetuò gratam esse, ac semper à te adamari, siue nancisci perpetuam apud te gratiam, tibi semper commendatam esse. Nam Hebræis & Græcis verbum est optandi. Et enim eximia consolatione me pauperulā viduā, peregrinam, afflictam, ignaram mulierculam sustentasti & recreasti, atque gratissima cordi meo locutus es. Ego autem indigna sum non solū tati viri colloquio, sed & quæ cum nouissima ancillatum tuarum comparer. Magnam lucem huic loco adfert ista Chaldæa paraphras: Clemens es admodum erga me Dominæ mi, quādo fœlicem me dicendo ut digna recipiat in domo domini, atque etiam humaniter locutus cum ancilla tua, consolatus es me. Ad hæc, mihi attulisti fiduciam de venturo assequendo seculo, ubi pro meritis est præmium. Ego tamen mihi indigna videor, quæ quantum vna de ancillis tuis in illo merear, &c.

Loqui ad cor, genus dicendi est Hebræis per quam vñitatum, quo significant benevolè, blan-
dè, amicéque loqui, adeo ut ingenti quadam consolatione, cor antea mœrens & anxiū affici possit. Sichem dicitur locutus ad cor Dinę, quam rapuerat & constuprauerat: quod interpres extulit, Tristem deliniuit blanditiis: nimirū patrias opes, regni consortium, montes denique aureos (ut amatores solent) iactando & pollicendo, ut ad coniugij consensum flecteret. Ioseph quoque post patris deceßum, locutus est iuxta cor fra-

*Loqui ad cors
quid est He-
brais.*

Gen. 34.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Gen. 50

trum suorum, quando amicis verbis omnem il-
lis metum ademit, dicens cum lacrymis, Nolite
timere, ego pascam vos, & paruulos vestros, &c.
In Isaia, Dominus iubet suos prophetas loqui ad
cor Ierusalem, id est suaves & planè euangelicas
conclaves habere de Messia redemptore. Et O-
see 2. Loquar ad cor eius, j. cōueniam illam ver-
bis blandis & plenis consolatione.

Iff. 40.

Osee 2.

Omni obseruatione hic dignum est, quod Rutha profitetur se se tum incredibili consolatione
sustētam, quum ex ore Boozi verba diuina per-
cepit. Refert namque Chaldaeus paraphrastes, id-
que multum vero simile est, illum longè ampliori-
bus verbis cum ea differuisse: nimurum, Quan-
do prohibitum est in lege Moabitas admittere in
Synagogæ communionem, hoc duntaxat de vi-
ris, non de fœminis cautum esse. Deinde, sibi per
prophetiam reuelatum fuisse, quod ex ea quan-
tumvis tunc abiecta, nascerentur multi reges &
prophetæ. Adiecerit denique: *Ipsa porrò aequitas
tua te à Gehennæ iudicio liberabit, ut sit tibi portio cum
Sara, Rebecca, Rachele & Lea.* Itaque breui quidem,
sed graui concione illam de rebus diuinis erudi-
uit, bonoq[ue] animo esse iussit.

Ergo in omnibus temptationibus, aduersisq[ue]
Ex verbo Dei
bus, in omnibus angustiis & mœroribus, queren-
tia est in da est ex verbo & doctrina Dei consolatio. Ad
omnibus ad- hanc sacram anchoram confugiendum, in hunc
uersis consola- tranquillissimum portum, & tutissimum asylum
tio. citius se recipiendum est, si nobis recte
consultum velimus. Sunt qui in mœroribus suis

tabescunt, & luctu squaloreque marcescunt. Sunt qui suspiriis & clamoribus cœlum fatigant. Sunt qui blasphemant, ut Cain & Iulianus. Sunt proh pudor! qui ad laqueos, præcipitia, gladios currunt, ut Saul, Achitophel, Iudas, Herodes, &c. Sed Deus opt. max. nos ad se se vocat, *Matth. ii.*
venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis:
& ego reficiam vos. Si quis sitit, veniat ad me *Ioan. 7.*
& bibat. Omnes sitiens venite ad aquas, & *Isai. ss.*
qui non habetis argentum, properate, emite, &
comedite. Pij Hierosolymorum ciues grauissimis
regum Ægypti & Syriæ persecutionibus oppres-
si, scribunt ad Spartiatas: Habemus pro solatio-
1. Macab. 12.
sanctos libros, qui sunt in manibus nostris. Hinc
felicem & beatum Dauid prædicat illum, qui in
lege Domini meditatur die ac nocte. Et Paulus a-
Psf. 1.
pertè clamat nos ingentem spem concipere, per
Rom. 15.
consolationem scripturarum.

Non solum verbis appellat, sed & amplissimis
promissis nos Deus ad se iauitat, & sanctorum ad
se configientium exemplis, quasi ad motis stimu-
lis incitat, atque impellit. Inuocame (inquit) in
die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. *Luc. 4.*
Isa. 61.
Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, &
glorificabo eum. Spiritus misit me ut mederer
contritis corde, & prædicarem captiuis indul-
gentiā, clausisque apertione. Quid his suauius?
quid dulcius? quid iucundius? Origenes appositè *In ps. 37.*
verba Dei cōparat cū officina omnibus medica-
mētorū generib⁹ referta, ex quib⁹ quisq; aduersus
quamlibet infirmitatem, medelā facile recipiet.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Homil. 43. in Gen. Et Chrysostomus cum pratis virentibus, quę omnigenos & suauissimos flores ostentant atque exhibent. Item, cum turri omni armorum genere instructissima. Rursum, cū thesauris omni gemmarum copia refertis. Pinguissimus est sermo di-

In Ps. 147. vinus, scribit Hieronymus, omnes in se habens delicias. Quicquid volueris, ex sermone diuino nascitur, sicut tradūt Iudæi de manna, quod cùm comedebant, secundum voluntatem vniuersitatis sapiebat in ore. Etenim si paupertate premimur, verbum Dei occurrit, beatos asserens pauperes spiritu: eos esse membra Christi: apostolos, prophetas, Messiam denique hīc paupertatem æquo animo tulisse. Si morborum doloribus corpore, vel angustiis afflīctamur animo; scriptura asserit, Deū nos hīc castigare ne extollamur: nos hīc corripere, ne cum hoc mundo damnamur. Si mundi contemptus pungit atque lacinat ad impatientiam, verbum Dei obiicit Iobum, Lazarū his mediis in cœlos euasisse. Si superbia quis tumet, in eodē animaduertet Deū superbis resistere. Luciferum Adamū, Nabuchodonosorē superbia sua deiectos. Si peccatorū multitudine ac gravitate quis frangitur animo, expendet in scripturis diuinæ miserationis abyssum; Christum nobis propitiatorem datum; sacramenta, quorū opera eius meritum nobis applicatur; grauiissimosque peccatores in gratiam receptos, &c. His & multò pluribus atque amplioribus consolationibus recreantur, qui eas ex verbis & lectionibus diuinis exoptant & querunt.

Contrà verò miserabiliter gemunt, cruciantur, tandemq; fractis animis desperant quicquaque illis

in extremis periculis carēt, hoc vel indicat versus,
quos moriēs Hadrianus imperator fecisse dicitur.

Animula, vagula, blandula,

Suet.

Hoffpes, comēsque corporis,

Qua nunc abibis in loca

Pallidula, rigida, nudula,

Nec vi soles, dabis tocos.

Docet quoque Ruthæ modestia, quām humili-
ter & demissè de nobis sentire ac loqui debea-
mus. Nata (vt volūt Hebræi) patre Eglone, Mo-
bitarum rege, nupta Iudææ, id est, regiæ Hæ-
bræorum stirpis homini, nullam præ se fert arro-
gantiam, nullam insolentiam, nullos altos spiri-
tus: sed se etiam omnibus Principis Boozi famu-
labus inferiorem ingenuè profitetur: quæ demis-
sio ad cōcitandū & sibi conciliandū animū opti-
mi virti aptissima fuit. Natura enim comparatum
est, vt superbos & arrogātes despiciamus: mode-
ratè verò de se sentiētes & loquētes diligamus. Eā
humilitatem sunt postea imitatae nobiles matro-
næ Anna Samuelis mater, dicens ad Heli, Ne re-
putes ancillam tuam, quasi vnam de filiabus Be-
elial: & Abigail d. ad Dauidē: Loquatur obsecro,
ancilla tua: Et: Audi verba ancillæ tuæ. Et cū mi-
sisset qui eam adducerent, vt eius esset vxor, rur-
sum dixit: Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet
pedes seruorū domini mei. His exemplis discant
mulieres Christianæ summisionē animi: vt è cō-
trario ex historia Vasthi, Iesabelis, Herodiadis, fu-
gere omnem superbiam & iactan tiā. Nunc arro-
gantia plusquam thrafonica, & iactantiis omnia
perstrepunt in gyneciis, in aulis, &c.

I. Reg. 1. 6.

25.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Rursus, vocando Boozum Dominum suum, & se ancillam, refellebat futurorum Anabaptistarū ferinos errores, ac belluinos mores daminabat, qui Principes ac Magistratus nullo dignantur honore. Sed & honorificas appellationes Regum, Pontificum, Doctorum, Dominorū &c. cuiquā tribuendas esse negant: illis demū omnem obseruantiam & obedientiā detrectant. An nō hoc est omnē de rebus humanis ordinem tollere? An non regna, imperia, res publicas à Deo constitutas & probatas subuertere? An non prophetarū & apostolorum vocibus (quibus Principes honorare & obseruare iubemur) suos furores opponere?

At, hæc à Luteranis & Caluinianis didicerunt miserabiles Anabaptistæ. Si id negare ausi fuerint Sectarij, nos eis cōuitiorum plaustra obiciemus, quæ Luterus libris editis exoneravit in Henricū Anglorum regem, in Georgium Lipsię ducem, in Henricum ducē Brunswicensem, in Electorē ducem Augustanum, & Moguntinum, in Catolum denique ter maximum imperatorem. Maledicta

Luterni ^{et} in summis ecclesiæ pontifices non commemoro. Caluiniani in Librum edidit Luterus 1523, De seculari potestate: aliūmque 1524. contra duo Cæsaris mandata, contundiosi. in quibus pro minimis in Principes cōuitiis sunt tyrranorum crudelium, morionum, deterriorum nebulonum, Nembrothorum, Herodūm Christicidarum, periusorum, perfidorum, infidelium, belluarum, hostium euāgeliij, apostolorum Satanae, homicidarum, raptorum, stolidorum, fatuorum, insanorum, furiosorum, amentiū, Turcis longè peiorum, porcorum, asinorum, &c. nuncupationes atque elogia. Negare nunquā poterūt Caluiniani libris Genevæ, Basileæ, ac Rupellæ editis, De-

statu rerum Frācicarum, & aliis aliquot, se omnibus verborum contumelias, omnibus probris & maledictis Christianissimos reges nostros Henricum secundū, Franciscum secundū, & Henricum tertium, vñā cum matre Regina: deinde illustrissimos principes Guisianos Frāciscum ducē, & Carolum Cardinalē Lotharenum proscindere atque vexare. Si fuerint inficiati, præsto sunt illorum libelli. Ecquid in Monasterio Vvestphaliæ metropoli patrauerunt Anabaptistæ, ducibus Rotmano, Cnipperdolingo, & Crechtingo: quod non hac tépestate Caluiniani rupelle, Aureliis, Sacrocæsariis, in Monte albano, & multis aliis Franciæ ciuitatibus, imperatibus Beza, Collignio, & quibusdam aliis perduellibus, præstiterint? Taliane vñquam in reges admiserunt Anabaptistæ, qualia iam ab aliquot annis Luterani & Caluiniani committunt in Belgio, aduersus principem suum legitimum Regem Catholicum?

Verū aduersus hos furiosos perturbatores omnino constituendū & inculcandū est, Imperatores, Reges, Principes, Magistratus à Deo, in sui gloriam, ac præsentis vitæ politiam ac necessitatem constitutos esse, siue boni sint, siue dyscoli. Deinde diuino mandato nobis iniunctum esse, illis obedientiam, fidelitatem, tributa & vestigalia præstare. Postremò honorificentissimè de illis sentire ac loqui, simûlque pro illorum statu & consiliis, & priuatim & publicè orare. Nō est potestas nisi à Deo. Quæ sunt à Deo, ordinata sūt. Qui potestati resistit, (et iā si Nero imperaret) Dei ordinationi resistit, Dei em̄ minister est.

Romii 13.

A a iiiij

COMMENT. IN LIB. D. RYTH

1. Tim. 2.

Hec per os Pauli Christus. Qui & alibi iubet preces, & postulationes fieri pro illis, ut tranquillam & quietam vitam agamus. Petrus quoque iubet obedire Regi, deinde etiam ducibus ab eo missis. Tatum abest ut honorificos titulos illis vel Apostoli, vel apostolici homines inuiderint aut detraxerint, aut Poltrotios subornarint, qui ex insidiis illos neci darent.

Io. 21.

Denique, cum ex Rutha discamus pauperes ac despctos mente refici & recreari potentiorum benignis alloquiis; iidem huius exemplo monedi sunt, ut illos duris operibus insudantes non irritideant, non despiciant: sed potius amicè compellant. Nam & Christus iam gloriosus mortis ac Satanæ triumphator, piscatui intentos discipulos alloquitur: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Eximiorum namque hominum sauitate hilarantur maximè, atque alacriores ad perferendos consuetos labores redundunt: ac tum potissimum, cum ex doctis ac eruditis audiant suam vocacionem à Deo ordinatam & sanctificatam, Deum ab illis illas operas exigere, atque si in his cum fide, precibus, ac præceptorum obseruatione perrexerint, regnum Dei sese pro certo promereti. Verba sapientum velut stimuli, & quasi clavii in altum defixi. Labia sapientum disseminabunt scientiam. Docent enim alios viam Domini, nec sinunt dona eius intra se ociosa. Celebratur Aeschyli versus, velut proverbiu[m]: Οργὴς νοσόνεις ἐτσιν ιατροὶ λόγοι, Id est, Animo ægrotanti oratio medicus est.

Eccl. 12.

Proverb. 15.

14
N
tha
lun
mi
cu
ne
on
dit
ra
de
rò
lia
na
cu
ca
da
lid
ct
ta
no
vl
ri
re
I
c

14. *Dixit ad eam Booz. Quando hora vescedi fuerit, veni
ni huc, & comedere panem, intinge buccellam
tuam in aceto. Sedit itaque ad messorum latus, &
congegit polentam sibi, comediturque & saturata est,
& tulit reliquias.*

Multiplices effectus diuinæ prouidentiæ, iumentaque maximè rari & singulares in Rutha conspiuntur, quibus Athœrū furores refelluntur; fides autē de totius mundi, rerumq; etiā minutissimarum, cœlesti administratione & procuratione confirmatur. Spicas casu tantum remanentes in agris lectura perrexerat: sed præter omnem expectationem, solo Dei consilio, incidit in virum opulentissimum, doctissimum, liberalissimum, à quo est corpore & animo recreata, demumque in uxorem despontata. Inuitatur vero ab illo ad prandendum, quasi iam in eius familiam cooptata esset. Auidus aliquis ac nimium tenax, etiam propter Deum postulanti respondisset cum Nabal. Tollam panes meos, & aquas meas, & ^{I. Reg. 25.} carnes pecorum quæ occidi messoribus meis, & dabo ethniciæ mulierculæ? Sicque eam contumeliosè longè ablegasset. Verum, Boozus sapiens rector, Abrahami charitatem sibi proponebat imitantam, qui etiam vias obseruauerat, ut peregrinos colligeret, ac cibis reficeret, non expectans ut ultrò ad se diuerterent. Nouerat Sodomitas horribili planè incendio deletos, quod cum abundant, manum pauperi & egeno non porrexerant. Ideo monuit Christus opulentos, ut cum fecerint coniuia, ad ea vocent pauperes, debiles, claudos,

^{Gen. 18.} [¶]^{19.}^{Ezech. 16.}

COMMENT. IN LIB. D. RVT H

Luc. 14.

& cæcos. Et beatus eris, inquit, quia non possunt
repndere tibi: retribuetur autem in resurrectione
iustorum. Nunc isthac facta iussa, promissaque
rident auari & furaces filij hominum. Nō iniquo
animo tulit Habaçuc obsonia parata messioribus
suis, alteri, id est Danieli deferre in lacum leonum.

Daniel. 14.

Ad hæc, apparet Boozum hominem fuisse prouidum & sagacem, qui mercennariis suis cibum
potumque opportunè ac commodè parari & adferri iusserat. Hoc pacto decet patresfamilias fa-
mulis suis prouidere, vt qui in eorum gratiā mag-
nis franguntur laboribus, copiosiore alimento
vires reficiant. Bobus in area fruges trituranibus
noluit Dominus ora ligari, vt ipsi manipulis, pa-
leis, ac granis liberius vterentur. Et Salomon scri-
bit, Iustum hominem etiam suorum iumentorum
curam habere: quantum magis famulorum? Maxi-
mos sumptus in famulos Salomonem fecisse nar-
rat sacra historia, atque Hiram Tyri regē domus
suæ impensas ab eodem meruisse: tanta seruorum
suorum cura pijs reges tenebantur. Mulier virtutis
dicitur surgere de nocte, dare prædam (Hebræi,
cibum familiae) domesticis suis, & cibaria ancillis
suis. Ecquid sibi vult hæc apud Dauidē collatio:

*Dens. 25.**3. Reg. 4: 5.**Præn. 31.**Psal. 122.*

Sicut oculi seruorum in manibus dominorum
suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus domi-
næ suæ, ita oculi nostri ad Dominum, &c. si om-
ne de seruorunz alimento l.udium patresfamilias
abiecerint? Hoc faciunt proh pudor! nunc multi
auari, crudeles, ac barbari homines, qui illos plus
satis ad laborem vrgent: sed nō nisi caperata frō-

te, ac ægrè vel dimidiatum cibum præbent. Non desunt, qui pro laborum mercede minas & verba offerant. Verùm, nouerint mercedem messorū vi retentam clamare, & clamorem in aures Domini Sabbaoth introire.

Obseruandum præterea, quām modica & frugalia fuerint famulitij Boozi atque prischorum cibaria. Sitim in primis sola aqua restinguēbāt. Supra enim d. si sitieris bibe aquas de quibus & pueri mei bibunt. Eliezer seruus Abrahæ aquam requisuit si-
bi, deinde camelis suis à Rebecca. Israëlitis in de-
serto aquam Deus è petra propinavit quadraginta
ta annis. Angelus Heliæ sitiensi vas attulit aquæ. Daniel à præfectis regiis solam frigidam postula-
uit. Ante diluuium ignotum fuisse usum vini &
siceræ nō inscitè colligunt multi, ex his quæ Noë
contigisse sacra biblia referunt. Quod & Sapiens
innuit, Initium vitæ hominis aqua & panis. Quām sedulò prophetæ atque Apostoli à vino té-
perandum præscribunt?

Aceto deinde utrebantur pro condimento herbarum. Acetaria inde vocantur herbæ videntes a-
ceto, oleoque guttam instillato concinnatæ, que
sumuntur tum ad excitandam appetitiam, tum
ad refrigerium. Scribit quoque Plinius, Portula-
cam in acetariis sumptam stomachum corrubo-
rare. Eduntur etiam carnes frustulatim concisæ
cum aceto. Utuntur denique aceto, aqua & vino
temperato, quod Græci ὄξυκα γριπτον, Plinius Posca,
Celsus Pusca, Aetius & Aegineta Phuscam appell-
lant: de qua hoc modo scribit Christophorus à Vega, Hispanus. Messores vini loco, utuntur
Lib. 2. de arte medendi.

COMMENT. IN LIB. D. RVT

aceto aqua copiosè mixta, estque id quod Posca appellant, ad eam mensuram dilutum, ut bibi possit: cui si oleum & panem addas, cibum conficies refrigerantem, vtilem laborantibus, & iter agentibus sub aestum Solis. Aceto summam refrigerandi, vim tribuit Plinius, adeo ut etiam in balneis, ore contentum, aestus arceat. Eodem itaque non una ratione Boozi messores vtebantur.

Lib. 13. cap. I.

Adhæc, buccellæ panis hic quoque fit mentio, cibarij nimirum, aut saltem secundarij. Hoc enim libertius & utilius vtuntur artifices, quam primario. Panis cor hominis confirmat: quod alij reddideraut, cordi vires subministrat. Abraham angelis buccellam panis se daturam pollicetur, qua corda ad iter peragendum confortarent. Subcinericij panis esu robustior effectus Helias, ambulauit quadraginta diebus & noctibus. Frequens usus hordeacei panis in Palæstina olim fuit, ut indicat illius multiplicatio, augmentumque mirificum, tum sub Christo, tum sub Helisæo. Ad finē quoque huius capitî sermo habetur de messe hordeacea.

Psal. 103.

Gen. 18.

3. Reg. 19.

Ioan. 6.

4. Reg. 4.

Lib. 18. cap. 7.

¶ 8.

*Lib. de alim.
facult.*

Postremò, inter cibariâ istorum messorum Polenta quoque numeratur. Conficitur autem Plinio authore, quum hordeum aqua perfusum siccant nocte una, postero die frigunt, deinde molis frangunt. Alij vehementius tostum rursus exigua aqua aspergunt, siccantque prius quam molant. Galenus scribit illam laudatissimam esse, fierique ex recenti hordeo mediocriter frixo & tosto: & aqua sola conspersam siti mederi. Hanc Græci

αλφίτον vocant, quo nomine etiam quicquid ad victum pertinet, intelligunt. Cassiodorus tripartite historię coaceruator, refert Spiridionē tum Lib. I. cap. 10.
domi nec panem, nec αλφίτα habuisse, cùm sacro quadrageſimæ tempore peregrino edendas carnes porcinas apposuit.

Quid attinet de loco prandij horum messorū, aut vasis quibus vñ sint, longius differere? Quid enim messoribus, cum palatiis, aut magnificētia ædium regiarum? Locus ergo in aliqua parte agri, cuiusdam arboris diffusa ramis, ac frōdibus tectus, cœnaculum fuit. Rursumque, quid opus erat illis mercede conductis, & vasis magnificē & preciosē cœlatis? Illa igitur verisimile est fuisse lignea, vel fistilia, quoniam horum vslus populo huic frequens in sacrī legitur. Exod. 16. & 27. Leuit. 6. 11. 15. &c. Et si aurea vel argentea domi Boozus habuisset, incommodè & periculose in agros delata essent. Assueri, & aliorum ethnorum regum erat, ad opum ostentationem aureis & argenteis vasis escuenta, cœlatisque poculis vina preciosissima delicatis aulicis exhibere.

Ex his itaque modicis ac frugalibus obsoniis, omnis in cibo & potu moderatio nobis commēdatur. Esse oportet vt viuamus, non viuere vt edamus. Tantum igitur cibi & potionis adhibendum est, vt reficiantur vires, non opprimantur: nam nec etiam mente recte vti possunt, multo cibo & potionē repleti. Si non deliquisset prothoparens, vñā cum posteris, solis terræ spontaneis fructibus vitam sustentasset. Post peccatum quippe dictum est illi, vesceris pane tuo. Sobrie-

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

tas itaque illum in paradiſo seruauit, gula inde detraxit. Vidiſ mulier quod pulchrum esſet lignum,

Gen. 3.

Ex. 16. ¶ 17

& ad gustandum suaue. Quamdiu Israelitae manna,

& aqua de petra exiliente contenti fuerunt, submeritis Aegyptiis, mare siccis vestigiis incolu-

mes transierunt, nec erat in tribubus eorum infirmus. At cum ollarum carnibus plenarum desi-

derio flagrantes, alios delicatores cibos petierunt:

Psea. 104. 40.

Num. 11.

Ex. 16. ¶ 32.

obliiſt sunt Deum qui ſaluauit eos, fornicati ſunt

cum filiabus Moab, initiati ſunt Beel-phegor, mutauerunt gloriam Domini in ſimilitudinem

vituli comedentis foenum, atque ob haec illorum

quadraginta millia prostrata ſunt in dēſerto. Bel-

Judith 12.

¶ 13.

li fulmen Holofernes dum abſtinuit crapula, cu-

etas orientis prouincias terruit, domuit, prostra-

uit, diripuit: at eum vino ſepultum obrutumque

imbellis manus foeminea trucidauit, auulfum

que illius humeris caput, ut trophæum ſecum tu-

lit in Bethuliā, & ſine nomine corpus ſuo crōre

volutatum dereliquit. Quando mundum crapula

Gen. 7.

demersit, Noe cum liberis & vxore abſtinētia

cuſtodiuit. Ac tum primū concessum fuſſe car-

Gen. 19.

nium uſum recte docent Hieronymus, Basilius,

Chrysostomus & Glycas. Lot temulentus ince-

ſti adiutus eſt ardoribus, qui ſobrius Sodomitica

reſtinxerat incendia. Sodomiticorum criminum

irritamenta fuerunt abundantia panis, ſatietas,

otium &c. Hoc pacto omne flagitorum genus

Luc. 21.

ebrietatem conſequitur. Omnia namque per-

Rom. 13.

turbationum fons eſt intemperantia. Cauemus

itaque ne corpora grauentur crapula & ebrieta-

te. Opera tenebrarum abiicienda ſunt, nimirum

comesstiones & ebrietates.

Abstinentiae utilitates & commendationes peret prius lector ex Tertulliani libro aduersus Psychicos, Cypriani sermone de ieiunio & temptationibus Christi, Basilij magni duabus Homiliis de laudibus ieiunij, & Homil. contra ebriosos, Chrysostomi Homiliis de ieiunio, Hieronymi denique libro secundo aduersus Iouinianum. Vnius tantum & alterius Diui Clementis verba subiiciam. Clemens Rom. Petri successor, Pauli autem in euangelij prædicatione cooperator, ex Apost. traditione Christianis esse ieiunandum, etiam cum ciborum delectu, sacrorum hominum exemplis, his verbis (Francisco Turriano interprete) docet: Moyses & Elias quadraginta diebus ieiunarunt, & Daniel tribus hebdomadis dierum panem desideriorum non comedit, & caro ac vinum non ingressa sunt in os eius. Et beata Anna cum à Deo peteret Samuelem, Vinum inquit, & temetum non bibi. Item: Niniuitæ factio ieiunio trium dierum, impendens diuinæ iræ periculum effugerunt. Item: Esther & Mardochæus, & Iudith ieiunio facto, malum quod impij Holofernes & Aman Iudæis moliebantur, declinarunt. Et Dauid ait: Genua mea infirmata sunt à ieiunio. Igitur colligit D. Clemens, & vos quæ à Deo petitis, ieiunando petite. En apostolica planè constitutio de ieiunio & abstinentia, etiam nouem sacrarum literarum exemplis confirmata. Vociferentur quantum volunt gastrimargi, ieiunium, & abstinentiam à certis cibis, libertati carnis officere.

*Lib. 5. constit.
apost. cap. 19.
in tralatione
Ostuni c. 21.
Dan. 10.
1. Reg. 1.
Ion. 3.
Esth. 4.
Iudith. 9.
Pf. 108.*

COMMENT. IN LIB. D. RVT

Alter Clemens Alexandrinus , vir planè vt antiquissimus, ita & doctissimus , postquam eni-
cit Antiphonis Delij medici authoritate , omniū morborum causam esse ciborum varietatem, cō-
tra eos qui esculentorum delicias appetunt , sub-
iicit: Qui escis vilissimis vtūtur, sunt robustiores,
Zib. 2. Pedag. cap. I. §. 3. saniores , & generosiores : vt famuli dominis , a-
gricolæ possessoribus. Et non solū fortiores, sed etiam prudentiores, vt philosophi diuitibus.
Neque enim mentem nutrimentis obruerunt, neque ipsam voluptatibus deceperūt. Postea ve-
rò quām longē latēque in helluones & ebriosos
differuit, hæc quoque in eos qui opes suas osten-
tant in apparatu epularum , tricliniis amplè ma-
gnificèque exornatis aulæis ac peristromatis,
discis, ampullis, & crateris argenteis adiicit : Vi-
dere, Christus in vili catino cibū sumpsit, & fecit
discipulos super herbā accumbere, & pedes eorū
lauit linteo accinctus. Deus à fastu alienus & do-
minus omniū , nunquid argenteum lauacrum è
cœlo deferens ? Et à Samaritana potum petiit,
quæ aquam vase fictili hautiebat in puteo, aurum
regale non requirens. Scopum enim constitue-
bat vsum , non nimiam & inutilem magnificen-
tiā. In conuiuis autem comedebat & bibe-
bat, non terræ metallâ effodiens , neque auri &
argenti, hoc est , rubiginem redolentibns vascu-
lis vtens. In summa enim & alimenta , & vestes,
& vasa, & suppellecīlem, & quæcunque in do-
mo sunt, atque ipsam, vt semel dicam, vitā, opor-
tet esse consentaneam rectæ Christiani hominis
constitutioni, prout conducibile fuerit accom-
modatam

*Matth. 26.**Io. 4.5 § 13.*

modatam personæ, ætati, studio, ac tempori. Hęc ille, & recte pięque. Quia enim ratione misericordia subditos opprimunt, prouincias vastant ac diripiunt, amplissimos reditus dilapidant Tyranni, vt appareant magnifici?

Porrò, Rutha oblatum sibi beneficium grato sumpsit animo, atque cùm hora vescendi facta est, sedit ad messorum latus, & cōgesit sibi polentā &c. Hebraicē נָתַן וְנִשְׁתַּחֲוֵל & porrexit ei, subaudi aliquis messorum, aut potius ipse met Boožus, polentā. Non impudenter seipsum ingessit in medium operiorum, nec prima in paropsides manus iiecit, quod helluones faciunt: sed ante euangelium promulgatum ea vtitur moderatione euangelica, qua Christus præscribit: Cùm inuitatus fueris ad prandium, recumbe in nouissimo loco, &c. sedit, inquit, ad messorum latus, nō petulanter in conspectu, ne quemque ad libidinem prouocaret. Sciebat verecundiam omnium maximè mulieres exornare: & sine hac nihil rectum, nihil honestum esse possē. Seneca vel idē nutritum esse docet pudorem, quod quamdiu in animo steterit, aliquis erit bonæ spei locus. Nouerint pétulantes, procaces, ac inuerecundæ, mortem intrate per feneſtas: & horrendum Væ illas manere, per quas scandalū veniunt. *Luc. 24.* *Terem. 9.* *Matt. 18.*

Honesti quoque ac ciuilis patris familias officium peregit Boož, quando verecundæ mulierculæ ciborum aliquam portionem porrexit. Hoc esse munus illorum docet Solomon in de- *Proverb. 31.* scriptione matri familiæ, Cibaria dedit ancillis *1. Reg. 1.* suis. Dauid quoque scribens, oculos seruorum *10. 21.*

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

I. Reg. 21.

Io. 13.

Luc. 24.

Io. 21.

2. Cor. 9.

Sermo de eleem. & collat. in sanctos: Tom. 4.

Rom. 12.

Conc. ad Divites.

intentos esse in manus dominorum suorum. Elcana vxori suæ Phenennæ, & cunctis filiis & filiabus eius partes immolatarum carnium fecit in conuiuio. Et Christus non tantum Iudæ intinctum panem dedit, verum & post resurrectionem lemel atque iterum ciborum reliquias propria manu porrexit discipulis. Infælices filij Adæ, qui verentur pauperibus quicquam per seipsos largiri.

Porrexit autem Boos non rogatus, non coactus: sed volens & hilaris. Qui invitati dant pauperibus, & gratiam, & pecunias, & cibos, & eleemosynarum fructus amittunt. Apostolus ordinavit ut gaudentes & hilares sint largitores, dicēs: Non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem datorem diligit Deus. Non simpliciter

(scribit Chrysostomus) dicit datorem, sed eum qui libenter & volupè benefacit. Et iterum in alio loco: Qui impertit in simplicitate, qui præst in diligentia, qui largitur in hilaritate. Et propriea vera eleemosyna est, sic dare, ut gaudas te dare, putésque te accipere magis quam dare. Et magnus Basilius: In mercatu nemo ægrè fert presentia si profundat, ut alia quibus indiget sibi acquirat: sed quanto viliori pretio preciosiores res comparauerit, eo magis gaudet, ut poterit splendido cum lucro permutata. Te vero angit, molesteque habet, si aurum & argentum possessione que, hoc est, lapides & puluerem dederis, ut beatam vitam tibi inde compares?

Rutha, inquit Samuel, comedit, & saturata est, & tulit, ceu, ut Hebræi scribunt, fecit reliquias.

Chal
liquia
bus
non
non
omni
tora
nem.
dedic
asini
tibus
com
man
hom
Deu
qui t
Illos
men
ac ve
pia,
bent
feron
quan
man
tur p
rint.
test
tem
bi
semp
muni

Chaldaeus paraph. Comedit autem ad satietatem, reliquiasque fecit. Comedit quantum sufficit viribus reparandis, non opprimendis: ad satietatem, non ad gulam. Viatum ad valetudinem retulit, non ad voluptatem. Sciebat intemperantiam omnium perturbationum fontem esse, atque à tota mente, etiamque à recta ratione defectiōnem. Clemens Alex. comparat homines gulæ deditos cum pisce, quem Græci vocant ὄγον, id est, asinum, quem Aristoteles dicit solum ex animantibus cor habere in ventre. Hunc Epicharmus comicus vocat ἐντεραπελόρασσον, hoc est, qui à cōmanti ventris consuetudine discedit. Tales sunt iij homines qui in ventrem crediderunt. Quorum Deus venter est, & gloria in ignominia ipsorum, qui terrena cogitant, quorum finis est interitus. Illos helluones quorum est insaturabile abdōmen, rectè comparaueris cum vastis gurgitibus ac voraginibus, quibus cum infinita aquarum copia, quæcunque hinc inde rapta fuerint, absorbentur nunquam emersura. Imò, hos quoque inferorum barathro iute similes dixeris, quod nūquam sat sibi esse dicit. Cunctis enim brutis animalibus sunt magis bruti, quæ (vt vulgato fertur proverbio) nunquam bibere cogas, ni sitient. Vas quodcumque cùm id quod capere potest, acceperit, impletum est: illorum autem venter quamuis disrumpatur, satis sibi esse nunquam dicit. Instar sanguisugæ semper dicit, affer, affer. His vero idem dum contigit, quod nauis, aquæ maiorem

*Lib. 2. Pa-
dag. cap. 1.*

Proverb. 30,

pro modo suo mercium vim reperit. Ea enim oneris magnitudine depressa hinc inde librata fluctibus, tandem submergitur: sic & illi ciborum pondere pressi stomacho infirmantur, capite laborant, febrium astuant incendio, sensuum denique deque ipsius usu rationis (quo praesertim a belluis fecernuntur) destituti, miseram frequenter cum fetidis respirationibus exhalant animam. Propter crapulam multi obierunt.

Ecccl. 37.

Præterea, cum Rutha dicitur fuisse satiata, agnosce diuinæ prouidentiæ opus singulare. Hac enim efficitur, ut cibus in viscera traiciatur, coquatur, digeratur, transeatque in carnem, sanguinem, & alimentum nostrum. Isthæc impij Libertini soli naturæ tribuunt: sed nihil hepar, nihil naturalis calor posset, ni Deus benedictione sua vim illis impertiueret. Seruis quippe suis promisit: Comedetis, & saturabimini. Edent pauperes & saturabuntur. In diebus famis saturabuntur. Comedetis panem vestrum in saturitate, &c. Sublata vero hac benedictione, quantumlibet obsoniis & ferculis abundes, quantumlibet te ingurgites, quantumlibet dies noctesque hellueris, non satiaberis: sed deficies, fatisces, & multo magis esuries. Dicitur namque impiis: Comedetis, & non saturabimini. Comedent & non saturabuntur.

*Deut. XI.**Pf. 21 & 36.**Zenit. 26.**Zenit. 26.**Ose. 4.*

15. Atque inde surrexit, ut spicas ex more colligeret, præcepit autem Booz pueris suis dicens: Etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeat eam.

16. *Et de vestris quoque manipulis proiicite de in-
dustria, & remanere permittite, ut absque rubore
colligat, & colligentem nemo corripiat.*

Satiata non somno, non turpi otio, non pernicioſis fabulis aliquid temporis abſumplit, ſed diuinæ prouidentiæ actis gratiis, ad pristinos labores vegeta rediit & alacris. Alia mulierculæ ſumpto cibo, frequentius vel ignauæ ſedent, vel garriunt, vel luxuriantur, vel saltatios orbes verſant. Hæc animoſe intermiſſi ſpicilegij laborem caperſit. Hæc porrò аſſiduitas & diligentia ſua laude non caret. Insuper, omnibus hominibus conducit, & omnibus in rebus plurimum valet. Iſta præcipue colenda eſt egentibus, quando nihil eſt quod ea non aſsequatur. Diligentiam, ait *Ad Heren.*
Tullius, comparat diuitias, negligentia corrumpit animum. Inter præcipua bona externa laborem conſtituit Philo Iudæus. Hic enim bellum cum voluptate gerit perpetuum, hic omnis vir-
 tutis ac fœlicitatis initium eſt, & ſine hoc nihil honestum inter mortales inuenies. Opta tibi bo-
 num quodlibet, comperies eius poſſeſſionem la-
 bore parari ac confirmari. Conſidera vniuerſarū
 artium ſtudioſos, conſidera agricolas, viticolas,
 fabros, nautas: hi nec interdiu nec noctū curis ſunt vacui, ſed ſemper & vbiq[ue] laborare non deſiunt, adeo ut pierumque ſuis immoriantur
 negotiis. Laborem his verbis Michaele Neandro *Poemate*
 interprete, Phocylides commēdat; Labora ſudās, *admonit.*
 vt de propriis viuas: omnis enim piger vir viuit
 furtiuſis de manibus. Si quis non didicit artē, fo-

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

diat ligone: est enim in vita vbique opus, si labo-
rare volueris. Nauta, si nauigare volueris, adest
latum mare. Si verò agriculturam vis exercere,
ampli agri adsunt. Nulla enim res sine labore fa-
cili est hominibus. Extat Epicharmi præclatum
axioma. τῶν πόνων παλέσσιν ήμιν πάντα τὸ ἄσεθος
Θεοὶ. Boni dij omnia nobis laboribus vendunt.

Booz vehementer oblectatus sedulitate huius
mulieris, duo rursus optimi pattis familias in eius
gratiam officia præstat. Primum, cùm seruis im-
perat ut non solum permittant eam colligere spi-
cas casu remanentes, sed & data opera, quasdam
illius commodo relinquere, ac etiam inter ipsos
frugum suarum manipulos, imò & ex ipsis mani-
pulis, quantum vellet legere, & sibi adsumere si-
nant. Secundum, quando graui oratione prohi-
bet ne vllus eam à suis agris arceat, nullus pau-
periem aut mendicitatem expobret, nullus ca-
chinnis irrideat, nullus vel minimam causam e-
rubesendi tribuat. Nouerat ex lege, his pietatis
officiis eximiam mercedem repositam esse apud
Dominum. Aduenam, inquit, pupillum & viduā
auferre patieris, quæ in agris relinquuntur, ut be-
nedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere
manuum tuarum. Iubet quoque per Iсаiam: Fi-
age esuriensi panem tuum, egenos, vagosque in-
duc in domum tuam, &c. Tūc erūpet quasi mane
lumen tuum, anteibit faciem tuam iustitia tua,
inuocabis me, & ego dicam, Ecce adsum. Beatum
prædicat Psaltes, qui intelligit super egenum ac
pauperem: quoniam in die mala liberabit eum
Dominus. Beatū qui miseretur & cōmodat, &c.

Deut. 24.

Iſa. 58.

Pſ. 40. qd 112.

Animaduertendum quoque diligenter Boozi nequaquam ex illis fuisse, qui ex alieno tergore lata fecant lora: id est, de bonis iniustè acquisitis & retentis, largas præbent eleemosynas. Nam in propriis agris Rurham admittit, propriis cibariis fouet, propriis manipulis eius paupertati cōsulit. Beneficia ab iniquo quæstu in pauperes collata, Deo grata esse non possunt. Honora Dominum de tua substantia, ait Salomon, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt. Et Syracides: Qui offert sacrificiū ex substantia pauperū, quasi qui victimat filium in cōspectu patris sui. Tunc Zachæi eleemosynæ Christo acceptæ fuerunt, cùm reddidit quadruplum iis quos defraudauerat.

Basilius
Con. de elem.
¶ iudicio.

Pronerb. 3.

Eccles. 34.

Luc. 49.

Dicunt etiam Principes & magistratus Boozi exemplo, sui muneris partem esse, ne pauperes & viduæ vlla afficiantur iniuria: atque de hoc redendam sibi aliquando esse summo iudici ratione. Viduæ & pupillo, ait, non nocebitis, si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiā clāmorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiāque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. Has utinam minas attentis animis expenderent quidam immanes & sœui tyranni, qui iniustissimis bellis nullum non vexat, omnes opprimunt, quemlibet ad extremas quasque redigunt miserias.

Exod. 22.

17. Collegit ergo in agro usque ad vesperam, & quæ collegerat virga cädens & excutiens, inuenit hordes quasi Ephimensuram, id est, tres modios.

Bb iiii

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

18. Quos portans regressa est in ciuitatem, & ostendit socrus suæ: insuper protulit & dedit ei de reliquis cibi sui, quo saturata fuerat.

Quia per matris, id est socrus suæ bonam venniam Rutha ad spicilegium profecta fuerat, atq; fide, spéque in Deum verum instructa in eodem labore infracto animo perseverauerat, vt vitæ socrus, suæque pararet necessaria: Dominus eius laboribus benedixit, & operas fortunauit. Habuit enim ad finem dici magnum spicarum aceruum, quas virga flagellans, & à paleis pulueribusque secernens & excutiens, tres puri grani hordeacei modios collegit. Quantum ad hanc mensuram attinet, certum est Hebræos multas habuisse mensuraru species nunc nobis aut ignotas, aut incertas. Hoc autem loco tantum habent, eam collegit se hordei Ephæ: quidā interpres addidit, id est, tres modios, Chaldæus paraph. Excusit ferè triū Sein hordei mensuram. Sea autem cuius pluralē est Sein Chald. nomen est mensuræ, continens ut Hebr. interpres volunt, 144. oua. Ergo Ephi, seu Ephæ. oua 432. continebit. Exodi decimo sexto dicitur Gomor esse decimam partem Ephi, vñuri autem Gomor sufficiebat ad nutritionem vnius hominis per vnam diem: hac ergo die Rutha collegit quantum sibi ac socrui quinque diebus sat erat. Modius quoque hic non sumitur pro mensura Francica, qua tritici venditores vntunt, vix enim curru quatuor aut sex validissimis equis tracto, eiusmodi modius procul vehitur: sed pro modio Romano: cui ferè in Galliis correspōde;

Vide Epiph.
lib. de mens.
& pond.

Exod. 16.

mensura, quam boëtium, vulgò bossellum vocant. Huiusmodi tres modios, id est boëtios, fortis virago non difficile ferre potuit.

Cæterū, hinc colligere licet, solos illos hominum labores verè esse fructuosos ac utiles, qui cum obedientia & pietate suscipiuntur. Alias quantumuis diu noctūque operibus incumbant, ac sese discribent, operam perdunt & industriā. Iudæis nihil curantibus templi & sacrorum instauratiōnem dicitur à Domino: Seminasti multum, & intulisti parum: comedisti, & non estis satiati: bibisti, & non estis inebrinati: operuisti te, & non estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Adeo nec agricultarum, nec pistorum, nec viticolarum, nec panniariorum, nec futorum, nec mercatorum artes laborēsque proderunt, ni Deus prōptius adserit. Legis suæ prævaricatoribus minatur, frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur: consumetur in cassum labor vester: non proferet terra germen. Ergo nisi Dominus ædificauerit, & cæmentarij, & architecti in vanū laborant ut ædificant. Nisi custodiat obſessam ciuitatem, frustra vigilat custos. Frustra ante lucē surgunt, & serd quiescere tentant operarij, ni Dominus benedixerit. Nec qui plantat, nec qui rigat, aliquid efficiunt, ni Dominus det incrementum. Apostoli seculi à Christo, tota note intenti piscatui nihil capiunt: eo verò accedente & præcipiente, tantam copiam piscium præhendunt, ut rete rumperetur. Rursus, cùm ad eiusdem iussionem, in dexteram nauigij

*Aggei.1.**Leuit.26.**Pſe.116.**1. Cor.3.**Lue.5.*

COMMENT. IN LIB. D. RVTH
 partem verriculum iecissent, ceperunt 153. pisces.
 Moneantur itaque agricolæ, & omnis generis o-
 perarij, vt non nisi prævia ad Deum totius mun-
 di rectorem, ac omnium bonorum fontem, sedu-
 la & feruenti prece, opus capessant.

Ouid. 2.
De arte.

Spart.

Plut.

Inuocato autem diuino numine ac auxilio, vt
 rursus suo exemplo docet Rutha, instent operi-
 bus diligenter ac constanter, nihil prætermittant,
 nihil negligat eorum, quæ per vites, sorté suam,
 & temporis opportunitatem præstare poterunt.
 Mittentes manū ad aratum, nō retro aspiciat. Di-
 ligentia & assiduitas nihil non efficit. Semper bo-
 ni assiduique Domini referta cellavinaria, olearia,
 mellaria, penaria. Omnia vincet labor improbus.
 Illis sëpe inculcandum, ac omnibus locis, horis-
 que ingerendum:

Dum vires, annique sunt, tolerate labores,
Iam veniet tacito curua senecta pede.

Aut mare nauigiis, aut vomere scindite terram,
Aut fera belligeras addite in arma manus.

Scribit Ælius Spartianus imperatorem Seuerum
 Tribuno militum hoc symbolū dedisse: LABO-
 REMVS. Pertinacem verò, MILITEMVS. Vi-
 terque rectè: cùm indicto bello, huic toti milites
 incumbent: eodem sublato, ad agrorum cul-
 tum & opifica redirent, sicque nunquam inter-
 mitterent operas. Nam otium in pace delitias a-
 lit, & omne flagitorum genus. Plutarchus in
 Laconicis testis est, apud eosdem proverbio cele-
 bratum fuisse: Ad morta manu fortunam esse in-
 uocandam. Eo autem significabant sic esse inuo-

candos Deos , vt simul manum operi admoueamus , nostramque addamus operam . Volunt quippe sua munera ad nos deferri , sed nostra industria , ne fauere videantur otiosis , & sua dona contemnentibus . Hic prætermittere non potui delicatuli cuiusdam Flori in Cæsarem Hadrianū virum actuosum & operosum , huiusmodi versus :

*Ego nolo Cæsar esse,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.*

His autē argutē simul & festiuè Cæsar respondit :

*Ego nolo Florus esse,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.*

Quibus ostendebat fortis animi esse , honestos labores inutili turpique otio præferre . Sed omis-
sis profanis , sacrī monitoribus & autoribus at-
tendamus . In Prouerbiis totus ferè in eo est Salo-
mō , vt doceat nauiter & alacriter operatibus bo-
na tēporalia affatim suppetere : oculos & segnes
fame laborare . Egestatē operata est manus remis-
sa , manus autē fortius diuitias parat . Qui congre-
gat in messe , filius sapiens est : qui autem stertit æ-
state , filius confusionis . Vult & non vult (i. non
assequitur) piger : anima autem operantium im-
pinguabitur . In omni opere erit abundātia : v-
bi autem verba dumtaxat , ibi egestas . Pigrum
deiicit timor , animæ autem effeminatorum e-
surgent . Propter frigus piger arare noluit , men-
dicabit ergo æstate . Noli diligere somnum , ne te

*Proverb. 10.
13. 14. 18. 20.
21. 24.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

egestas opprimat: aperi oculos tuos, (i. excute somnum) & saturare panibus. Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger in egestate est. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerat vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ.

Ruthæ operam & sedulitatem iterum laudat propheta. *Quæ collegerat, inquit, virga cædens, & exectiōnē, inuenit mensuram Ephi.* Oportet sanè eam fuisse excelso & infracto animo. Tota die spicas collegerat, vix per momentum opus intermis̄rat, serò cùm de fatigata paulisper requiescere debuit, rursus operatur. Spicarū manipulos colligit in locum mundum & opportunum, virga precarīo accepta tamdiu cædit, donec à culmis & paleis gramen secernat. Qui serui, qui liberi, operibus adeò intenti sunt? Obiter notandum hic ex Plinio, triplicem fuisse veteribus triturandi rationem. Mefsis inquit, alibi tribulis in area, alibi e- quorum gressibus exteritur: alibi perticis flagellatur. Tribula verò, seu tribulum (ut hoc quoque obiter dicam) genus erat vehiculi, quo frumenta in area terebantur, à tribus lateribus sic appellatum. Hinc Varro: E spicis in area excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, & tribula. Et Maronis versus:

Tribulaque, trahaque & iniquo pondere rastri.

Om̄nibus autem ingenti studio ac labore perfectis, Rutha, ait Samuel, modios grani sui portans, regressa est in ciuitatem, & ostendit sacerui sue. Iumento & vehiculo destituta, proculdubio tantum onus ceruicibus atque humeris impositum portauit vs-

Lib 18. cap.
30.

Virgil. 1.
Georg.

que ad proprias locrūs ædes: quod & aliud quoque fuit sedulitatis & laboris eius argumentum. En futura prophetarum, regum, Messiae denique mater, ingenti onere pressa & incuruata, gemit, anhelatque sub pondere. Quod mirum in modū debet laboriosorum, ac illorum actuosorum hominum, qui ad vitam sustentandam coguntur onera portare, conscientias animosque consolari. Nam si ad id se se natos, & à Deo vocatos astiment, atque his operibus incumbentes cum fidē, spe, charitate & obedientia Deo gratos & acceptos esse, ut Ruthæ contigit, audierint, nunquam deficient animis: sed cum patiētiā, securi regnum cælorum expectabunt. Proponant sibi rursum cū Ruthæ exemplo, Adami agriculturam; Abeli, Mosis, Dauidis laborem pastoritum: Noë vineā colentem; manus Ioseph in cophinis, & omnium Hebraeorum in luto & lateribus Ægyptiacis servientes; Petrum, Andræam, Iacobum, Philippum, Thomam, piscatu vitam & vestitum querentes, in his laboribus Deo placuisse, ac piè laudabiliterque vixisse. Intueantur animo Iosephum, iustū Deiparæ sponsum ac Christi nutritorem, fabrilis artis, aut ferrariae secundum Hilarium ac Bedam,
Matth. 2. 13.
 aut lignariæ iuxta alios omnes Theologos, quaestu & lucro familiolæ suæ victui consuluisse. Sed multò abundantius solatium ac somnatum reportabunt, cùm acceperint à Iustino martyre, Basilio magno, & aliquot aliis patribus, Christum Dei filium, hominem factum ante trigesimum ætatis annum, aratra, iuga, aliisque fabrilia opera exercuisse, quatenus omnem erga parentes obedien-

Matth. 2. 13.

Mar. 6.
Hilar. can.

14. in Matth.
Bed. in 6.

Mar.
In Dialogo.
De institut.

Monach. ca. 3.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

tiam atque iustitiam impleret; insuper non otio, sed honestis & piis laboribus vitam transigendam nobis omnibus facto ostenderet, antequam verbo; artes denique mechanicas sanctificaret similius probaret. Leuabuntur eorum moeres, atque minuentur dolores ac molestiae, si vas electionis ac doctorem Gentium Paulum animaduerterint suorum sudorū participem. Erat enim scenofactorię artis, id est, tentoriorū atque tabernaculorum fictor: & nocte diēque laborabat, operando manibus suis. Mulierem fortē & prudentem (qualis fuit Rutha) Salomon scribit, querere lanam & linum, manum mittere ad colum, digitos ad fusum, nec extingui noctu lucernam eius. Imprudentem vero garrulam, vagam, ociosam, &c.

Adiicit Samuel Rutham ostendisse socrui sue quae collegerat, ut illius senectutem exhilararet. Alia fortasse, partem comparandis redimiculis, monilibus, fasciis, annulis, armillis, fibulis, palliolis, linteraminibus, aliisque innumeris muliebribus ornamenti consumpsisset, vel clam sibi reposuisset: sed haec vniuersa ad matris pedes deponit, vniuersa ostentat, vniuersa ad illius nutum dispensanda relinquit. Hebræi legunt, *Vidit socrus quod collegerat*. Chald. quantum collegisset, Rutha nimis. Additur, *Insuper protulit*, Heb. fecit exire, nempe de sinu, aut facco suo vel pera, & dedit ei de reliquis cibi sui, quo saturata fuerat. Id est, quod de prandio suo reliquerat saturata. Addit Iosephus, iuxta Ruffini tralationem, Seruauerat ei & Noëmi partes ciborum, quos ei vicini præbue-

*Act. 18.**x. Thess. 2.**Proverb. 31.**Proverb. 7.**Lib. 5. Antiq. cap. 14.*

rant: quod mutuae ac ingentis benevolentiae certum est ac euidens argumentum. Rutha fortis & vegeta in agris pro socrus laborabat: Noëmi senio fracta partem ciborum sibi à vicinis datorum, absenti & laboranti conseruabat. Vix nunc inuenias familiam, in qua tanta charitate atque dilectione secum conueniant socrus & nurus. Illarum potius turbis ac rixis dissipantur iugiter, ac distrahuntur liberi à parentibus, parentes à liberis.

Docet porro hic locus liberorum officium esse, parentes iam debiles, aut fractos senectute domi alere & fouere. Aequissimum profectò iudicabimus, etiam si solam naturam ducem sequamur, illos nutrire, qui nos generunt & a-luerunt. Illos charissimos habere, à quibus vitam, patrimonium, libertatem, ciuitatem accepimus. Parentes senio confessos domi habere, Plato eximum liberis thesaurum; imò ipsorum, deorum immortalium honoradum simulacrum, existimauit. Qui etiam rursus de his scribit. Dialog. 4.de
legibus.

Putare quisque debet, omnia quæ possidet eorum esse, qui generunt & educarunt: ita vt illis hæc omnia pro viribus ministrare debeat. Primum quidem externa bona: deinde etiam corporis; postremum quæ ad animum pertinent. Hæc parum distant ab his quæ sacris literis tradidit diuinus Spiritus. Nam aperte dicit Sapiens, eum qui matrem suam honoret, esse ac eum qui sibi thesaurum recondit. Et amplissima præmia püs in parentes Eccles. 3.



COM MENT. IN LIB. D. RVT H

liberis subiectens, ait: Qui honorat patrem suū, iucūdabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet, Dominum, honorat parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt. Primum quippe secundæ tabulæ diuinæ præceptum est; Honora patrem & matrem, ut sis longævus super terram. In his autem præceptis honorandi voce non solùm intelligitur vulgaris ac ciuilis honor, quo decedimus de via, caput aperimus, flectimus genua, modestè & cum reverentia loquimur: sed & honor beneficiorum. Nimirum quum parentes nostra ope egentes, vestimus, domo, mensa, lecto colligimus: infirmos, omni auxilio iuuamus: afflictos, pro viribus consolamur: salutem Deo commendamus, & quæcunque dici possunt pietatis officia exhibemus. Sic cùm Paulus iubet honorare veras viduas, & qui benè præsunt presbyteros dupli ci honore afficere, de honore beneficiorum, ut nihil eis desit quod huic vitæ conducat, intelligit. Hoc idem satis indicauit Christus, quando Pharisæis exprobrait, quod liberos suis traditionibus ab obedientia & auxilio parentum reuocarent.

Laudem gloriámque cuiusdam filiæ celebrant Plinius & Solinus, quæ matrem damnatam ut in carceribus fame vitam finiret, illam exerto vbere lactis sui subsidio diu sustentauit & aluit. Alteram eximia laude ornat Valerius, quòd patris simili fortuna affecti eodem modo vitæ ac saluti consuluit. Duos quoque fratres Hispanos, quòd pro parentum

Exod. 20.

I. Tim. 5.

Matth. 15.

Plin. lib. 7.

cap. 36.

*Solinus cap.
de homine.*

Lib. 5. cap. 4.

parentum alimentis spiritum atque vitam erogauerint. Viderint nunc liberi, qui de parentum longiore vita conqueruntur, patios inquietentes in annos, &c.

19. *Dixitque ei socrus sua. Vbi hodie collegisti? Et ubi fecisti opus? Sit benedictus, qui misertus est tui. Indicavitque ei apud quem esset operata: & nomen dicit viri quoddam Boeth vocaretur.*

Piae ac studiosae matris officium praestat Noëmi, cu nurū interrogat, quibus cu versata, & quid operis fecisset. Optimorū enim parentū est felicitati diligenter atque nosse, cu quibus liberi consuetudinem ineant, quib⁹ in locis versentur, quidque in dies operis agant. Cum quidpiā in ædes attulerint, quod sibi dono datū, aut repertū dicant, examinent omni diligentia, ne furto ablatum sit. Quæcunque illis suspecta fuerint & dubia, excusat & studiosè perquirant. Deprehensos in mendacio, multent iustis suppliciis: rectè agentes laudent ac præmiolis ornent. His etenim artibus ad virtutis studia mirū in modū illos excitabunt. Idē faciant vniuersarum artium magistri, si quidem quæ bene viuendi atque dicendi velint esse preceptores. Cōpertum quippe est locorū, sociorum, ac negotiorum qualitatē ac rationem multū conferre ad pietatem vel impietatem, atque maximas occasiones vel salutis vel perditionis æternæ subministrare. Hinc Philo senex in Plauti Comœdia, Lysitelem adolescentem instituit. Nolo ego cum improbis te viris Gnatemi, neque in via, neque in foro ullum sermonem exequi. Noui ego

Trinummi.
Act. 2.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

hoc seculum moribus quibus sit, &c. Meo modo, & moribus viuito antiquis. Quæ ego præcipio tibi, ea facito. Respondet verò Lysiteles. Isthæc ego mihi semper habui ætati tegumentum meæ, ne penetrarem me usquam, ubi esset damni conciliabulum: ne noctu irem obambulatum: neu suum adimerem alteri: neu tibi ægritudinem pater, parerem, parsi sedulò. Sarta testa tua præcepta usque habui mea modestia.

Tit. 2.

In sacris Paulus vult seniores viduas prudenter docere adolescentiores. Thobias sollicitè percontatur etiam ab uxore, an non hædus quam ea attulerat, furto sublatuſ fuisset: idemque nosſe voluit, quis esset dux itineris suscepit peregrinationis à filio. Iob quoque singulis diebus pro liberis sacram faciebat, ne pecarent Domino. Adolescentis iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Hieronymus pudicitiae Demetriadiſ prospiciens consulit: Fuge lasciuiam puellarum, quæ ornant capita, crines à fronte demittunt, cutem poliunt, virtuntur pigmentis, &c. Cincinatulos pueros, & calamistratos, & peregrini muris olentes pelliculas, quasi quasdam pestes & venena pudicitiae deuita. Demumque, Auiæ tuæ tibi semper, ac matris in ore dulcedo versetur: quarum imitatio, forma virtutis est. Huic igitur ætati, ac mulierib[us] præsertim sexui, parentes mature seriōque prospiciant.

Exemplo quoque suo ostendit Rutha, quo pater ad interrogata parentum, præceptorum, tutorumque ac præfectorum liberi atque subdit

*Cap. 2.**Cap. 1.**Proverb. 12.**Epist. ad Demetriad.*

respōdere debeant. Nam nihil cunctatur, subterfugia non meditatur, non proterū respōsat: sed ordine narrat quæcunque ei ab egressu contigent. Iisdem itaque moribus iuuenes prædicti sint, omnem simulationem, omnēque mendacium fugiant: atque ita demum vitā & opera cōponant, ut ingenuè ac sine pudore recensere valeant, quæcunque admirerint. Seruus bonus ac fidelis fidēter prodit, & liberē hero suo rationem roganti respondet: Quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. Irenaeus existimat Cainum grauius in Deū deliquisse, audacter & irreuerenter ipsi respondendo, Nunquid custos fratri� mei sum? quām ipso fraticidio.

*Matth. 25.
Iren. lib. 3.
cap. 36.
Gen. 4.*

20. *Cui respondit Noëmi. Benedictus sit à Domino, quoniam eandem gratiā quam præbuerat viuis, seruit et mortuis. Rursumque ait. Propinquus noster est homo.*
21. *Et Ruth. Hoc quoque inquit, præcepit mihi, ut tamdiu messoribus eius iungerer, donec omnes sēgetes meterentur.*

Procul remotus atque dissipatus Booz, nihilque forsitan de Noëmi cogitans, sed domesticis rebus intentus, ab eadē semel & iterū benedicitur, laudatur, deoque cōmendatur feruentissima prece: quia peregrinis, viduis, & egenis beneficis fuerat. Paulò enim ante illa dixit: *Benedictus sit, qui misertus est tui. Heb. qui te agnouit.* Chaldeus paraphrastes reddidit: *V'iro ei pr̄sp̄erē cueniat, qui se tibi cognoscendū pr̄buit.* Idē vbiique sensus. Nā verbo agnoscendi, Hebraico schemate significatur, rationem

C O M M E N T . I N L I B . D . R V T H

habere alicuius, eum beneficiis afficere, curare, ac
tueri. Proverb. 27. Diligenter agnosce vultū pe-
coris tui. Id est, eius utilitatis ac salutis curā habe,
ut ei benē sit. Christus dicit se cognoscere oves
suas, i. eas omni cura & fauore complecti. Deus
cognoscit omnia volatilia cœli, quando ea fouet
& nutrit. Cognovit Ieremiam, id est, elegit, ratio-
nēque ac sanctitate impertiuit, priusquam in vte-
ro virum perfectum formaret, atque de vulva e-
duceret.

*Io. 10.**Pſ. 49.**Ierem. 2.**Gen. 24.32.*

48.

Sūma ergo benedictionis Noëmi est hæc. Fau-
sta & fœlicia omnia Dei veri ac viuētis misericor-
dia succedant illi viro, imò & eius familiæ, agris
& possessionibus, qui adeò pauperum atque vi-
duarum miseretur. Toto pectore precor I E H O
V A M totius huius mundi opificem ac rectorem,
vt eius in nos pauperculas benefacta, amplissima
sua liberalitate cōpenset tum in hoc, cū in futuro
seculo. Vera enim & syncera charitate ô bona, p̄re-
ditus est, quando virū meū & filios dum viueret,
dilexit: nunc quoque nos pauperculas eorum vi-
duas non aspernatur, sed magna benignitate ac li-
beralitate complectitur. Eius itaque beneficentia

& clementiam (quando aliud non valemus) saltē collaudemus, gratis animis commemoremus, & diuino numini acceptam exoptemus. Quid sit gratiam facere cum mortuis, superius diximus.

Fol. 88. 89.
¶.

Hoc itaque loco primū obseruandum, incre-
dibilem esse eleemosynarum fructum atque utili-
tatem. Nam qui proximis pauperibusque benefa-
ciunt, etiam si voces illorum bene precantiū non
audiant, ipsa tamen opera suas voces habent, suo
modo pro illis ad Deum clamāt. Quid ni, cūm &
aliquot scelerum genera ad Deum, in cœlum, vo-
ciferari dicantur? Absconde eleemosynam in sinu

Gen. 4. 19.
Ion. 1.

pauperis, inquit Syracides, & ipsa exorabit pro
te. Nihil tale cogitant Thobia & Centurio-
nis eleemosyna ac orationes ascenderunt, deferē-
tibus utique beatis angelis, in memoriam apud
Deum.

Eccles. 29.
Thob. 3. 47
12.
Act. 10.

Infelices filij hominum, quod his abundantius
& alacrius non incumbant. Non seminant in be-
neditictionibus, vt de benedictionibus metant vi-
tam aeternam. Hostiis beneficiæ & commu-
nicationis nolūt Deum placare ac promereti. Pi-
gescunt eleemosynis à morte & peccatis liberari,
misericordiam & vitam aeternam querere. Agri-
colæ non tristes, sed alacres frumenta mandant
terrae visceribus, spe manipolorum, qui maiorem
copiam referant: & panem esurientibus impar-
tiri cunctabuntur, vt peccata redimant, & coele-
stes diuitias adipiscantur? Appositi Bernardus:
Da terram, vt accipias cœlum: da nummum, vt
accipias regnum. Nec formidandum diuitibus, vt
eleemosynis opes imminuant, quandoquidem si-

2. Cor. 9.
Heb. 13.

Thob. 12.

Chrysost.
hom. 7. de pe-

nit: 42. in

Gen.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Lib. 3. pædag. cap. 7. cut putei exhausti in pristinam mensuram reuer-tuntur, ait Clemens Alex. & ad vbera quæ sugù-tur & mulgentur, solet lac accedere: ita diuitiae communicatæ augentur. Qui plura de eleemo-synarum fructibus desiderauerit, Cyprianū, Ba-siliū, & Chrysostomum consulat.

Deinde, hinc quoque liquet, officium paupe-rum, mendicorum, atque omnium qui ex aliorū benefactis viuunt, esse, assiduis & feruentissimis precibus beneficos Deo commendare. Levitæ sacris iugiter operari tenebantur, atque pro pec-catis propriis & toti⁹ populi sacrificare, eò quod decimis, & oblationibus populi alerentur. Au-gustinus lib. de labore Monachorum, eos instat latronum habendos iudicat, si secus fecerint. Vi-derint ergo qui multa, eaque pinguissima sacer-dotia, episcopatus, abbatias, præbendas possi-dent, & vix semel aut iterum in anno sacrum fa-ciunt. Nescio an horarum canonicarum pensum persoluant. Viderint & ingratissimi quidam ne-bulones, qui benefacta dissimulant, extenuant, ne dicam benefactores maledictis prosequun-tur, &c.

Ad hæc, parentum & affinium munus hîc etiā demōstratur esse, se se mutuò diligere, mutuò iu-uare, atque etiā pro opportunitate beneficiis mu-tuò certare inter se. Nā Booz in viuis agentes E-limelechū & liberos cognatos suos dilexerat, vi-ta functis bene precatus est, atq; ob eorū gratam memoriā viduis illorū admodum beneficus fuit. Omnino certū & exploratū est piorū defuncto-rū spiritus, viuentium beneficiis in suos collatos,

gaudere: quandoquidem isthac nequaquam ignorant. Nouerat pater Abrahā Lazarū aduersa, epulonem verò prospera in vita recepisse. Nouerat

Luc. 11.

fratres Diuitis habere cōciones de Mose & prophetis. Nouerat idein Moses quorundā Iudeorum incredulitatem, perfidiā, & cruentas cogitationes, quādo de his illos coram Deo accusabat.

Io. 5.

Nouerant Ieremiæ & Oniæ manes Iudā pro partibus legibus mox pugnaturum, cùm illi gladium porrexerunt. Audient, inquit Augustinus, defuncti quid hīc agatur, ab eis qui hinc ad eos moriendo pergūt. Possunt & ab angelis qui rebus humanis præsto sunt audire, quod vñūquemque illorū

*Lib. de cura pro mort. a-
gend. cap. 14.*
& 15.

audire debere iudicat, cui cuncta subiecta sunt. Possunt etiā spiritu Dei reuelāte, non solū præterita, vel præsentia, verū etiā futura cognoscere: si- cut propheta dum hīc viuerēt cognoscebat. Hoc autē viuentū animos plurimū ad benevolentiam accendere deberet. At multi econtrario, vicinorū atque affinium defunctorum viduis, & pupillis insidiātur, schedulis sēpe iniquissimis ad deserēdam hæreditatis partem compellunt, & non nunquam vindictas quas de viuentibus patribus sumere ausi non fuerant, de liberis exigunt. Multi si vicinorum vel affinium viduas & filios semel aut iterum iuuerint, mox se omni officio perfuctos & absolutos putant. Hi palam faciunt se nunquam solida charitate suos dilexisse: nam omni tempore diligit qui amicus est, & frater

Proverb. 17.

in angustiis comprobatur. Istiusmodi amicos recte Tullius comparat cum arundinibus, quæ 4. ad *Fecen-*
nium. astino tēpore præsto sunt, frigore pulsæ recedūt.

COMMENT. IN LIB. D. RVT H

Ita falsi amici sereno vitæ iepore præsto sunt, si-
mula tq; fortunæ hyemæ viderint, deuolat omnes,

Adiecit autem Noëmi: *Propinquus noster est ho-
mo:* quibus verbis additur in contextu Heb. & de
redemptoribus nostris ipse. Chaldaeus quoque inter-
pres: *ex his est ad quos redēptionis ius pertinet.* Id est:
magna nobis affinitate coniunctus est homo ille
præpotens & beneficus, atque ex his qui secundū
legem debent suscitare semē marito tuo. Propin-
quos redemptores appellat, quod ad illos pertine-
ret ius redēptionis. Hoc autē indicat Ruthæ, vt
doceat hominē etiā naturali propensione affines
suos quātumuis abiectos & pauperes, magna cha-
titate complecti. Simulque, vt hac occasione cō-
fidentiorem reddat iuuenculam ad colligendū in
agris illius, ne timore & pudore suffusa ad opus
redire detrectaret. Licet itaque omni petenti tri-
buere debeant diuites, propinquus tamen & cō-
sanguineis pauperib⁹, & prius & abundātius sub-
uenire tenetur. Per Isaiam Dominus dicit: Cūm
videris nudum, operi eum, & carnem tuam (Hie-
ron. domesticos carnis tuæ) ne despexeris. Et A-
postolus: Qui suorum maximè domesticosū cu-
ram non habet, fidem negauit, & est infidelidete-
rior. Hic enim erga suos naturali affectione du-
citur.

Isa. 58.

1 Tim. 5.

Galat. 6.

Idem quoque iubet etiam rationem habendam
esse fidei ac religionis, vt potius Christianis & ca-
tholicis egenis, quam infidelibus aut hæreticis o-
peim feramus. Dum tempus habemus (ait) ope-
remur bonum ad omnes, maximè autem ad do-
mesticos fidei. Omnibus quidem nos debitores

facit communis humanitas: sed fidelibus, vinculum arctius spiritualis cognationis, quam Dominus inter nos sacravit. Rursus, inter domesticos fideli suus etiam ordo seruetur, ut benefici simus liberis, proximis, verbi Dei & sacramentorum administris, deinde ceteris creditibus. Cum vero facultas adest, vniuersos beneficentia demereamur,

Insuper, pietatis quoque & virtutis rationem in eleemosynis seruandâ his verbis docet Syracides: *Ecccl. 12.*
Benefac iusto, & inuenies retributionem magnâ: & si non ab ipso, certè à Domino. Da bono, & nō receperis peccatorem: benefac humili, & nō dereris impio.

Quin imò & hominū, quibus largiri paramus, statum perpendere commodum erit. Si incolumes, valentesque viribus sint, moneantur in sudore revultus sui, vesci pane suo, & ad aliquas operas conducantur. His quoque qui flebilia carmina componunt, ut mulierculas decipient, vel corporis mutilationes, ulceraque in membris confingunt, largas suppeditationes impartiri vetat magnum Basilius, ne ansæ sint ad vitium: sed modica *Cone. habita Laz. cit.* eleemosyna talium à se latratum amâdare atque expellere consulit. Nunc multi sunt omnibus copiis circumfluentes, qui nec proximis nec alienis, nec bonis nec prauis opitulantur. Si ab illis vel panis frustulum, vel stipem postulât egeni, etiam per Christi redemptoris ac iudicis nostri amorem, vel surda aure pertransuerint, vel nihil se habere impudenter mentiuntur. At si conuiua instruenda, si uestes comparanda, si coemenda prædia, si scorta, si histriones, si parasiti, si homicidae

COMMENT. IN LIB. D. RVTH
mercennarij, si proditores fouendi, effusis largi-
tatibus ingens patrimonium consumitur & dissi-
patur, &c.

Subiiciens Rutha, *Hoc quoque præcepit mihi, vt*
tamdiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes me-
terentur, ostendit se animum habere ab omni in-
gratitudine alienissimum. Nam Boozi comita-
tem, facilitatem atque liberalitatem commen-
dat: *vt quia par ei referre non potest, saltem*
gratiam habeat quantam maximam animus eius
capere valebat. Ingrata alia beneficia aut ex-
tenuasset, aut dissimulasset. Rectè itaque Plau-
tus scripsit, *Quod bene fit bonis, nunquam pe-*
rit. Tamen si enim tacuerint ingrati, excitabit
tamen Deus alios qui largitatis & beneficiorum
opera prædicabunt, & beneficiorum salutem
Deo precibus commendabunt. Et si vniuersi
homines suo desint officio, beati & cœlestes
spiritus ante communem iudicem miserationes
iustorum vocibus personabunt. Quod vni D.
Martino contigisse narrat Sulpitius Seuerus, ni-
mirum eleemosynam eius à Christo coram an-
gelis laudatam fuisse: hoc idem omnibus qui
pauperes iuuerint tandem aliquando continget.
Illorum si quidem pietates Christus olim prædi-
cabit toto prorsus orbe præsente, dicéisque, Esu-
riui & dedistis mihi manducare, &c.

Matth. 25.

22. *Cui dixit socrus. Melius est filia mi, ut cum puellis*
*eius exeras ad metendum, ne in alieno agro quis-
piam resistat tibi.*

23. Iuncta est itaque puellis Booꝝ, & tamdiu cum eis
messuit, donec hordea & triticum in horreis con-
derentur. Additur in cōtentu Heb. Ceterum
apud socrum versabatur.

ET si amicorum benevolentia nusquā abutē-
dū probè nosset pia' matrona, consulit tamē
filiæ, vt in solius Booꝝ (postea quām ei gratum
esse perpendit) agris colligat. Illinc enim copio-
siorem & vberiorem fructum adferre licebat.
Deinde, quia affinis, legisperitus, & iudex, tutius
ibidem & sanctius versabatur: nec periculum e-
rat de pudicitia in sancti viri præsentia. Facile in
alium incidisset, qui vel vitium obtulisset, vel sal-
tem in periculis versantem non defendisset. Ideò
addidit Noëmi: ne in alieno agro quispiā resistat tibi.
Heb. Et non obuiabunt in te in agro alio. Chaldæus
paraph. Non præpedieris in agro alieno. Verbum וְלֹא
significat reuertere, obuiare, occurrere, rogare, ir-
ruere. Vult itaque: In agro alterius, aliquis posset
tibi resistere ac repellere te, d. aliis pauperibus
imbecillioribus, aut propinquioribus se colligē-
di potestatem fecisse. Item, vel interpellare roga-
réque de stupro. Possent & alij petulantes iuue-
nes messores in te lasciuè irruere. Sunt enim ali-
qui domini tam libidinosi ac salaces, vt nullam
intactam velint prætermittere. Nullius ancillæ,
nullius puellæ, nullius matronæ in eorum pos-
sessionibus & ditionibus, tuta est pudicitia. Om-
nium insidiantur pudori, omnes constupra-
tas volunt. Verùm, exoluent aliquando, exol-
uent certè iustissima suæ impunitatis supplicia.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Contigit non tard, vt & illorum vxores ac filii
secreto, iusto tamen Dei vindicis iudicio constu-
prétur. Dauidi post quām vxorem Vriæ vitiauit,
dictum est à Domino : Ecce ego suscitabo super
te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in
oculis tuis & dabo proximo tuo, & dormiet cū
vxoribus tuis in oculis solis huius. **Quod & factū**
est ab Absalone filio. Iob quoque sibi impreca-
tur : Si concupiscentiæ vxoris alienæ obnoxium
fuit cor meum, scortum alterius sit vxor mea, &
super illam incuruentur alij. Satis indicans mœ-
chorum virorum mercedes esse vxorum adul-
teria.

Discant quoque exemplo Noëmi veteres ma-
tronæ, iuniores ad studia virtutis, & vitia procul
fugienda, omnésq; peccandi occasionses à seipsiis
remouendas excitare. Rutha vrgente fame, co-
gebatur in agros ad spicilegium excurrere, ei
autem præscribit socrus in quos hominis agros,
& quibuscum id faciat: nimirum, vt relictis alia
in parte viris, puellarum iungatur consortio.
Vult Apostolus anus non esse criminatrices, non
multo vino seruientes: sed bene docentes, vt pru-
dentiam doceant adolescentulas, vt maritos suos
diligant, & liberos ament, ne blasphemetur ver-
bum Dei. Ergo vetulis non satis est piè viuere, ni
& iuniores verbis & exemplis ad piè recteque
viuendum incitent & moneant. Virtutes sibi
Iudith, Sareptanæ, Annæ, Thabitæ sanctissima-
rum viduarum imitandas proponant. Arceant
imprudentiores non solum à malo, sed & ab
omni specie mali. Cohibeant illas grauissimis

exhortationibus & comminationibus, à collo-
quiis priuatis virorum petulantium, comedatio-
nibus & choreis nocturnis, &c. Caeuant autem
omnino & ipsæ, caueant ne illis lenocinentur, ne
easdem impuris scortatoribus prodant ac pro-
stiuant, &c.

Rutha etiam adiungens se puellis Boozi, do-
cet suo exemplo, iuniores veterum atque piarum
matronarum consiliis credere & obaudire. Pa-
rentum se se dirigere decretis, & obediitioni sub-
iicere, si honori ac saluti suæ consultum volunt.
Semper præ oculis habeant quid Dinæ contige-
rit, eo quod à parentibus digressa sit. Præclarè à
Syracide dicitur. Filiæ tibi sunt : Serua corpus
earum. Menti enim seruandæ ne centum quidem
Argi sufficerent. Eccle. 7.

Nec mentem seruare potes, licet omnia claudas:

Omnibus exclusis, intus adulter erit.

Domum autem singulis noctibus prudenter
repetebat, rationem matri redditura de toto la-
bore. Nolebat socrum anxia atque nimia de se
solicitudine discretiari, nolebat eam vel in mi-
nimo contristare; sed in omnibus moram gerere,
atque molestias lenire senectutis. Multæ nurus
abhorrent à socrum præsentia, multæ iuniores
tum virgines tum viduae variis affectibus ac de-
sideriis æstuantes, alibi quād domi pernoctare
cupiunt. Sed imprudentiae suæ lamentabiles tan-
dem fructus referunt.

Docet item postremus huius capitil locus, yti-
le ac licitum esse patribus familias grana, frugē-
que in horrea, & vinum atque oleum in prom-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

ptuaria recondere pro temporibus opportunis:
 & hoc non esse vitium avaritiae, modò ritè fiat,
 sed opus prouidentiae. Hoc autem constituere
 oportet aduersus hæreses Pseudo-apostolorum,
 Vvaldensium, & Anabaptistarum, qui id omni-
 no damnant ac reprobant: digni profecto, qui
 famis temporibus inedia confiantur. At istud
 est omnem in primis vita politica ordinem, at-
 que œconomicæ disciplinam infœliciter peruer-
 tere. Decet namque principes, magistratus, pa-
 tresfamilias, omni diligentia studere ne subditi,
 populares, ciues, ac liberi, summa annonæ diffi-
 cultate, inopiâque rei frumentariae laborent:
 quod præstare nequeunt si frugum ac messium
 copiam vno anno, aut breuiori etiam tempore
 absumi, aut ad exterios distrahi permittant. Ideò
 Græcus poëta regem sapienter appellat ποιμένα
 λαῶν pastore populorū. Soliti fuerūt & Romani
 & Græci magistratus præfectos constituere, qui
 huic negotio incumberent: qui ab illis Fruméta-
 tores & Frumentarij, ab ipsis σιτολόγοι diceban-
 tur. Celebrant historici Traianum & Seuerum,
 quorum diligentia factum est, vt Romæ esset
 canon frumentarius septem annorum. Canon
 hic dicitur tributum frumentarium, quod Ægyptus,
 Africa, & Sicilia statum populo Romano
 quotannis soluebant. Criminis autem loco ob-
 iiciunt Heliogabalo, quod iussérunt canonem po-
 puli Romani vnius anni meretricibus, lenoni-
 bus, & exoletis intramuranis dari: extramuranis
 alio promisso. Magnam, perpetuámque laudem
 apud Christianos meruit Constantinus magus

Lamprid.
 Spartian.

& ipse Rom. Imper. quod decreto iussit, quo- *Cassiod.lib.3.*
tannis ab Alexandria Ægypti metropoli, Constâ- *tripart.*
tinopolin mitti in usum pauperum octoginta
milia modiorum frumenti. Eam curam diu com-
misit eximio Dei seruo Athanasio magno: quod
ei magnam conflauit apud Arianos inuidiam.
Augustus Nili fossas longa vetustate oblimatas, *Suet.in Aug.*
militari detersit opere, ut feraciorem annonam
vrbicam Ægyptus redderet. Pompeius annona-
ria expeditione suscepta, magnam frumenti vim
ex Libya, Sardinia, Sicilia, collectam ad vrbē esu-
rientem comportandam curauit: quæ res nō mi-
norem gloriā ei contulit, quām Orientis triumphus.
Claudius famis tempore frumentariis non
contemnenda lucra proposuit, suscepso in se dā-
no, si cui quid pér tempestates accidisset. Sed &
fabricatoribus nauium mercaturæ gratia magna
cōmoda, ut in vrbe nulli deessent cōmeatus. Ut
hi laudem ista cura comparauerunt, sic econtra
magnam infamiam consequutus est Caligula, cū
horreis præclusis populo Romano famem non
nunquam indixit. Alij Cæsares legibus suis gra-
ues pœnas constituerunt aduersus illos, qui con-
tra annonā quicquā molirētur, quo carior fieret.

Ad hæc, cùm Deus quotidie nobis non pluat *Exod. 16.*
manna & coturnices, ut Israëli, nec angelorū, aut *Num. 11.*
coruorum opera vietū diuinitus transmittat, ve- *Psal. 114.*
luti quondā Danieli, atque Heliæ: insuper, frumē- *J. Reg. 17.*
ta, poma, vuásque nec hyemis nec veris tempore,
sed autumni duntaxat suppeditet: satis constat
illum velle nos ea opportunè colligere, ac recō-
dere in nostros, nostrorūmque ac pauperū usus.

Dap. 14.

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

Hinc per Solomonem ait: Qui congregat in
messe filius sapiens est: qui autem sterterit, filius
confusionis. Denique, piis suæ legis obseruatori-
bus promit̄s, Benedictus erit fructus terre tuæ,
fructusque iumentorum tuorum, greges armen-
torum tuorum, & caulæ ouium tuarum. Bene-
dicta horrea tua, &c. opes ad usus opportunos re-
positorias non damnat, sed benedictione sanctifi-
cat. Quin & his qui decimas inferrent in horrea
constituta in circuitu templi, ad leuitatum com-
meatum, recipit se apertum fenestras cœli, &
benedictionem effusurum usque ad abundantiam:
tantum abest, ut in horrea congerere prohibeat.

Dent. 28.

Mal. 3.

Luc 12.

Math. 6.

Obiiciunt Anabaptistæ, Christum vetusse so-
licitudinem de anima, quid manducabimus; at-
que de corpore, quid induamur. In epulis, in vi-
ciss, in agris, cantitant Hugnōstici, O Domine
Deus, qui nobis præscribis curam non habere de crastino:
ipſi interea auarissimi & rapacissimi omnium té-
plorum direptores. Quibusdam diuinis verbis
abutuntur, atque his iniertes ac desidiosos quo-
que nebulones ad furta & sacrilegia, impru-
denter incitant & exacuunt. Sed hallucin-
antur, totoque aberrant cœlo, si putant om-
nem proſsus huius vitæ solicitudinem illis pro-
hiberi. Est enim quædam immoderata cura, que
ex diffidentia in Deum nascitur, quasi aut non
posset, aut nollet huic vitæ necessaria nobis sub-
ministrare: aut certè omnem de nobis curam ab-
ieciſſet. Hinc nimis anxiè homines opibus ag-
gregandis, augendis, seruandis student: nulla ea-
rum abundantia contenti, plura semper appetūt,
& ipſa

& ipsi
fugæ
ex hac
auarit
prode
nera
ſtim
do ſo
oſten
abiici
ſtiani
inert
ſed p
uant
neceſſ
intell

M

P R
z
typu
offic
& fe
omni
Opo
bere
gelo
pecc
culo
colla

& ipsa copia magis adhuc accensi, instar sanguis
fugae dicunt perpetuò, affer, affer. Et quoniam
ex hac insatiabili habendi cupiditate (quæ verè
auaritia est) tanquam ex profundissimo gurgite
prodeunt inter homines omnium malorum ge-
nera : eam Christus productis ab aduersariis te-
stimentiis, districtè prohibuit. Altera est solicitu-
do sobria & utilis, imò & necessaria , atque ut
ostendimus, à Deo constituta & præcepta, quæ
abiici non debet. Cauere si quidem debent Chri-
stiani, ne cui oneri sint ac tædio , ne ociosi ac
inertes oberrent omnibus graues & molestias
sed potius ut honestis laboribus non modò vi-
uant, verùm & habeant vnde trbuere possint
necessitatem patienti. Sed iam spiritualem horū
intelligentiam aperiamus.

*2. Thess. 3.
1. Tim. 5.*

MYSTICA TOTIVS CAPITIS SECUNDI EXPLICATIO.

Primò extra omnem controvèrsiam est, Boo-
zum multis in rebus Christi seruatoris nostri
typum gesisse , eiudemque vitæ conditiones ac
officia adumbrasse. Nam cùm Booz *potens* dicitur,
et fortis Hieronymo interprete, Christi deitas;
omnipotentia , & infinita virtus significatur:
Oportuit sanè Messiam omnem potestatem ha-
bere in cœlo, vt patrem nobis conciliaret , & an-
gelorum redderet consortes. Omnem in terris, vt
peccata condonaret, omnia signorum ac mira-
culorum genera ederet, atque omnium gentium
colla suo euangelio subiiceret. Omnem in in-

*Decuit MESSIA
SIAM esse
omnipotenter.*

Dd

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

seris, ut ex numero vinorum exturbatos à mortuis excitaret; & victo, vincitque Satana, inferorum spoliis ornatus inde ad superos reuerteret. Omnem in beatis angelis, ut eos à lapsu seruaret, atque omnino beatos redderet, similique eisdem tanquam suæ conceptionis, nativitatis, ieunctionis, perpessionis, resurrectionis, ascensionis, reuersionis denique ad iudicium nūcīis, testibus, atque præconibus vteretur. Omnem in hominibus, ut morbis grauibus ac mortiferis affectos curaret, & oppressos diaboli & mortis tyrannide vindicaret in libertatem. Omnem in elementis, ut euni veluti creatorem suo modulo agnoscerent, illisque vicissim in suæ gloriæ testimoniam, & sacramentorum aspectabilia signa vteretur. Ad hæc enim præstanta virtus protulit infinita & diuina requirebatur. Hinc antiquis patribus se ipsum multifariam insinuans, appellabat se

E L S C H A D D A I , E L G I B B O R , id est , Deus potens, Deus fortis, Deus præpotens, Deus absolute potens . Isaias quoque Messiam nominat

I s a . 9 . Deum fortem, admirabilem, patrem futuri secu-

Dan . 2 . 37 . li. Daniel comparat eum cum lapide, qui omnia statuæ metalla, i. vniuersam vitu tyranicam & aduersam cōterit & cōminuit. Deinde subiicit: Po-

P s . 2 . testas eius potestas æterna. Dauid docet patrem dixisse Verbo suo: Postula à me, & dabo tibi gen-

Matt h . 28 . tes, & possessionem tuam terminos terræ, tanquā vas figuli cōfringes eos: potestate Christi cum ferro, vniuersam orbis machinā cū luteo vasculo conferens. Booz denique spiritualis suam ostendens fortitudinem & virtutem dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Nihil exci-

pit, nil excludit, nil secernit.

An non ergo palam in eum impij ac blasphemati sunt Caluiniani, qui vt errorem suum Sacramentarium tueantur, plurima vociferantur illi esse impossibilia? Sed de hoc in nostris contra errores illorum Dialogis, fusius differemus.

Secundò, Booz verus homo, & Elimelechi consanguineus, Christi humanitatē significauit, qua præditus, non tantum omnium nostrum consanguineus, sed & verè filius Adæ, verè semen mulieris, verè secundū carnē semen Abrahæ, & fructus ventris Dauidis, ex Deipara virgine conceptus & natus est. Decuit autem eum verè consanguineum nostrū fieri, vt mortalis & patibilis in eadē specie natura, quæ olim peccauerat, peccatis exsolueret, atq; pro nobis diuino iudicio faceret satis. Nā diuinitas his perpeccionibus affici & subiici nō potest. Verbū itaque caro factum est, vt carnem, id est hominem Deo & cōciliaret, & perfecta vnitioe cōiungeret. Quod nasceretur ex te, inquit celestis nuncius ad virginem, filius altissimi vocabitur. Passim seipsum filiū hominis appellauit, dum hīc vixit: cuius nomine Deiparā Iustinus, Irenaeus, Tertullianus signatā volunt. Et Paulus disertè concionatur illū factū fuisse ex semine Dauid secundū carnē: natūmque ex muliere, & factum sub lege, vt nos illius onere leuaret. Quibus omnibꝫ Gnosticorū, Marcionitarū, Appellitarum, atque Manichæorum hæreses aperte refelluntur, qui veram ac solidam carnem illum ex utero mulieris adsump̄tisse inficiabantur.

Tertiò, Booz terreni magnæ opes, & in

Dd ij

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

lege atque prophetis summa peritia, cœlestis
 Boozi, i. Christi immensas facultates, atque rerū
 omnium scientiā adumbrarunt. Nam omnia de-
 dit ei pater in manus. Omnia quæcunque pater
 habet, eius sunt. Et quid non potest, quid nō ha-
 bet, hic pater omniū? Filius est prædilectus, ergo
 (vt recte Paulus ratiocinatur) hæres est vniuerso-
 rū. Omnia inquit, mihi tradita sunt à patre meo,
 id est tam visibilia, quām inuisibilia vniuersa, pa-
 ter meæ fidei, possessioni, administrationi, pote-
 stati, & iudicio cōmisit. Fœlices nos, qui à tam po-
 tenti Domino pendemus: qui fratrem nacti su-
 mns tantis opibus ac cōpiis affluentem.

Nec minor est in illo, etiam quatenus filius ho-
 minis est, rerū omnium perfecta, absolutaque co-
Christi scientia gnitio. Quod aduersus ingratissimos Gnosticos,
 adscitur cōtra Hu-Gno. Arrianos, & Hugnósticos, hīc paucis quidem, sed
 scitorum imfirmissimis testimoniis euincemus, vt Saluatoris
 nostri gloriam ac maiestatem quantum in nobis
 est, asseramus. Testis quippe est martyr Ireneus,
 Lib. I. cont. Gnosticos etiam cōmune in infantilis literarum
 her. cap. 17. ignorationē Christo tribuisse: quod & Arrianos
 Serm. 4. cont. præstítisse memorię tradiderūt Athanasius & Hi-
 Arrian. li. 9. larius. Has blasphemias dieb⁹ nostris instaurae-
 de Trinit. runt, imò & adauxerūt Caluinus, Beza, Gallasius,
 Brentius, Osiáder, Gualtherus, Molinæus, &c. vt
 illorū verbis euicimus, deinde apertis scripturis
 & rationibus cōfutauimus, Annot. in li. 2. Irenei,
 cap. 49. & rursum, Appendice cōtra hæreses, Ti-
 tulo Christus, Hæresi 4. Si Christus homo cōmu-
 ni hominū ignorantia laborauit, quo pacto duo-
 decim tantum annos natus, adeo peritè ac scienc-

ter inter doctores de legis & prophetarum sensis
 differuit? Quo pacto in latebris animorū latētes
 cogitationes hominum nouit, & in apertum ex-
 tulit? Quo pacto de rebus vniuersis tum honorū
 tum malorum iustum feret sententiam? Quid
 ignorare potuit, in quo sunt omnes thesauri sa-
 pientiae & scientiae recōditi? In quo habitat om-
 nis plenitudo diuinitatis, etiam corporaliter? In
 quo iam ab initio requieuit spiritus sapientiae &
 intellectus? Apage hanc impietatē. Melliflui Ber-
 nardi verba hīc tantū subiiciam, reliqua quæ in ^{super Missus}
 hanc hæresim dici possunt, legat qui volet in no-
 stra Appendice. Non minus habuit sapientiae (ait
 ille) vel potius, non fuit minus sapientia Iesus,
 conceptus, quām natus: parvus, quām magnus.
 Siue Latens in utero, siue vagiens in præsepio, sine
 interrogans doctores in templo: a quæ profecto
 plenus fuit Spiritu sancto.

Quartò, Rutha gentilis, vidua, mendica, & quæ
 Deum verum paulò antè nec agnouerat, nec col-
 luerat, typum gesit Ecclesiæ ex gentibus colligendæ. Hæc vero legitimo animarum sposo
 diu caruit, post deos alienos fornicata, & his ve-
 lut amatoribus multis, imò quasi impurissimis ^{Ephes. 2.}
 scortatoribus prostituta. Ephesios his verbis cō-
 uenit Apostolus: Vos eratis aliquando sine Christo, alienati ab Israëlis conuersatione, hospites
 testamentorum, promissionis spem non haben-
 tes, & sine Deo in hoc mundo. Quin & Dei lo-
 co, Gentes sibi constituerunt talpas, vespertilio-
 nes, mutas statuas, dracones, serpentes, colubros, ^{Ist. 2.}
 boues, crocodilos, porros, cæpas, &c. Imò & 14.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Vide Clem. ipsos teterimos cacodæmones humanis hostiis
 Rom. & coluerunt. Nam omnes Diij gentium dæmonia.
 Alex. deriv- Immolauerunt filios suos & filias suas dæmo-
 tibus Aegyp. niis. Simulacra gentium argentum & aurum. Os
 Ps. 15. 105. habent & non loquuntur, oculos habent & non
 114. vident. Romanis tunc Gentium ac rerum domi-
 Rom. 1. nis, criminis datur, quod mutauerint gloriam Dei
 Lib. 2. de ci- in similitudinem corruptibilis hominis, & qua-
 uit. cap. 22. drupedum, & volucrum, & serpentium. Augusti-
 & li. 7. e. 21. nus illis exprobrat, quod aliquando anseribus
 sacra fecerint: insuper & sub Priapi nomine, ho-
 minum (proh pudor!) virilibus atque pudendis.
 An non ergo veraciter vidua dicitur Gentium
 ecclesia, i. omni ope & auxilio legitimi sponsi de-
 stituta? Ecquid vtilitatis ab istis factitiis Diis sunt
 consequunti, præter suarum filiarum prostitutio-
 nes, virorum fortium præcipitia, horrendas, ca-
 codæmonum illusiones, æterna denique suppli-
 cia? Crudelissima & turpis illa quæque à suis cul-
 toribus exigebant, nec quicquam eximium polli-
 Lib. 4. de ci- ceri aut conferre poterant. Agamus itaque cum
 uit. cap. 30. eodem patre Augustino, Christiani Domini
 nostro gratias, qui has superstitiones per altissi-
 mam Christi humilitatem, per Apostolorum
 prædicationem, per fidem martyrum pro verita-
 te morientium, non solum in cordibus religiosis
 verum etiam in ædibus superstitionis, libera suo-
 rum seruitute subuertit. Commodè itaque men-
 dicitate viatum queritans vidua, Gentium ecclesi-
 adumbravit, quæ summa omnium bonorum spi-
 titalium egestate laborabat.

Quinto, dum præter intentionem incidit in

agros Boozi, ibique clementer admissa, copio-
fam spicarum collectionem fecit, significatū est,
quod ad Gentes nihil tale cogitantes vel speran-
tes penetraret Euangelium, quo à Christo voca-
rentur, & admitterentur in consortium filiorum
Dei. Quomodo doctrinam salutis ac regni Dei
quæsiuillēt, quam sibi vltro oblatam ferro, flā-
mis, ac omni genere tormentorum repellere, ac
extinguere conati sunt? Nam totius Romani im-
perij viribus huic reluctati sunt Nero, Decius,
Domitianus, Traianus, Valerius, Aurelianus, Dio-
cletianus, Maximianus, Maximinus, Valēs summi
orbis monarchē. Ergo prēter intentionē admissæ
sunt gentes, de quibus dicitur: Vocabo non ple-
bem meam, plebem meam: nō dilectam, dilecta:
non misericordiam cōsequutam, misericordiam
consequitam. Iudæi diuinorum mandatorum
messem contemnentes, & quasi à tergo relinqué-
tes, Deum verum prouocauerunt in eo qui non
erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: &
ipse provocauit eos in eo qui non erat populus
Dei, & ingente stulta & imperita irritauit illos.
Itaque cùn oleaster esset populus gentium, inser-
tus est in Ionam oliuam: cumque adhuc omnes
peccatore, inimici, filii iræ, ac gehennæ essemus
secundum tempus, Christus pro nobis mortuus
est. Gentes ergo propter hanc misericordiā ho-
norent Deum, sicut scriptum est, Propterea con-
fitebor tibi in gentibus. Non altum sapiant, sed
timeant: quoniam si Deus naturalibus rānis non
pepercit, ne insertis gentibus, paria Iudæis scele-
ra perpetratis condonabit.

*Of. 2.**Deut. 32.**Rom. 11.*
*Rom. 5.**Rom. 15.**Pſ. 17.**Rom. 11.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

*Luc. 1.
10. 1.
Luc. 2.*

Baruch. 3.

*Luc. 2.
Matth. 2.*

*Luc. 24.
Io. 20.
Matth. 3.
Luc. 11.*

Sexto, Booz Beth-lehem egrediens, seruosque in agris visitans, ac omni humanitate salutás, Christi præsignauit aduentum. Visitauit enim nos orien\$ ex alto: quando Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, conceptus quidem Nazareth, sed natus Beth-lehem. Tum enim vt alter Booz nobiscum seruis suis in terris visus est, & cū hominibus conuersatus est. Cūm essent in Beth-lehem eius parentes, impleti sunt dies Mariæ, vt pareret, & peperit filium suum primogenitum. Ut Booz terrenus seruos suos comiter siluitauit: ita & cœlestis, omnibus in se sperantibus salutem verbis & operibus nuntiauit. Angelos demisi, qui Pastores saluere, ac omni gaudio bachiari iuberent. Magos duce fulgido cometa adluxit in locum ubi puer erat: coram quo procedentes, adorauerunt. Qua precor, lacticia perfusi: quibus gaudiis gestientes? Vix satis explicate ibi visus Euangelista, d. Gauisi sunt gaudio magno valde. An non quoque Apostolos, agrorum suorum spirituales messores, Booz spiritualis salue imperitiuit quoties dixit, Pax vobis? Ego sumnolite timere? Quid aliud quam gratissimam & communem consolationem sonat hæ concordes, Appropinquauit regnum cœlorum? Regnum Dei intra vos est? Profectò peruenit ad vs regnum Dei? Resalutant verò Christum, quotquot illum fidè adorant, & obedientia ī mandatis eius exhibent morigeros: insuper qicunque ilius gloriam, maiestatem, doctrinam instituta a liis denunciant.

Septimò, Rutha foris in agro inuenta, mysteriū

quoque fuit Gentium, iuxta parabolam Euangelicam, per vias & sepes ob errantium extra domū regij conuiuij: quas tandem seruus dominicus compulit intrare. His in foro otiosis dictum est: Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Foris vagabātur Samaritana, Chananæa, Centuriones tres; foris erant Parthi, Medi, Elamitæ, Mesopotamij, Phryges, Pamphylij, Cilices, Cretes, Romani, Arabes: foris gentes omnes, quæ necdum in communionem Ecclesiæ (quæ sola est domus, ac proprium ouile Domini) vocatæ & cooptatæ fuerant: cùm Sapienia foris prædicauit, in plateis dedit vocem suam; in capite (i. præcipuis comitiis) turbatum clamitauit, pro ostiis portarū, pérque vrbes intonuit, d. Visque quo paruuli, diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini ad correctionem meam: en proferam vobis Sp̄iritum meum, & ostendam vobis verba mea, &c.

Euc. 14.

Matth. 10.
10.4.
Matth. 14.

Octauò, quemadmodum Booz mera bonitate & clementia, ac sine vllis in se præcedētibus Ruthæ meritis, eam in agros suos admisit, inuitauit quoque vnà cum familia ad prandendum: sic & Christus omnino gratis incarnatus, sola sua permotus charitate & misericordia Ecclesiam Gentium vocauit, collegit, sanctificauit, & tanquam sponsam sibi intimè copulauit. Sic Deus dilexit mundum, non sic mundus prius dilexit Deum, vt filium suum vnigenitum daret. Zacharias cecinit: Per viscera misericordiæ suæ visitauit nos. Itaque nō ex operibus iustitiae quæ fecimus nos, Tit. 2.

Io. 3.

Luc. 1.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Enchirid.
cap. 36: Et lib.
13. de Trin.
cap. 17. &
19.

sed per gratuitā misericordiā suam saluos nos fecit. Quinimò, cum Augustino contendimus omnes, nec ipsam naturam humanā à Verbo assumptam, per aliqua præcedentia opera meruisse, ut filio Dei personaliter ac hypostaticè copularetur. Ergo summa gratia in rebus per tempus ortis, tum apparuit, cùm homo factus est Deus, & Deus homo.

Nullis rursus officiis, nullis meritis nostris, sacro primū regenerationis lauacro abluiimur, fidei, spei, charitatis ornamenti afficiimur; à mortalibus noxis soluimur: carne Christi vescimur, sanguine potamur, aliisque Sacramentorum bonis ditamur. Sunt enim hæc ferula conuiuij, quo suam familiam Boozus cœlestis gratis sustentat & recreat. Inuitat ergo suam gentilem Rutham spiritalis Boos hac præconis sui voce: Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argētum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac. Vocat sitientes, iustitiam nimirum: nam fastidiosos, & sua iustitia tumidos repellit: illis verò satietatem promittit. Pauperes autem vocat & nummis destitutos, id est, humiles, pauperes spiritu, qui nihil de se sublime sentiunt, quique non gloriantur de suis operibus ac meritis, veluti omnino ex suis essent viribus: sed gratia Dei se id omne esse quod sunt, ex animo profitetur. Nam gratia Dei vita æterna. Confonæ sunt eiusdem Boozi mystici voces in novo testamento. Ego, inquit, sitiensi dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. Et rursus: Qui sitit, veniat, &

*Isa. 55.**Matth. 5.**1. Cor. 15.**Rom. 6.**Apoc. 21.*

22.

qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis. Quis hic fons vitæ, nisi prima iustitia, qua ex filiis iræ & gehennæ, filij gratiae & regni efficimur? An Rom.3. &c. s. non quoque de eadem Paulus scribit, Iustificati gratis per gratiam ipsius? Nihil enim eorum quæ hanc iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationem promerentur: alioquin gratia non esset gratia. Summo igitur Deo grates agamus, qui nos gratuitò abluit & sanctificat. Grates etiam unigenito eius Domino nostro Iesu Christo, qui propter nimiam charitatem qua dilexit nos, sua sanctissima passione patri pro nobis satisfecit, & iustificationem meruit. Grates denique Spiritui sancto, qui hanc gratiam in nos effundit abunde, &c.

2.Tim.3.

Nond, sicut magna prudentia terrenus Booz prohibuit Ruthæ, ne ad alienos agros pergeret collectū spicas, sed in suis permaneret: ita & cœlestis, id est, Christus, in sola ecclesia catholica (quæ agri nomine non raro significatur) vult nos Matth.13. & verbi sui, fidei, & doctrinæ salutis spicas, atque 21. sacramentorū effectus, & remissionis peccatorū fructus colligere. In alienis siquidem agris, hoc est, Iudæorum synagogis, Maometanorum Alchorano, Poëtarum, Philosophorū, Hæreticorū libris spicilegium facere districte verat. Illic tantummodo zizania, lappæ, tribuli, vrticæ: illic infelix lolium, & steriles dominabitur auenæ: non triticum Domini, nec vinum germinans virgines. Illic solùm siliquæ porcorum, non panis filiorū. Speciem quidē tritici præ se ferre possunt,

Zach. 9.

Luc. 15.

COMMENT. IN LIB. D. RVT H

quando vnum Deum summè colendum, idola
procul fugienda ingeminant, de virtutibus mo-
ralibus amplexandis, vitiisque relinquendis dis-
serunt: sed si reliqua penitus inspiceris, & accu-
rare perpenderi, reuera zizania sunt, quæ huma-
nas mentes infatuant ac dementant. Alchoran
super aniles fabulas & delirationes, sanctissimam
Trinitatem, Christique deitatem impugnat, &
Epist. ad Da-
m. s. toti Euanglio contradicit. Carmina poëtarum,
(scribit Hieronymus) secularis sapientia, retho-
rum splendor verborum & schemata, siliquæ por-
corum sunt, quibus latrantem fame stomachum
prodigus placate non potest. Maximi & clarissi-
mi omnium philosophorum professio est: Hoc
vnum scio, quod nihil scio. Hæreticorum, neote-
ricorum præsertim, scripta nihil ferè præter con-
uicia in omnes ecclesiasticos ordines, in Sacra-
menta contumelias, in Sanctos patres & marty-
res probra & maledicta, in præpotentis Dei om-
nipotentiam, bonitatem & prouidentiam aper-
tas blasphemias spirant atque concrepant. Po-
sunt quadam suauitate atque eloquētia aures de-
mulcere, fucūmque facere imperitis: sed probè
excussa, qualia nunc diximus comperientur. Ho-
rum studiosi & miratores, perpetua veri egesta-
& virtutum penuria consumentur. De his ita-
que adhuc cœlestis Boozus animæ cuique nostrū
ingeminat: *Ne vadis Filia, in alterum agrum ad colli-
gendum, nec recedas de loco isto.*

*Lactant. lib.
3. cap. 18.*

Extra hūc Boozi cœlestis agrum, id est, Catho-
licæ ecclesiæ communionem, nulla sacramenta
professe, nulla bona opera, nullæ preces, nullæ e-

leemosynæ diuino conspectui gratæ & acceptæ esse possunt. Sicut aqua paradisi autore Augustino, extra illum quidem effluebat, sed eiusdem fœlicitas extra non protendebatur: sic sacramento-
rum veneranda signacula extra ecclesiam esse pos-
sunt, sed prodeesse non possunt. Qui & iterum scri-
bit: Sacramentum alibi quam in ecclesia accipi
potest, prodeesse autem tantum in ecclesia potest.
Et rursum: Quamuis apud Schismaticos & hære-
ticos idem sit baptisma Christi, non tamen ibi o-
peratur remissionem peccatorum, propter dis-
cordia fœditatem, & dissensionis iniquitatem.
Tunc autem incipit valere ad dimittenda pecca-
ta, cum ad ecclesiæ pacem venerint. Et libro de si-
de ad Petrum, cap. 36. concludit. Firmissime cre-
de & nullatenus dubites, sacramentum baptismi
non solum in Ecclesia, sed etiam apud hæreticos
qui baptizat in nomine Patris & Filii & Spiritus
sancti esse posse: sed extra ecclesiam catholicam
prodeesse non posse. Ad hæc, Cyprianus lib. de
vnit. ecclesiæ; August. lib. eiusdem nominis: &
Hieronymus Epist. ad Damasum, Ecclesiam ca-
tholicam comparant cum arca Noë, extra quam
omnes constituti perierunt: cù domo Raab, quæ
sola in excidio Hiericonto seruata est: cum v-
na Hebræorum domo, in qua agnū edere oportebat:
cum tunica Christi, quam milites non di-
uiserunt in partes: cum sole, à quo seiunctus ra-
dius non lucet: cum fonte, sine cuius continuo
fluxu riuis arescit: & cum arboris trunko, à quo
præcisus ramus flammis traditur. Sic ab ecclesiæ
vnitate remotis, nulla potest esse spes salutis. Hæc

Augusti lib.
4. de bapt.
cap. 1. & lib.
1. cap. 2. &
lib. 3. cap. 13.

Cypr.
August.
Hiero.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

1. Cor. 13.

communiunt apertis Apostoli verbis: Si linguis hominum loquar, & angelorum: si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas: si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia: si habuero omnem fidem: si tradidero corpus meum, ita ut ardeā: charitatē autē non habuero, nihil mihi prodest, nihil sum. Addit Cyprianus: Esse martyrum potest, qui in Ecclesia non est. Exhibere se non potest martyrem, qui fraternam non tenet charitatem.

Eph. 4.

*Patrum scri-
pta & tradi-
tiones sequi-
subemur.*

Decimō, sicut Booz honestum ac commodum Ruthae consortium adsignat, d. *tungere puellis meis, & collige ubique messuerint:* ita & nobis Christus, cum iubet & pios mores sequi, & voces audire Prophetarum & Apostolorum: Discipulorum quoque & patrum, & martyrum, qui in horū locū successerunt. Illos enim perpetuos agri sui id est, ecclesiæ, dedit cultores & messiores, donec omnes occurramus obuiā Christo iudici in viros perfectos. Illorū igitur scripta & traditiones vult nos sequi & amplecti, ab his nūquam discedere, illis ad finem usque messis huius seculi adhætere, siue de credendis, siue de agendis in eam consilia. Istius modi post Apostolos, messiores agrorū Christi fuerū Clemens, Titus, Timotheus, Dionysius, Martialis, Aurelianus, Hermas, Prochorus, Ignatius, Polycarpus, Abdias, Linus, Cletus, Aegesippus, Papias, Anacletus, Alexáder, Sixtus, Iustinus, Thelephorus, Polycrates, Quadratus, Aristides, Euodius, Melito, qui omnes primo à Christi morte seculo, Apostolorum autē electio- ne & ordinatione, præclaris totius orbis ecclesiis

magna cum laude præfuerunt: & Christi euāgeliū voce, scriptis, miraculis, gloriosis denique mortibus propagauerunt.

His secundo seculo sunt substituti Theophilus Antioch. Athenagoras, Pantenus, Ammonius, Potinus, Irenaeus, Tertullianus, Minutius, Heraclias, Clemēs Alex. Serapion, Apollinaris, Hippolytus, Dionysius Corint. Agrippa, Bardeanes, Rhodō, Zoticus, Apollonius, Miltiades, Publius, Higynus, Pius, Anicetus, Eleutherius, Methodius, Theodorus, Athenodorus, Meletius, Origenes, Pierius, Cyprianus, Iulius Africanus, Zephyrinus, Calixtus, Vrbanus, Fabianus, Cornelius, Stephanus. Hi ab auditoribus & discipulis Apostolorum verā Christi doctrinā edocti, candem summā fidē retinuerunt, perpetuauerunt, & tam libris editis quām sanguine hac de causa fuso, animosē & fortiter confirmauerunt.

Tertio seculo per orbem vita & doctrina flouerunt illi trecenti decem & octo sanctissimi patres, & fortissimi Christianæ pietatis propugnatores, qui concilio Niceno primo adfuerunt: atque alibi passim per totum orbē plurimi. Nā pauci admodū ex Pannoniis, Germania, Italia, Galliis, Hispaniis, vel Africa huic sacro conuentui interfuerunt: quū tamen hæ omnes prouinciae pastoribus ac doctribus tum quoque abundarent, & doctrina clarissimis, & authoritate, piitatēque grauissimis.

Quarto deniq; ab Apostolis seculo, etiam hæreticorum testimoniiis, tot Episcopi, tot pastores, tot doctores, tot patres, tot presbyteri Christianā

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

philosophiam qualem à superioribus acceperat,
vocabus adseruerunt, scriptis propugnauerunt,
& ab hæreticorum incursionibus sartam tectam
ab omni corruptela conseruauerunt, ut vix inuenias
aliam ætatem, quam huic conferre possis.
Hoc seculum & quod paululum excurrit, flo-
rentis ecclesiæ Christianæ hortus à quibusdam
appositiè nominatur. Insigni namque pietate &
doctrina veluti præclara luminaria tum refulse-
runt in Oriente Ephrem Syrus, Iacobus Nysibe-
nus, Petrus Edessenus, Mochimus Mesopotame-
Vide catalog. nus, Basilius magnus, Gregorius Theologus, Gre-
Hieronymi, gorius Nyssenus, Eusebius Emissenus, Amphi-
& Gennadij. lochius Iconiensis, Meletius, Paulinus, Synesius,
Dorotheus, Clymacus, Sophronius, Epiphanius,
Iohannes Antiochenus, Theodoreus, Cyrillus A-
lex. Cyrillus Ierosoly. Theophylus Alex. Proco-
pius, Hesychius, Flauianus Antiochenus, & quot-
quot Constantinopolitano primo, Ephesino pri-
mo, & Calchedonensi œcumenicis Conciliis, in-
terfuerunt. Floruerunt quoque sacris institutis &
præceptis in Græcia Chrysostomus, Nectarius,
Atticus, Germanus, Gennadius, Photius, Pachy-
meres Constantinopolitani patriarchæ, Marcus
eremita, Eustathius, & Socrates, Sozomenus, Pal-
ladius homines literati & historici. Nec Latina
ecclesia suis luminibus tum quoque caruit. Nam
ob egregias animorum dotes in ea magnam lau-
dem consequuti sunt Hilarins, Ambrosius, Da-
masus, Hieronymus, Leo magnus, Innocentius
primus, Chrysologus, Paulinus, Exuperius, Fæ-
badius, Pacianus, Gregorius Beticus, Prudentius,
Isidorus

Ifidorus Cordubensis, Orosius, Sedilius, Seuerus Sulpitius, Hilarius Arelatis, Ruffinus, Chromatius, Bacchiarius, Maximus Taurinensis, Auitus, Saluianus, Prosper, Victorius, Eucherius, Claudianus, Ausonius, Vigilius, Cassianus, Euagrius, Iuuencus, &c. Africa quoque suos doctores & literis & pietate insignes habuit, nimirum Optatum, Victorinum, Macrobius presbyterū, Pachumium, Vitellium, Aurelium Augustinum, Alipium, Eugyprium, Primasium, Possidum, Oreliesem, Simplicianum, Timotheum, Asclepiū, Victorem, Fulgentium, Eugenium Carthaginem, Victorem Vtensem, &c.

Hi reuera spitalis Boozi, id est, Christi agrotum sunt cultores & vineæ, hoc est, Ecclesiæ agricultæ, cum quibus qui non sapit, planè desipit: & 15.5. Matth. 21. Luc. 11. qui non colligit, dispergit. His perpetuò adhaerescendum, his innitendum, cum his veluti castissimis simul & operosissimis Beth-lehemite nostris pueris, perpetuò colligendum & metendum. Sed præstat breui digressione istud confirmare aduersus hæreticos, & vniuersos sanctissimæ & doctissimæ antiquitatis contempsores.

Digressio de Patrum orthodoxorum scriptis, integritate, auctoritate, & unanimitate consensu amplexandis.

Q Voties de sacrorum Bibliorum reconditis sensibus eruēdis, & germana interpretatione, de fidei nostræ summis capitibus, de Apostolicis traditionibus, de Sacramentorū efficacia, ritibus, vel vsu legitimo, aut quibuslibet aliis re-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

bus in religione controuersis agitur , post eadem
sacra Biblia , Patres sunt consulendi & audiendi.
Quæcunque tot tantique viri cōsentientes adfir-
mauerint esse vera, sancta, catholica , & apostoli-
ca , ab vniuersis omnino pro talibus habenda &
suspicienda sunt : quæcunque falsa, profana, ha-
retica, apostatica censuerint, ab omnibus damnata
& reiicienda . Summa enim tot voluntatum,
studiorum, & sententiārum consensio , non nisi
Ecclesiæ, adeoque illius ipsius Spiritus sancti vox
potest esse. Quod his argumentis manifestum &
certum efficitur.

Primo , quamdiu in terris vitam & spiritum
duxerunt , non solum singillatim fuerunt viua
veraque membra vnius , sanctæ , catholicæ , &
apostolicæ Ecclesiæ , sed & veri patres pastorés,
que Ecclesiarum : quinimo & in his ipsis relaxit
& constituit ipsa IESUS CHRISTUS Ecclesia. Huic
vero constanter credendum iussérunt Apostoli,
& cuncti profitemur , d. Credo sanctam Ecclesiam
catholicam. Constituit quoque Dei filius eū qui
hanc Ecclesiam non audierit , non obseruauerit,
non coluerit , habendum esse pro ethnico & pu-
blicano, id est , domo Dei , populo sancto , acre-
gno cælorum extorre . Patrum itaque consen-
tientibus interpretationibus ac iudiciis penitus
acquiescendum est. Huius argumentationis ma-
iorem propositionem verissimam esse , vltro no-
biscum fatentur haeretici . Admittere enim co-
guntur tantos cœtus sanctorum Ecclesiæ Chri-
stianæ potiorem partem fuisse : ipsamque po-
tiessimum subsistere , conseruari , sacris operati-

Symb. Apost.
¶ Nicen.
Matth. 18.

per suos Pastores, Doctores, & magistros legitime vocatos & constitutos . Eequae verò unquam fuisset in terris vera ecclesia , si isthæc non esset? Minor propositio est ipsius Christiani symboli, adeoque filij Dei . Collectio itaque certa & eidens.

Secundò, amplissimæ sunt promissiones Christi de perpetua stabilitate & constantia eiusdem Ecclesiæ in fide & doctrina Apostolorum retinenda , & propaganda : insuper & de sua, atque Sancti spiritus iugi præsentia , qua in cunctis ad publicam salutem necessariis erudiretur, moneatur, & veluti satis firmo præsidio à cunctis erroribus defenderetur . Oues meæ (inquit) vocem meam audient. Cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Animam meam ponò pro ouibus meis. Oues meæ alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo : quia non nouerunt vocem alienorum. Qui igitur vniuersum ouile Christi , cum suis tantis pastoribus, tam turpiter fœdèque aberrasset, quām volunt quidam transfugæ ? Et rursum : Ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. In quibus autem mansit fructus apostolicus , id est, vera fidei doctrina , si in superius laudatis Patribus , aliisque paribus non permanxit ? Et iterum : Portæ inferi non præualebunt aduersus ecclesiam meā . Iterumq;: Rogauipro te, vt nō deficiat fides tua: An nō verò prævaluissent, atque omnino deuicissent eam, defecissetque fides Petri, si vniuersa Patrum doctrina pro sincero

Io. 10.

Io. 15.

Matth. 16.
Lnc. 22.

E e ij

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Dei cultu, inuocatione, agnitione, retrax idolatrias, profanationes, errores cōplete retur, tra-
deret, inculcaret, sicut obganniuū apostatæ? Seip-
sum quoque Ecclesiæ perpetuò ad futurum præ-
sentem, ducem, & assertorem, his verbis recepit.
Audite me domus Iacob, qui portamini à meo
vtero, qui gestamini à mea vulua. Usque ad senectā
ego ipse, & usque ad canos ego portabo: ego
feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo. At
quæ nunc domus Iacob, nisi ea de qua angelus:
Regnabit in domo Iacob in æternū, & regni cuius
nō erit finis? Et per Mosen: Ambulabo inter vos,
inhabitabo in vobis, & ero Deus vester, usque
ritis populus meus. Hoc enim ad Christianos
præsertim attinere docet Apostolus. Alibi quoq;
pollicetur se non modò tanquam murum & an-
temurale ad futurum ciuitati suæ, sed & murum
igneum, videlicet ut nulla vis hæreticorum, ty-
rannorum, diabolorum illam unquam valeat su-
perare. Et in nouo testamento, Vobiscum sum,
air, usque ad consummationem seculi. De Spiri-
tu sancto autem dixit: Rogabo patrem, & alium
paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in
æternum, spiritum veritatis. Item: Paracletus
autem Spiritus sanctus quem mittet pater in no-
mine meo, ille vos docebit omnia & suggesteret
vobis omnia, quæcunque dixi vobis. Cùm ita-
que in Apostolorum locum & ordinem à Spi-
ritu sancto suffici fuerint Patres, illisque claus
Ecclesiæ commissus, quin imò Ecclesia ipsa ex his
coadunata & constructa fuerit, cui Christus un-
cum Spiritu suo, non uno, non duabus, non

Isa. 46.

Luc. I.

Levit. 26.

2. Cor. 6.

Isa 26.

Zach. 2.

Math. 28.

Io. 14.

tribus, non quatuor solum seculis, sed in æternū, sed usque ad consummationem seculi præsto adest: clarum est tot Patribus nunquam defuisse, siue palam in templis dicerent, siue cum hæreticis disputarent, siue doctrinæ suæ præcipua capita chartis committerent, ut posteris traderent: qua propter nunquam ab illorum iudiciis ac placitis recedendum est.

Tertiò, veteris Ecclesiæ, id est Synagogæ, stante politia, in omni re dubia & obscura Israëlitæ ad Pontificum, sacerdotum, leuitarum subsellia remittebantur, veluti ad quoddam sacrum diuinumque interris tribunal, ut ab his tanquam ab ore diuino yvw̄μας, i. sententias, decreta, & iudicia susciperent: quibus qui relatarentur, veluti in Deum ipsum rebelles, morti subiacerent. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospereris (inquit), surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem qui fuerit illo tempore, quereresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcumque dixerint qui præsunt loco quē elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, seque risque sententiam eorum, nec declinabis à verbo quod annuntiabunt tibi ad dexteram neque ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obediare sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël: cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Et alibi: Labia sacer-

Deut. 17.

Malach. 2.

C O M M E N T . I N L I B . D . R V T H

dotis custodient scientiam , & legem requirent
ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est.
At non minore cura & solicitudine Deus Eccle-
siæ suæ rebus prouidit , non minus honori , di-
gnitati , integritati , ac necessitatibus in Christo fi-
lio suo renati populi fuit & studuit : igitur Pa-
tribus ac magistris Ecclesiarum , illorum loco
constitutis , nos omnino obaudire voluit . Pro
patribus , inquit , nati sunt tibi filii , &c. Arnobius:
Pro duodecim patriarchis , nati sunt duodecim
apostoli . Ergo pro septuaginta senioribus , se-
ptuaginta discipuli : & pro sacris vatisbus , ac eo-
rum filiis , leuitis , nathinæis , &c. pastores , pres-
byteri , doctores sunt ordinati . Per omnia (scri-
bit Clemens Ro.) tabernaculum testimonij Ec-
clesiæ figuram referebat , &c . Decet itaque nos
non sub minore comminatione istorum iudiciis
& decretis subiacere . An Clemens , Alexander ,
Sixtus , Telesphorus , Leo , Damasus , Innocétius ,
Gregorius summi ecclesiæ episcopi , Aarone , E-
leazaro , Heli , Samuele , Abiathare authorita-
tate ac potestate inferiores ? Qua ergo ratione
istis Hebraei subiicientur : illis verò & similibus ,
Christiani obedire detrectabunt?

Quarto , horū Patrū missionē , authoritatē , &
doctrinā etiā per Prophetas quondā Deus præ-
dixit & sanciuit . Nam per Ieremiā pollicitus est:
Dabo vobis pastores iuxta cor meum , & pascent
vos scientia & doctrina . Figurate quidem facta
sunt hæc , scribit Theodoretus , sub Zoëbabel:
re tamen vera prophetia finem accepit , ybi Deus
saluator noster factus est homo . Et Hierony-

Pf. 44.

Lib. 2. Conf.
cap. 29.

Terem. 3.

Theod.

Hiero.

mus: Dati sunt pastores iuxta cor eius apostoli,
 & apostolici viri: & pauerunt multitudinem non
 Iudaicis cæremoniis, sed scientia Christi atque
 doctrina. At, quos vñquam verè apostolicos ho-
 mines censemus, si paulò superius à nobis nomi-
 natos ab hoc nomine & ordine reieceris? Apo-
 stolici enim alij haberi non possunt, nisi qui Apo-
 stolicæ doctrinæ professores, & cathedrae suc-
 cessores ab vniuersis hæc tenus habitu sunt. Rur-
 sus per eundem Ieremiam Deus pollicetur: Ec- *Ierem. 16.*
 ce ego mittam piscatores multos dicit Domi-
 nus, & pisca buntur eos. Et post hæc, mittam
 eis multos venatores, & venabuntur eos de om-
 ni monte, & de omni colle, & de cauernis pe-
 trarum. Per hos piscatores Hieronymus vult A-
 postolos designatos fuisse, quibus Saluator dixit:
 Venite post me, faciam vos fieri piscatores homi- *Matth. 4.*
 num. Per venatores autem alios ecclesiasticos vi-
 ros & pastores, qui in eorum locum & ordi-
 nem per totum orbem fuerunt cooptati. Iam
 verò, quis nisi sacrilego ac profano animo præ-
 ditus, illos damnabit, quos Deus omnipotens
 probauit? Horum sententiam reiiciet, quos Deus
 tanto iure donauit?

Quintò, ad eosdem veluti ad sacroru[m] omnium
 schola diuinis vocib[us] mittimur. State super vias, *Ierem. 6.*
 ait Dominus, & videte, interrogate de semitis an-
 tiquis quæ sit via bona, ambulate in ea, & inue-
 nictis requiem animabus vestris. Et iterum: In- *Iob. 8.*
 terroga generationem pristinam, & diligenter
 inuestiga patrum memoriam, (hesterni quippe
 sumus &c.) & ipsi docebunt te: loquentur tibi,

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

& de corde suo proferent eloquia. Postremò, di-
Proverib. 22. strictè quoque prohibemur transgredi terminos
antiquos, quos posuerunt patres nostri. Et quæ
obsecro, semitæ antiquæ, quive termini antiqui
à verbis diuinis, prater apostolicorum virorum
dogmata? Qui patres nostri, præter eos qui missi
ab apostolis nos per euangelium in Christo ge-
Heb. 13. nuerunt? Mementote (inquit Apostolus) præ-
positorum vestrorum, qui vobis locuti sunt ver-
bum Dei, quorum intuentes exitum cōuersatio-
Lib. 2. cont. nis, imitamini fidem. Nam ut rectè & prudenter
Iulia. Pelag. vidit Augustinus, isti patres quod inuenierunt in
Ecclesia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerūt:
quod à patribus acceperunt, hoc filiis tradiderūt.
Itaque spuri sunt, atque indigni Christianorum
nomine, qui tantorum patrum canos despiciunt,
& aspernantur iudicia.

Sexto, mirabilis Patrum tot seculis, locis, lin-
guis, spatiis terræ & maris disiunctorum conspi-
ratio atque concordia, qua de re vna, prorsus ea-
dem sentiunt, scribunt & adfirmant, prorsus di-
uina est, non humana. Nam summi Philosophi,
peritissimi historici, & hæresiarchæ secum, & cū
omnibus aliis pugnant, plusquam tragicè digla-
diantur, & ferarum instar mortuis se vulneribus
lacerant & conficiunt: quia proprium spiritum
quisque eorum sequitur, non diuinum affla-
tum. Ergo cùm tam mirificè conueniant Pa-
tres, à Spiritu sancto aguntur, qui illos in vniuer-
sum aberrare non sinit. Itaque qui hos spernit,
non homines, sed Spiritum Domini qui per eos
loquitur spernit.

Septimo, perpetuo Ecclesiæ vñu receptum & confirmatum fuit Patres in omni controuersia testes citare, imd & iudices appellare. A quorum partibus steterūt, hi Catholici & orthodoxi æstimati sunt, alij minimè. Quin imd, & ipsa ecclæmica Concilia primum semper post sacras literas locum, Patrum testimoniiis, & vnanimi sententiæ optimo iure dederunt, & præsentes controuersias ex illorum iudiciis & sacris placitis definiuerunt. Id autem confirmabitur subiectis exemplis. D. martyr Iræneus docet in omni disceptatione recurrendum esse ad antiquissimas ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt; & ab eis de præsenti quæstione sumere, quod certum & re liquidum est. In eis enim quasi in depositarium diues plenissimè contulerunt omnia, quæ sunt veritatis. Ex quibus verò, nisi ex superius à nobis citatis Patribus constiterunt illæ veteres ecclesiæ? Idē quoque nō solis scripturis sacris Gnosticorū delirationes refellit: sed & Clementis, Ignatij, Papiæ, Polycarpi, Pastoris, Iustini, Lini, Euaristi, Alexandri, Sixti, Thelesphori, Hygini, Pij, Aniceti, Sotheris, Eleutherij, & aliorum qui Apostolicis ecclesiis præfuerant, testimoniiis. Tertullianus præscribit aduersus omnes hæreses ex antiquis & apostolicis ecclesiis, quas etiam originales & matrices appellat, fortissimè contendens, non esse verisimile tot ac tantas in vnam fidem aberrasse. Alias officium suum neglexisset Spiritus sanctus, ad hoc missus & postulatus, vt esset doctor veritatis, &c. Valentinianis idem quoque vt firmissima propugnacula, obiicit Iustini martyris, Mil-

Lib. 3. cap. 4.

Lib. 3. cap. 2:

3:4:li. 4.c.14:

37:45:47:49:

50:52:lib. 5.

ca. 26: & 28.

Lib. de presc.

Lib. aduers.

Valent.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

tiadis, Irenæi, Proculi superiorum patrum suorū iudicia. Et ut vela contraham, Alexander, Athanasius, Eusebius veterum ac superiorum patrum scripta constanter Arrianorum furoribus opponunt. Ex iisdem Basilius magnus Eunomium refellit: Epiphanius, & Theodoretus in omnes hæreses pugnant: Hieronymus Iouinianum, Eluidium, Vigilantium, Io. Ierosolymitanum, & Luciferianos errorum coarguit. Augustinus Iulianum Pelagianum vrget viginti & quinque prolatis contra hæreses illius veterum patrum testimoniis: quorum sententiis (subiicit) credere & assentiri debuisset, si ullus in eo Dei timor, vel horum pudor superfuisset. Illos alibi vocat idem

Lib. de morib. cath. eccl. cap. 1. August. catholicæ fidei strenuos defensores, ciuitatis Dei lumina, viros insignes & clara præditos sanctitate, beatos ecclesiæ filios, Dei sacerdotes & illustres antistites, templa Spiritus sancti, Ecclesiarum post apostolos, plantatores, rectores, rigatores & nutritores, muros antiquissimæ veritatis, sacrarum disputationum cognitores, & iudices ut hæreticis terribiles, sic à Catholicis optabiles.

Tom. I. Cœcil. Vide Theod. Socrat. Sozo. Euag. Nic. ceph. hist. eccl. Quid necessum est de Conciliis latius differere? Magnum illud Nicænum definiuit Filiū Dei esse ὄμοόστοιον, i. consubstantialem, coëternum, & coëqualem patri, potius ex veterum patrum scriptis, quam ex sacris Bibliorum literis. Ephesinum B. Mariam θεοτόκον, id est, Deiparam, contra Nestorium appellandam esse censuit, quod à patribus ita sentire fuissent edocti, qui huic adfuerunt. Chalcedonense, impermixtas in Christo esse Dei

& hominis substantias, in vnica hypostasi, iuxta priscorum patrum placita, contra Eutycis blasphemias, confirmavit.

Octauo, Patrum authoritatem, præstantiam, sanctitatem, & doctrinæ veritatem vehementer comprobat, quod horum contemptores & aduersarios Ecclesia semper pro haereticis & profanis hominibus habendos esse censuerit. No-

Lib. 3. cap. 20.

tat Irenæus impios Gnosticos ad tantam temeritatem progressos esse, ut etiam Martyres spernent, ut vituperarent eos qui propter Domini confessionem occisi fuerant. Item, dicerent se

Lib. 3. cap. 2.

non solum presbyteris apostolorum successoribus, sed etiam ipsis Apostolis & Discipulis, esse longè sapientiores. Origenes, ait Lyrinensis, tum errauit, cum sibi plus satis credens, veterum magisteria contempserit. Obseruat Eusebius Tatianum tum in haereses incidisse, cum nimia elatione inflatus existimauit se cæteris meliorem, &

Lib. 5. hist. e.

29. in tral.

Ruf.

maluit proprium instituere stylum docendi, quam à veteribus traditum sequi ac imitari. Paulus Samosatenus inquit idem Eusebius, sibi à viris &

Lib. 7. hist.

cap. 27.

mulieribus in cōgregatione dum verba faciebat volebat applaudi, antiquis autem & defunctis tractatoribus insultari: psalmos & hymnos veteres tolli, recentiores à se confessos cantari. A-

Theodore

Sezom.

Cassiod. Ni-

ceph.

rius, inquiunt alij historici, nullos ex veteribus dignos putabat, qui secum conferri possent. Ne-

storius ait Socrates, veterum interpretum libros versare noluit: sed se omnibus præstantiorem esse dixit. Basilius magnus conqueritur de Euno-

Lib. 1. contr.

Eun.

mio, quod nihil daret antiquitati, nec reuere-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH.

retur eorum multitudinem, qui ab eo tempore
quo Ecclesiæ Christi fundamenta iacta sunt, ma-
gna posteriorum admiratione floruerant. Euty-
cen reum agit Vigilius martyr, quod petulantis
animi supercilium, antiquitus traditas à Patribus
regulas pro viribus deiecit, ut à se confictas in Ec-
clesiam induceret. Summatim dicam, omnium
errorum scaturigo, est sanctissimæ & doctissimæ
antiquitatis contemptio ac despicientia.

Nono, etiam nostri temporis Hæresiarchæ, vel
vi veritatis conuicti, vel instar Cayphæ, & im-
mundorum spirituum imprudentes & coacti, vel
pudore, vel publico omnium bonorum testimo-
nio, vel conscientiæ quibusdam stimulis puncti
ac superati, propriis se se iudiciis condemnantes,
veterum Patrum integritati, authoritati, & veri-
tati præclara testimonia reddiderunt. Luterus
Eut. Epistola ad Moguntinum Electorem scripsit, se
veteres scriptores, tanquam suæ caussæ patronos suspicere,
colere, venerari. Idem rursum cum Melancthone,
Epistola ad ordines imperij qui Norimbergæ cō-
uenerant, volunt Euangelium doceri secundum inter-
pretationes à prima ecclesia receptas, nimiriū iuxta Cy-
priani, Hilarij, Cyrilli, Basilij, Augustini & similiū
Coruin. sententias. Antonius Coruinus Epistola ad Mar-
chiones Brandenburgenses, doctrina christiana
confirmationem vult petendam esse ex Origene, Basilio,
Cypriano, Cyrillo, Ambrofio, Chrysostomo, Hieronymo,
Augustino, quos cordatissimos patrum appellat. Me-
lancthon Præfatione in locos communes editos
VVitebergæ 1544. magnificis verbis iactat se
nullam aliam doctrinam velle profiteri ac propagare;

Lib. I. cont.

Eutyc.

Hereticorum
pro prisca
patribus te-
stimonio.

Eut.

Coruin.

Melanct.

quam quæ Ecclesia catholica perpetua fuit, comprehensa
in Prophetarum & Apostolorum libris. Eum quoque
scripturæ sensum colere, quem Irenæus, Basilius, Am-
brosius, Augustinus, atque alij doctores qui Apostolos
proximè subsequuti sunt, de doctrina Christiana scripsere;
quorum libri etiamnum supersunt, scriptis publicis tra-
diderunt. Idem Epistola ad Henricum octauum
Angliæ regem, anno 1536. locis cōmunitibus præ-
fixa palam fatetur, non esse tutum dogma aliquod re-
cipere, cuius prorsus nullum extat testimonium in veteri
Ecclesia. Profitentur quoque Centuriarum Ma-
deburgensium consarcinatores Illyricus, Vigā-
dus & Faber, Centuria quintæ capite quarto, il-
lyric.
Vigand.
Fab.
lius seculi Patres doctrinam de vero Deo contra hæreti-
corum corruptelas, summa fide tradidisse & defendisse.
Trinitatis doctrinam sancte custodiuisse, Christi incarna-
tionem summa fide tractasse. De iustificatione, de fide,
spē, & bonis operibus, &c. sacris literis consentanea do-
cuisse. Quarto etiam seculo fatentur Ecclesia Chri-
sti faciem & formam omnino illustrem & præclaram
fuisse: talēmque conspectum in Nicana synodo cætū pro-
fitentium Christum, qualēm post Ascensionem Domini,
in Pentecoste viderant Ierosolyma. Habuisse insuper illā
etatem, si quæ unquam alia plurimos prestantes & illu-
stres doctores, qui doctrinam Christi puram & integrā
custodierunt, summāque dexteritate propagauerunt.
Tertiæ quoque à Christo centuriæ admittunt do-
ctrinam consensisse cum ecclesiis apostolicis, eūmque con-
sensum ac concordiam communem fuisse omnibus in Eu-
ropa, in Asia, in Africa ecclesiis. Doctrinam de Deo ad-
huc puram retentam: de creatione, de Angelis, de Ho-
mīne, &c. satis commode. Secundū seculum indicat
Centuria 4.
cap. I.

Centuria 2.
cap. 4.

COMMENT. IN LIB. D. RYTH

Prefat. in ideo adhuc aliquanto floridius, quod ad Zelum in tradenda atque propaganda doctrina Euangeli attinet, quia
 Cent. 2. Apostolorum tempori adhuc erat vicinum. Scribunt
 rursum: Cum haec etas Apostolorum tempori admo-
 Cent. 2. c. 4. dum vicina fuerit, multique praestantes viri adhuc
 vixerint, doctrina Christi hoc seculo purior conservata
 est. Extant & eius etatis testimonia, que probant do-
 ctrinam Christi fideliter custoditam esse. Sed haec satis
 sint de Germanorum haereticorum testimoniosis,
 pro afferenda veterum Patrum doctrina, autho-
 ritate, integritate ac veritate. Quosdam Gallos
 subnectamus.

Caluin. Caluinus totius Christianæ pietatis hostis ni-
 mis ferus & immanis, omnia vincentis veritatis
 Lib. 1. Inst. c. potestate superatus, & fractus, palam fateri coa-
 11. sect. 13. &ctus fuit, quingentis primis ecclesiæ annis, puram Chri-
 Lib. 4. cap. 2. sti religionem adhuc floruisse, & synceriores doctrinam
 sect. 3. viguisse. Et rursum: Extra controversiam esse, nihil à
 principio usque ad etatem (Augustini, Optati, Origenis,
 Tertulliani, Irenæi, & aliorum, qui vere Ecclesiæ certum
 signum euincunt esse, perpetuam in ea Episcoporum suc-
 ceSSIONEM) mutatum fuisse in doctrina: sed ab ipsis usque
 Apostolis, constanter & unanimi consensu retentam.
 Sed quorum studio & opera iam à tuis quo^{lo},
 Caluine, nisi patrum & doctorum quos paulò
 supra enumeraimus? Constat igitur vel te iudi-
 ce, in eorum scriptis veram, apostolicamque do-
 ctrinam contineri: & ideò tuæ impietatis Mini-
 stros illius audacissimos contemptores, Christi
 & Apostolorum doctrinæ infestissimos hostes
 esse. Sic ex ore tuo iudicaris, serue nequam. Sed
 perge, te ipsum tuosque sectatores proprio iudi-

cio damnare. *Nos, inquit, Nicenam, Constantinopolitanam, Ephesinam, Calcedonensem, ac similes prisca[s] sy-nodos, quæ confutādis erroribus habitæ sunt, libenter am-* Lib. 4. Inst.
plectimur, reveremurque ut sacro[s] sanctas, quantum atti- c. 9. sect. 8.
net ad fidei dogmata. Nihil enim continent, quam puram
& natu[r]am scripture interpretationem, quam sancti
Patres spirituali prudentia, ad frangendos religionis ho-
stes, qui tunc emergerant, accommodarunt. At, nomina-
ti à nobis Patres has Synodos celebrarunt, Cal-
uinē, ad quorum iudicia prouocamus, quorūm-
que auxilium fidēmque aduersus tua placita im-
ploramus: easdem Synodos & nos toto pectore
veneramur & exoscularumur. Nimis igitur proter-
ui, nimis peruvicaces & improbi sunt tui sectato-
res, qui præsentes de religione lites nolunt ab
huiusmodi Paribus & Synodis diiudicari. Ve-
rūm alia rursum tela nobis expedi, quibus te ruōs-
que conficiamus. Eam, inquit, doctrinam recipi ac
vigere cupimus, quam suo sanguine ob-signarunt Apos- In 23. Matth.
toli, & Martyres. Et nos idem summis votis exo- Ver. 39.
ptamus bone vir, ut sic cum Simōne, Marcione,
Manichæo liberi arbitrij primis hostibus, tua
paradoxa pereant: nos autem cum Apostolis &
Martyribus bonis operibus, sacrificio incruen-
to corporis Christi, precibus pro defunctis, &
reliquis sacris à te tuīsque nefariè repudiatis, in-
cumbamus. Scribit rursum Caluinus Epistola
ad Sadoletum Carpenteractensem Episcopum:
Statue tibi queso, oculos veterem illam Ecclesiæ fa-
ciem, qualem Chrysostomi aut Basili[us] estate apud Græcos;
Cypriani, Ambrosij, Augustini seculo apud Latini
exitisse, ipsorum monumenta fidem faciunt.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

*Homil. 41. in Hortatorem te & monitorem sequimur magne
Gen. 2: in Ps. Rabbi, nobisq; ob oculos statuimus Chrysostomo:
50: 3: 77: Diuorum inuocationem afferentem, Basiliū
ad pop. sacras imagines honorantem, merita bonoru-
perum afferentem Cyprianū, reliquias Sanctoru-
De orat. Do-
minica: Epist.
ad Moyse.
Epist. 85.
In Ps. 21: 98.
Lib. 9. conf.
64. 11: 13.*

omni honore colligerem Ambrosium, Augustinū
denique Eucharistiam adorantem, & ad altare
Domini eandem pro defuncta matre offerentem.
Tui jigitur aſſeclę nimiū refractarij sunt & contu-
maces, qui in his nec illis, nec tibi ipſi obaudiunt,
nos autem verę ecclesiæ mēbra, qui veterem Ec-
clesię faciem qualem illi depingunt, perpetuò no-
bis imitandam proponimus. Tu autem magnus
veterator, nequam, & improbus, quādo ad Fran-
ciscum Christianiss. regem nostrum scribis: *Si pa-
trum antiquorum, & melioris adhuc seculi scriptorū au-
thoritate dirimendū eſſet certamē, melior victoria pars ad
nos inclinaret.* Nā vniuersa cauſa caderes infelix.

Fol. 78.

Antonij Sadeelij Caluiniani euangeliij ministri
sententia qua ſe, ſuōſque apertè coarguit, digreſ-
ſionē iſtam finiero. *In Tractatu de legitima voca-
tione ministrorū* ſcribit: *Hic lectors rogamus, ut non
tantum Apostolos & Euangelistas, verū etiam pios illos
Ecclesiarum Episcopos ſibi ante oculos ponat, quorū officia
& ſtudia eluxerunt in edificanda Christi Ecclesia. Reu-
cent in memoriam primos illos Romanos episcopos, qui pu-
ra Euāgeliij doctrinam & ſanctis concionibus promulga-
rūt, & ipſo trāide ſanguine obſignarunt. Intueantur an-
imo ſummā Cypriani in exequēdo ſuo munere diligentiā,
ſummam in omnibus vita partibus integritatem, fortiſſi-
mam in obcunda morte pro Christi confeſſione conſtan-
tiam. Contemplentur Alexandrum, Athanasium, &
plerofque*

plerisque alios strenuos ac fortis Ecclesiae duces, qui Arrianam hæresim, & innumerabiles alias errores, & scriptis, & voce profigarunt. Postremò, infinitam hominum multitudinem ad Gregorij, Chrysostomi, Augustini cathedram currentem, & undique circunfusam, atque ab ipsorum ore pendentem sibi adhuc videre videantur. Et nos isthac omni religione præstamus Antoni, idéoque à vestris contra Dei omnipotentia, bonitatem, prædestinationem, prouidentiam; cōtra Sacramentorum numerum, effectus, cæremonia: contra sedem Apostolicam, Concilia, opera bona: contra ieunia, delectum ciborum, inunctionem sanctorum, &c. paradoxa, & lethalia mendacia toto corde abhorremus. Siquidem eorum omnium quæ de his docet Catholici, Patres istos habemus authores & assertores: vestrorum autem errorum seueros hostes & repressores. Atque hæc sufficiant de veterum Patrum autoritate, integritate, & veritate, ad Boozum terrenum, cœlestēmque redeundum.

Vndecimò, nō caret suo mysterio, quod Booz iūsserit Ruthæ, cū esuriret ad mēsam seruorū suorū, recurrere: & cùm æstu sitiq; affligeretur, aqua pro eisdem in vasis allata ardori suæ mederi. Adumbratur enim præclarum illud septem Sacramentorum conuinium, quod Filius Dei & redemptor mundi nobis magnificè ac splendidè adornauit. His nāque ut cœlestibus dapibus atque conquisitissimis epulis, omnis iustitiæ esuries expletur, & remissionis peccatorum sitis Christi merito, (quod his, veluti certissimis & efficacissimis cataplasmati) depellitur. Habemus igitur

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

in agro Christi elaborantes coloni & aratores, ad extinguendam iustitiae originalis sitim, sacræ regenerationis vndam; ad molliendam crucem confessionis eius, Confirmationis oleum; ad explendam vitæ beatæ famem atque sitim, carnem ac sanguinem Christi; actualium delictorum remissionem in absolutione; &c. De hoc opiparo cōuiuio vaticinatus est Isaías: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc cōuiuium pinguium, conuiuium vindemiae, conuiuium medullatorum, vindemiae defecatae. Et David: Parasti in conspectu meo mensam, aduersus

omnes qui tribulat me. Huc enim locū de altari, in quo Christi corpus cōsecratur, offertur, & editur, interpretati sunt Euthymius, Chrysostomus, Cyrillus Hierosoly. Ambrosius. Et Salomon de mensa sacræ eucharistiæ vaticinatus est, Augustino & Cypr. interpretibus: Sapientia ædificavit sibi domum, miscuit vinū, & posuit mensam, &c.

Duodecimo, Rutha in faciem cadens ante Boozum, ac eum magna demissione animi colens, typus fuit Ecclesiæ iam ex gentibus collectæ: quæ Christum Deum hominē factum, iudicem & assertorē suum, summo cultu veneratur, eidēmque quantas potest humiles gratias agit, quod eam præter omnē spem ac meritum respicere, vocare, & in communionem Sanctorum admittere dignatus sit. Idipsum & Psaltes regius præcinuerat: Adorabunt eum omnes familiae gentiū. Et: Adorabunt eum omnes reges, omnes gétes seruient ei. Māduauerunt & adorauerunt (nimirum corpus humilitatis Domini, autore Augustino,) omnes

¶ Psal. 12. ¶

25.

Psal. 22.

Comment. in

psal.

Catec. 4.

myst.

*Lib. de He-
lia. cap. 10.*

*Lib. 17. de
ciuit. cap. 20.*

*Epist. ad Ce-
cil.*

¶ Psal. 21.

pingues terræ. Quin & post patrē suum in Chri-
sto D. Ambrosium, fortiter & catholice cōtendit ^{In comment.}
idem Augustinus, neminem in Eucharistia recte ^{in pf. 21. 98.}
Christi carnem manducare, nisi prius eam ado-
rauerit ex alio Ps. Adorate scabellum pedū eius,
quoniam sanētum est.

Nimis ergo iniustè vexant nos Luterani & Cal-
uiniani, nimis temerè ac iniuriosè calumniantur,
cùm ad rauca rauimvſq; clamitāt, nos esse idolola-
tras, anthropolatras, artolatras, & si quid aliud
acerbius excogitare valeāt, quod Christum Do-
minū nostrū proni colamus & adoremus in Eu-
charistia. Non enim idolum, non simulacrū, aut
inanē spectrū illic colimus, sicut olim Ethnici: nō
nudū solūmq; hominē, vt impius Nestorius cau-
labatur: nec panis aut vini substantiā (quæ nulla
illic remanet) veluti furētes autumabāt Manichēi,
summa reuerētia veneramur: sed ipfissimū Iesum
Deū & hominē, iuxta verbū suū illic reuera præ-
sentē. Imò, ipsi immanes sunt diuinæ Christi ma-
iestatis contemptores, qui cùm illū in eadem Eu-
charistia realiter & substantialiter (vt loquūrur)
præsentem, & exhibitum cœnantibus palam
doceant, nullo eum dignantur honore, nulla
afficiāt reuerētia. Illis similes, qui cùm Deum co-
gnouissēt, nō sicut Deū glorificauerūt, aut gratias
egerūt, sed euanuerūt in cogitationibus suis. Illis
pares, qui eundē Christū sputis, colaphis, virgis, ^{Rom. 1.}
spinis, clavis, & omni specie ignominia affe-
rūt: quādo nō dissimilibus contumeliis eū in Eu-
charistia reapse præsentē insectantur, ab aliis re- ^{I. Cor. 11.}
bus non dijudicantes corpus Domini.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

At, ne desit tantæ perfidiæ pigmentum ac fuscus, prætexunt nullum se mandatum habere à Deo, de adorando Filio eius in hoc sacramento. Ecquid opus est singulari & particulari hac de re præcepto, cùm vniuersale & commune sufficiat?

Porrò, quatuor iam è psalmis præcepta posuimus, quibus Christum hominem adorare iubemur. Nimis ergo malignè ac proteruè alia magis expressa requirunt. Verùm, vt sint inexcusabiles, alia congeramus. Præceptum est expressissimum, Dominum Deum tuum adorabis: Christo homini verè dicitur à Thoma, Dominus meus, & Deus meus: an non ergo vt sic adorandus? Illud enim generale præceptum nullius loci, temporis, aut modi existendi circunstantiis nos alligat. Nō præscribit, adorabis tantum in sabbatho, tantum in definito cœli loco, vel tantum hoc vel illo modo presentem: igitur cùm Christus verè Deus ac Dominus sit, ubiunque sit adoradus est. Profitentur autem illi nobiscum, ipsum verè, realiter, ac substantialiter in Eucharistia exhiberi, recipi, manducari, adesse: itaque nimis impij sunt qui adorare vetent. Præceptum est ac voluntas patris, vt omnes honorificant filium, sicut honorificant patrem. Præceptum est, cùm introduxit primogenitum in orbem terræ dixit: Et adorent eum omnes angeli. Præcepti vim magnam continent Magorum, pastorum, Centurionis, leprosi, cæci, Chananeæ, Thomæ, Petri, omnium denique Apostolorum ac piorum exempla: qui Christum in carne, non modò licet, sed & piè sancteque adorantes, ab eodem probati & remunerati fuerunt.

*Deut. 6.**Iobn. 20.**Ioan. 5.**Heb. 1.*

Præceptum includit donum patris, quando Filio *Philip. 2.*
 tantū nomen contulit, ut ad eis maiestatē flectatur
 omne genu, cœlestiū, terrestrium, & inferno-
 rum. An non apertè Apostolus Christi in sacra-
 mento adorationem præcepit, cùm mandat, sus-
 cepturum prius scipsum probare & examinare,
 an tanta re dignus sit? Cùm quorundam Corin-
 thiorum insolentiam coarguir, quod ebrij, quod
 inter se dissidentes, quod pauperibus neglectis,
 quod sacrum cœtum centemnentes, quod nō sa-
 tis filio Dei digna animi puritate ac sanctitate, ad
 mensam Domini accederet? Nónne omnis ea quā-
 tā severè exigit conscientiarū preparatio, & diu-
 dicatio corporis & sanguinis domini, ne indignè
 sumatur, ad veram adorationem pertinet? Ecquis
 vñquam ex animo credens, se Christum Deum
 & hominem verè, substantialiter, & realiter præ-
 sentem habere, eundem accipere, tangere, ample-
 cti, qui non illicò eundem vereatur atque colat?
 Qui non mox eidem procumbat, venia postuler,
 ac toto pectore salutem suam cōmendet? Quádo
 seipsum oculis fidelium ingessit aspectabilē, nul-
 lus non procidit, nullus non adoravit. In Eucha-
 ristia animo conspicitur, reipsa totus præsto est,
 manu, ore, pectore suscipiendus: & eum adorare
 cunctabimur? Publicanis ac meretricibus, cū la-
 crymis ei ad pedes procidētibus, ei imus deterio-
 res? Cacodæmonū & omniū damnatorū, qui ad
 eius nomen genua flectunt, ac trepidant, despera-
 tam rabie nostra irreligione superabimus? Absit. *Matt. 2.*
 Sanctos potius Magos, vt piè cōsulit Chrysosto- *Homil. 61 ad*
 mus, imitabimur: qui longo itinere cōfecto, cor- *pop.*

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

& 24. in 1. pūs illud in præsepe reueriti, cum tremore pluri-
Cor : & ad mo adorauerunt. Ceturionis pietatem (Origene,
Eph. 3. Emisseno, atque Epiphanio adhortantibus) se-
Matib. 8. quemur, qui obuium sibi Christum supplex ado-
Ib. 20. rauit d. Domine, nō sum dignus, vt initres sub te-
etum meum, &c. Cum Thoma (Cyrillo Alex. au-
thore) ad tantā Domini nostri bonitatem & cha-
*ritatem stupētes exclamabimus, Dominus meus,
& Deus meus. Sed de his haētenuis.*

Tertio decimō, Rutha illico post epulas ad spi-
cilegium rediit, in eoque per Boozi licentiam di-
ligenter ac constanter persecueravit, usque ad finē
totius messis. Et filiis ecclesiæ concessum est hu-
ijsce peregrinationis tempus ad serendos, mete-
dōisque ac colligendos bonorum operum & me-
ritorum fructus. Nam vt rectè S. Clemēs scripsit:
Vnaquæque res suum tempus habet & locū: ope-
rum hoc tempus est, prēmiorum seculum futurū.
Et Augustinus: In resurrectione nouissima homi-
nies erunt in corpore, non ad vlla merita compa-
randa, sed ad recipienda pro bonis meritis pra-
mia, vel pro malis luenda supplicia. Errauit quó-
dam nimia humanitate Origenes, docens Gehen-
næ adiudicatos & traditos posse hinc eripi &
saluari, quemadmodū illi impingūt. Epiphanius,
Theophilus, August. Errauit non ita pridē & Lu-

In art. dam-
nat. à Leone
10.
Ib. 9.

terus, scribens animas in Purgatorio afflitas, nō
esse extra statum merendi vel demerendi. Chri-
stus namque de tempore quod mortem sequitur
dixit: Venit nox, in qua nemo poterit operari.
Impio seruo ligantur manus & pedes: id est, om-
nis bene agendi ac elabendi facultas adiimitur.

Fatuis virginibus clauditur regni ianua, dicitur
que, Nescio vos : quibus omnem redditum ad gra-
tiam & iustificationem ulteriorem mortuis con-
steleratis denegari significatur. Nec exiguam aquam
guttam Diues impetrare potuit post mortem, pro-
pter cahos, hoc est, certissimum & iustissimum de-
cretum Dei, quod iustos a reprobis distinguit.
Igitur monenti Apostolo pareamus : Dum tem-
pus habemus operemur bonum ad omnes.

*Matt. 22. 25.**Luc. 16.**Gal. 6.*

Quartodecimò, sicut Rutha spicarum manipulo-
lō suis multis vigiliis & sudoribus collectos, vir-
gatandem cecidit, ut a paleis grana excuteret &
fecerneret, excussaque in domū ad socrum refer-
ret ita quemlibet studiosum decet omnes disci-
plinas suis variis laboribus ac vigiliis acquisitas,
censuræ ac iudicio ecclesiæ catholicæ subiicere.
Quicquid illa examine sui iudicij quasi virga no-
tauerit & excusserit, palea nobis sit ac puluis. No
plus a quo proprio iudicio, ac priuatæ ratiocina-
tioni nostræ innitendum aut fidendum, sed om-
nino Ecclesiæ vniuersali cedendum atque credé-
dum, i quidem pīj esse velimus. Omnibus qua-
tumcunque sibi sapere videantur, dicit Aposto-
lus : Nolite prudentes esse apud vos metipso-
sos. Noli altum sapere, sed time. Qui stat, videat ne
cadat. Ne sitis vobis ipsi sapientes. Sapientia car-
nis inimica est Deo. Sapientia huius mundi, stul-
titia est apud Deum. Soli vniuersati ecclesiæ,
non singulis diuisim eius membris promissum
est : Non deficiet fides tua. Portæ inferi non præ-
ualebunt aduersus eam. Ideò non solum pium
suorum scriptorum lectorem, sed & liberum

*Rom. 8. 9. 11.**1. Cor. 3. 10.**Luc. 22.**Matth. 16.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Præm. lib. 3. correctorum cupit Augustinus. Idem quoquelibet
de Trin. lib. 1. cont. bros quatuor quos contra duas epistolas Pelagianorum ediderat, ad Bonifacij Papæ sanctitatem
duas ep. Pela. cap. 1. potissimum dirigit examinandos & emendandos.
Hieronymus omnia scripta sua Damasi summi ecclæ pontificis iudicio subiecit. Quin imo Paulus forma factus nobis ex animo, exactis iam quatuordecim annis à sua conuersione, ascendit Hierosolymam, conferre cum Petro & ceteris Apostolis de euangelio quod inter gentes predicabat, ne in vanum cucurisset. Quo facto ostendit (autore Hieronymo) se non habuisse securitatem Euangelij prædicandi, nisi Petri & eorum qui cum eo erant, fuisse sententia roboratum. Oportet ergo Martinum Luterum hominē fratre bene & immaniter impudentem, imo & inter omnes qui usquam insani erūt insanissimum, qui scripta sua nollet à quocunque iudicari, nec ab Episcopis, nec ab Conciliis, nec ab angelis, &c.

Lib. cont.
eccl. statum.

1. Cor. 12.
Rom. 12.

Aug. lib. 50.
homi. hom. 15.

Quintodecimò, Rutha proferens de sindo suo reliquias panis ac prandij, quo fuerat satarata, dānsque esurienti socrui suæ, eam designavit communionem sanctorum, quæ inter ecclæ membra coaluit. Huius etenim beneficio, & orationes, & suffragia, & bona opera, & satisfactio[n]es aliorum aliis prosunt: quod Apostolus commendissimo atque evidentissimo membrorum corporis humani exemplo declarauit & confirmauit. Evidem mutuis se officiis iuuant, mutuis laboribus & operibus corporis molem fastentant. Si gaudet unum illorum, congaudent cetera: si tristatur, alia compatiuntur: pro se inuicem sollicita

sunt, mira sedulitate & sympathia. Spinam calcat pes? Vide quomodo cōvertuntur illuc cetera mēbra. Primum, ipsa spina dorſi incuruat ſe, & depo-
nunt ſe omnia mēbra. Nūquid oculi ceſtant quæ-
rere? &c. Baiulorū paralitici fides sanitatē eidem
promeruit. Ut Centurionis humilitas feruo, ſic Matth. 8.
Chananea cōſtantia & oratio filii ſanitatē impe- C 15.
travit. Dauid ſuper aurū & topazion concupiuit
participem eſſe omniū timentiū Dominum. Pau- Colos. 1.
lus adimplebat ea quæ deerant paſſionum alio-
rum Christianorum, in carne ſua. Vrbem Soly-
morum propter ſe, & propter Dauid, non ſemel
feruauit Dominus.

Potuit & Ruthæ factō adumbrari, quod ad fi-
nem ſeculi futurum credimus: nimirum Iudæo-
rum abiectam nunc synagogam, tunc Christi mi-
ſeratione, fidei, ſacramentorum, atque alio-
rum ecclefiae Christianæ chariſmatum
ſpirituallium participem. Fiet nam- Z 10.
que illo tempore vnum ouile,
& vnuſ paſtor. Et cum ple-
nitudo gentium intra-
uerit, reliquiæ Iſraē-
lis ſaluæ
fient.

Rom. II.



LIBRI RVTH CAPVT TERTIVM.

1. Post quām autem reuersa est ad socrum suam, audiuit ab ea. Filia mi, queram tibi requiem, & prouidebo, ut benefic tibi.
2. Boozi iste cuius puerilis in agro iuncta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei ventilat.

VCVSQVE narravit propheta ærumnosam & laboriosam vitam Ruthæ in terra Iuda: nunc aggreditur fœcisis eius matrimonij occasiones & præparaciones, ex quotandem natus est totius mundi saluator & iudex. Quatuor autem præcipuae sunt huius capitatis partes. Prima comprehédit vetulæ Noëmi & iuuenculæ Ruthæ consultationem ac deliberationem de futuro matrimonio. Secunda, eiusdē Ruthæ promptissimam & impigrā obedientiam. Tertia, Boozi castitatem, prudentiam, pollicitationem, atque iteratam liberalitatem. Quarta reditū Ruthæ ad socrū, cui quęcunq; acciderat ordine narravit.

Initio, notandum Hebraicam literam non habere : Postquam autem reuersa est ad socrum suam: sed duntaxat, Dixitque ei Nahomi socrus sua, &c. Deinde nō absolutē, sed per interrogationē enūtiare, quę illico sequūtur: Nōne quærā tibi requiem, ut bene sit tibi ? Et nunc, nonne Boo de consanguinitate nostra est, cuius fuisti cum puellis? &c. Hæ porrò interrogations maiore quandā affirmandi vim, atque non paruā animi dicentis alacritatem importat. Vult itaque Noëmi. Miseret me tuæ paupertatis & miseriæ, ô Filia. Tua in me obseruantia, atque in Deum verū pietas meretur, vt honori ac tranquillitati tuæ consulā omnibus quibus potero modis. An non hoc quoq; mihi ex officio & debito incumbit? Quærarā itaq; tibi requiem, id est, spōsum legitimū ac diuitem, quę amabis & coles: ille vicissim te vt corpus suū amplectetur & fouebit. Illi probatis à Deo nuptijs liberos paries, quos educabis in disciplina & timore Domini: ipsi autem omni obsequio te verebūtur & obseruabūt vt matré. Hoc pacto à triplici opprobrio atque infelicitate qua premeris, liberaberis. Primo, à cōditione abiecta, seruili, & ethnica: quando transibis in sacram & liberā Israēlitarū familiam. Secundo, à paupertate & egestate durissima, ad opes honestas. Tertio, ab opprobrio sterilitatis, ad honorabilem fœcunditatem. Sicquē omnibus modis, id est, corpore, animo, fama, fœlicitate temporali atque æterna, faustè tibi erit.

Ephe. 6.

Hinc autē primò liquet Noëmi mulierē fuisse beneficiorū acceptorū memorē, cū tam gratum animū nurui suæ pollicetur, atq; oblata opportu-

COMMENT. IN LIB. D. RVT

nitate, opere eum se ostensuram & comprobaturam recipit. Illi primo capite optauerat felix cōiugium, nunc operam offert, vt ei reperiatur. Illius laboribus, vt secundo capite dictum est, domi nutrita fuerat, nunc vices rependere satagit, quādo eius paci & fœlicitati studet. Sunt in quos collocata beneficia omnīd pereunt. Sunt si eos ex furca redemeris, id est ingenti opprobrio atque ignominia afferueris, de ligno te pendentem videre cupiant. Sunt item alij promissionibus addē magnifici, vt montes aureos nihil formidēt polliceri: sed vix obolum præstant. Eū referunt, qui omnia mundi regna promittebat, modō instar Dei coleretur: diuinam quoque æqualitatē, & omnem boni & mali scientiam, si verbis eius potiusquam Dei fides haberetur. At simpliciter quod potest Noëmi promittit, idē quoque fideliter præstirit. Duplicis itaque officij omnibus exemplum reliquit: prius gratitudinis, posterius pactorum, promissorūmque soluendorum.

Ostendit secundō, quanta debeat esse parentū pro liberis solicitude. Tenentur illos educare & fouere, donec ad annos pubertatis peruerenterint, in disciplina & timore Domini. Deinde quātum commode fieri poterit, vel hæreditatem paternā relinquere: (nam maluit lapidibus crudeliter obtui Naboth, quām acceptum à patribus a grum, filiis subtrahendo, regi Achab tradere) vel certe artificium docere, vel in gradum statūmq; honestum euhere, quo vitam istam mortalem recte piéque traducere valeant. Ruthæ namque author fuerat, vt in agris Boozi spicas legeret:

*Math. 4.**Gen. 3.**Eph. 6.**3. Reg. 21.*

modò verò ut honesto matrimonio collocaretur se curaturam recipit. Prospiciant igitur parentes filiabus de honestis & piis matitis, studeantque potius viris sine pecunia, quām pecuniae sine viro eas copulare: Pias quoque filias & honestis parentibus natas, filiis suis iungant: nec sinant liberos suos hac in re priuatissimis suis affectibus indulgere. Vim nullis afferant ut illi vel isti elocentur: quandoquidem vix unquam fœlicia & tranquilla sunt connubia violenter contracta. Copulan-
Gen. 25.
 tur corpora, sed longè dissident animi. Noëmi cum Rutha amicè maternèque confert de futuri nuptiis, at nullam vim adhibet. Abraham filiis concubinarum Agaris & Cethuræ, muneribus datis, Isaac hæredem ex asse reliquit: eidēmque de nuptiis cum piissima virginе Sara, antequam extremum diem obiret prouidit. Isaac Rebeccæ prudentia Iacobum filium frumento, vino, olio, benedictione, stabiliuit, & ad Labanum alegauit ut sponsam sibi ex eius familia assumeret. Iacob ultra sortem dedit prædium filio suo Ioseph.

*Gen. 27. 28.**29.**Io. 4. 1*

Sed qua ratione requiem pollicetur Ruthæ? Pacemne habitura est vidua iuuencula, cum sene marito? Paupercula, cum dinitiis affluente? Libera nunc est atque suę potestatis; nupta, erit sub vi-
Gen. 32.
 ri potestate, & ipse dominabitur illi. Matrimo-
 nium plurimum otij ac requietis habere, nunquā fatentur qui eius iugum pertulerunt. Nec defuerunt Philosophi, qui nuptiarum diem primum ac postremum dumtaxat fœlices æstimauerint. An non docet Christi Apostolus mulierem viro

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

1. Cor. 7.

desponsatam variis curis distrahi, quomodo placeat viro, tribulatione carnis perpeti: ideoque innuptis & viduis bonum esse, si sic permanserint? Si nuptae caruerint liberis, sterilitatis confunduntur opprobrio: si prolem susceperint, tot tamquam partuum, aduersorumque calum quibus liberi obnoxij sunt, doloribus franguntur, ut beatos iudicent veteros qui non genuerunt. An non ergo melius dixisset, queram tibi molestias, curas, et rumnas quibus abundant nuptiae?

Verum altius totam rem expendit prudens matrona. Cogitat namque quod sit piæ mulieris in vita humana officium, & ad quos usus ac fines hanc Deus formauerit. Nimirum ut legitimis nuptiis viro copulata, illi sit adiutorium ad procreandum numerum ciuium electorum, quibus cœlestis Hierusalem complebitur, & angelorum ruinæ instaurabuntur. Alta secum mente reputat, in mulieris creatione Dominum dixisse: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Formatam autem de viri costa Euam, & ad se adductam, Adamum veluti ex manu Dei suscepisse, atque dixisse: Nunc os de offabus meis, & caro de carne mea. Derelinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ. Rursus, animo reuoluit Saram, Rebeccam, Læam, Rachelem, Iochabed, Sephoram, Debboram & alias praecedentium temporum illustres matronas viris sanctè nupsisse, prolemque ex his suscipientes, Deo nihilominus gratas & acceptas fuisse. His cupit Rutham suam similem euadere: hanc eius esse vocationem in qua co-

Gen. 2.

Math. 19.

Marc. 10.

Eph. 5.

1. Cor. 6.

ram Deo ambulet: omnem scortationem procul fugere: atque hoc verè esse requiem viduae iuuenculæ & vegetæ querere. Hanc mulierum sortem probauit Filius Dei, quando nuptias primò miraculorum suorum decorauit: imò & matrimonium singulari gratia & eximia benedictio ne cumulauit, cùm Sacramentum esse voluit.

10. 2.

Quos Deus coniunxit (inquit, authorem adeoque causam matrimonij effectricem indicans) homo non separet. Vas electionis palam vocat,

Matth. 19.

Magnum sacramentum in Christo & in ecclesia.

Eph. 5.

Heb. 13.

Item, honorabile connubium, & thorum immaculatum. Vult quoque iuniores viduas (qualis erat Ruth) nubere, filios procreare, matres familias esse: affirmatque mulierem saluari per filiorum generationem & educationem, si permanferit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum castitate. Appellans sententiam eorum qui statum nuptiarum damnant, doctrinam dæmoniorum: eam qui de hoc pie recteque sentiunt, diuinam proflus iudicat. Voluntas Dei est liberam mulierem, quæ continere renuit, huic vocationi deseruire: at qui voluntati diuinæ morem gerit, omnem sibi pacem, omnęque bonum conciliat: iure igitur requiem nurui pollicetur Noëmi, cùm de ea elocanda consultat.

1. Tim. 5.

1. Tim. 2.

His porrò exēplis aq̄imos suos consolari atque cōfitmare debet piæ mulieres, aduersus ærumnas & molestias quib⁹ nō raro percelluntur. Nā quales quales sint, à Deo opt. max. formatæ sunt non min⁹ mirabiliter quā Eua, nō vt scortetur yagisq;

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

libidinibus misera corpora polluant, sed ut sanctissimo & honestissimo nuptiarum fædere Deo inscruant, tandemque seruentur. Cauent interea, ne sua dicacitate, peruicacia, aut zelotypiis coiugij sui molestias adaugeant, & vltro sibi miseras accersant. Diuam Monicam D. Augustini

*August. 9.**Confess. ca. 9.*

dupliciter matrem sibi proponant, quæ Patricio feroci ac ira feruido coniugi tradita, ita seruuit amabiliter, & diligenter obediuit, ut eidem amori simul & admirationi fuerit. Non resistebat irato viro, non tantum facto, sed ne verbo quidem. Verum tranquillato & quieto rationem facti sui reddebat, si forte ille inconsideratus commotus fuisset. Denique, cum matronæ multæ quarum viri mansuetiores erant, plagarum vestigia, etiam dehonestata facie gereret, inter amica colloquia illæ arguebant maritorum vitam, hæc earum lingua.

Deut. 25.

Duo subnecevit Noëmi, primum Boozum illum in cuius agris spicilegium fecerat, defuncto marito propinquo sanguine iunctum: quod fiducia subministrabat futuri matrimonij. Erat enim lex, ut eius viri qui sine liberis discessisset, frater autem eius propinquus, viduam adsumeret in uxorem, prolemque excitarer, quæ defuncti & nomen & ius omne referret in Israële. Hoc Boozum confidit præstitum Ruthæ, siquidem monitus & rogatus fuerit. Sed de hac lege fusius & commodius postea dicetur. Postremum adiicit, ipsum eam non esse hordeorum aream ventilare: quod ad institutum non parum facere cogitabat, ut mox audiemus.

Obseruandum

Obseruandum interea, Boozum vigilantis ac strenui patris familias officium prestare, dum sub dio pernoctat in agris, ut fruges suas conseruet, operarios ad vigilandum excitet, furisque sua præsentia terreat & abigat. Sic Iacob ut commis- *Gen. 31.*
tos suæ curæ socii greges tueretur, æstu gelique duriter afflictum se fuisse duodecim annis non dissimulat, omnemque somnum ab oculis suis fugisse. Et pastores euangelici vigilias noctis ser- *Luc. 2.*
uabant super gregibus suis, quando de nato in Beth-lehem Messia nuncium acceperunt. Aristoteles in Oeconomicis, his verbis describit optimum patrem familias. Expergisci decet prius *Arist.*
dominum quam fertum, & cubitum ire poste-
tius, nec vñquam incustoditam esse domum,
quemadmodum nec urbem, quando opus est,
neque die neque nocte. Et ante lucem surgere,
quod & ad sanitatem, & ad curam tei familia-
ris, & ad studium philosophiae prodest quam-
plurimum. Refert & apud Xenophótem aliquis, *In Oeon.*
regem quemdam equum assequutum, quæsse
quibusmodis quam celerimè impinguaretur.
Respōsione accepisse, Domini oculis. Vrget præ-
fentia Turni.

Vtinam ab hoc peruigili rectore, exempla cu-
ræ ac solitudinis in conseruandis piis subditis,
malis verò coercen dis, ac iuri dicundo, desume-
rent Christiani principes: & graui somno sterté-
tibus aliis, ipsi quæ in temp publicam essent perui-
gili cura dispicerent. Potiorem ducerent populi
sui salutem, quam priuata cōmoda & voluptates. *Lib. de doct.*
Persarum rex, authore Plutarcho, vnum habebat *princip.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

*Horomasdes
numen Persi-
cum.*

cubicularium, cui hoc negotij mandatum erat, ut diluculo ingressus diceret: Surge rex, atque ea cura negotia, quæ te curare voluit Mesoromales. Numinis Persici opinor nomen fuisse. Aegyptij oculo regem optimum designabat, quod alij veluti membris, perpetuo inuigilare debeat. Iouis simulacro principem describens Homerius, fingit illum insomnem fuisse, aliis diis a hominibus dormientibus. Quis æquo animo ferret nauarchū naui periclitante stertente? Quis sine stomacho, prefectū expectantibus in ædiū suarum vestibulo consultoribus, dies noctesq; somno indulgentem, dum clarum mane fenestras intrat, & angustas extendit lumine rimas? Huic nihil aliud expectandum esset, nisi ut Iouis nuncius illud occineret Homericum:

*Haud decet obscuri concessas corporis horas,
Tota nocte ducem pigro transmittere somno,
Cui populi commissa salus, & credita summa
Imperij, tanta rerum stat mole tuenda.*

2. Tim. 4.

Velim quoque parem in suo munere obeundo, vigilantiam atque sedulitatem adhiberent ecclesiastici pastores, quorum fidei commissæ sunt immortales mortalium animæ. Hoc præsertim Paulus à suo Timotheo postulat. Tu verò vigila, in omnibus labora. Presbyteros quoque minoris Asiae hortatur: Attendite vobis & viuenter gregi, in quo posuit vos Deus pastores ecclesiarum, quam acquisiuit sanguine suo.

3. Act. 20.

Lauare igitur, & ungere, & induere cultioribus vestimentis, & descendere in aream. Non te videat homo, donec eum potumque finierit

4. *Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat, veniesque & discooperies pallium, quo operitur à parte pedum, & prouicies te, & ibi iacebis: ipse autem dicet tibi quid agere debeas.*

Examinandum est prius consilium Noëmi in generali, rectum piūmne fuerit, an secus: posterius, singulæ partes considerandæ. Duæ in speciem pugnantes sunt interpretum sententiaæ de hoc negotio. Prima omnino damnat & improbat Noëmi suasionem ac decretum, veluti temerarium, impium, & quasi impurum vetulæ lenocinium: quod iuuenculam filiam suam periculoso scortationis exposuerit. Quid, enim aiunt, si Boozus egregiè potus rem cum ea habuisset, ut quondam Lot cum filiabus? An non ad id audientiorem reddere potuissent eum noctis tenebræ, solitudines, silentia? In vino enim luxuria. *Eph. 5.* Vina parant animos Veneri. Rectè Ouidius Naso:

Nox & amor, vinumque, nihil moderabile suadent:

Illa pudore vacat: Liber amorisque metu.

Lib. 1. am. &

Quisquis amas, loca sola nocent: loca sola caueto.

lib. 2. de re-

med.

Quo fugis? in populo tutior esse potes.

Nam tibi secretos augent secreta furores: &c.

Sed ea inquis, penitus abstinuisse Boozus. Sit ita. Quid verò si propter nocturnū accessum ad cubile viri, eam ut procacem meretriculam ablegasset? Eandem ut vile scortum animo exorciatus, coarguisset ac damnasset? An non

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

quoque Ruth Deum tentat, atque in stupri periculum se imprudenter coniicit? Horum autem omnium Noëmi rea fuisset coram Deo. Si quidē nō solum qui faciunt mala digni sunt morte, sed & qui consentiunt, vel consilia & occasionses present facientibus. Nec abs re Dauid rogat, Abalienis (peccatis) parce seruo tuo. Nobis etenim imputatur, quicquid alij nostro consilio, exemplo, iustione, consensu, irritatione, adulazione, testicentia, conniuentia, participatione, aut prava defensione nostra peccant.

Rom. 2.

Pf. 18.

1. Thess. 3.

Hæc porrò, & aliorum sanctorū peccata, quæ passim in sacris literis occurrunt, nō sunt scripta, vt ea tanquam iusta laudemus, aut imitemur: sed vt tanquam Deo inuisa caueamus. Nemo incestū Loti, Noë ebrietatem, Iudæ ac Thamaris scortationem, Dauidis adulterium, Ionæ rebellionem, Mosis dubitationem, Aaronis & Mariæ murmur, negationem Petri, Matthæi & Zacchæi turpe luxurum, Pauli crudelitatem, aut Magdalena luxū, sibi ad imitandum proposita putet. Nemo iudicet exēpto Noëmi, licere sibi puellas, aut viduas iuniores subducere; easdēmque prostituere ad quæstum corporis faciendum. Nemo omnium foeminarum audeat instar Ruthæ, ad nō suorum virorum cubilia clam pergere, iacere noctu, & libidinis pericula subire. Ab omni etiā specie mali abstinere iussum est.

Cæterū, ex his, similibusque lapsis sanctorū, primò expédamus quām infelix, corrupta, & ad omne genus mali prona sit hominum natura: ad idque præceps feratur, nisi Dei gratia fulciatur &

liberetur. Sēsus & cogitatio humani cordis prona sunt in malum ab adolescentia sua. Prauum est cor hominis & inscrutabile. De tanta turpificati hominis fœditate & depravatione, viri etiā sanctissimi cum Apostolo grauiter conqueruntur ac miserabiliter gemunt. Non inuenio in me, id est, in carne mea bonum. Caro concupiscit aduersus spiritum. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum.

*Gen. 6. &c. 3.**Ierem. 17.**Rom. 7.**Gal. 5.*

Secundò, ex his discimus, authore B. Clemente, neminem peccati expertè reperi, excepto eo qui propter nos factus est homo. Pœnitentiā pro inde agamus, & bonam spem habeamus nos remissionem consequuturos. Sribit etiam Irenæus martyr se ab aliquo, qui auditores Apostolorum præceptores habuerat, accepisse prisorum peccata eis non esse à nobis exprobrandæ; sed ex his discendum omnes homines egere gratia Dei, & iustificari non à semetipsis, verum à Domini adventu. In nostram correptionem conscriptos esse illorum actus, ut sciremus unum esse Deum nostrum & illorum, cui non placeant peccata, etiam si à claris fiant: deinde ut abstineamus à malis, quorum Deus olim acerrimus vindex erit.

*Lib. 2. cap. 21.**Constit.**Lib. 4. ca. 45.**Rom. 3.*

Tertiò, benè semper sperare de diuina misericordia, quantumlibet peccauerimus, hinc doce-
mur. Modò enim peccata nostra nobis seriò di-
splicuerint, modò tempestiuam perfectamq; pœ-
nitudinem de his egerimus, veniam consequemur. *Homil. 1. iis*
Iusti naufragium, inquit Chrysostomus, fit pecca-*ps. 40.*

COMMENT. IN LIB. D. RVT

tori stabilior portus. Si peccaueris, non desperes, sed curras illico ad surgendum. Ne dicas apud te metipsum, Væ mihi, vae mihi, perij, moecharus sum, fornicatus sum, homicidium perpetraui. Ne desperes. Habes enim salutem repositam, remedium delictorum. Cum videro iustum talia vulnera suscepisse, & saucium factum, & iterum per pœnitentiam ad sanitatem rediisse, confessim ad exomologesin curro, & audacter ad confessionem fontes lacrymarum profundo, &c.

Ad hæc, omnes peccandi occasiones tum nobis, cum aliis oblatas procul fugiendas esse discimus. Iusto namque Dei iudicio frequenter accedit, ut qui diligit peticulum, in eo pereat, ut suæ temeritatis iustum capiat mercedem. Prohibet quoque lex tentare dominum Deum nostrum. Tametsi iustas nuptias potuit vtraque harum muliercularum ambire: non tamē debuit tam lubricis mediis. Honestum aliquem vicinū interponere debuissent, qui cū Boozo negotiū pertractasset. Quod autem totius rei euentus felix faustus quæ acciderit, hoc magis misericordiae Dei, Boozique humanitati accepto ferendum, quam illarum imprudentissimis consiliis. De paribus sanctorum gestis acutè decernit Augustinus. Cum hæc in sacris scripturis narrantur, prophetia est: cum in eorum vita, flagitium. Deus hæc proposuit cauenda, non imitanda.

Lib. 22. cont.

Fanf. ca. 42.

Postremò, ex ista priore sententia apparet, Christum huius mundi saluatorem ex impuris & conseleratis aliquot parentibus genus traxisse. Hic fuerunt Iudas & Thamar scortatores, Raab me-

retrix, Ruth Moabitis, Dauid & Beth-sabea, Salomon, Achab, Manasses &c. omnes multis sce-leribus maculati. Huius rei triplicē adfert ratio-nem Chrysostomus. Primam, vt vel sic Filiū Dei hominem factum nullis praecedentibus meritis humanis, sed sola Dei gratia, crederemus. Secun-dam, vt Iudæorum qui de patrum nobilitate plus æquo gloriabantur ac superbiebant, iactantia reprimeretur. Tertiam, vt hinc omnibus palam fieret, nulla parentum peccata filiis esse probri loco obicienda, modò eisdem se non inuoluant. Et Hieronymus scripsit: Qui propter pec-catores venerat, de peccatoribus natus est, vt om-nium peccata deleret. *In 1. cap. Matth.*

Secūda, quæ est Theodoreti & aliquot aliorū, *Theodore.* vtramque mulierem non modò ab omni pecca-to liberat, sed & vniuersa peccati suspicione. Ille ait. Verba narrationis indicant Noëmi non fug-gessisse Ruthę, vt formam venderet, sed legitimū matrimonium verecundè postulat̄. Cōtidebat plurimū virti temperantiæ. Deinde, verisimile putat̄ Noëmi religiosissimam fœminā monuisse nūrum, ne vñquam viro cōmisceretur, nisi prius fidem coniugij dedisset. Et quia ingenti fiducia negotium diuinæ prouidentiæ vtraque commē-dauerat, ipsum in beatum ac fælicē finem Deus perduxit. Abraham, Sara, Dauid, Iudith, Esther in periculis æqualibus, aut etiam longè maioribus, in Domino cōfidentes puri & incolimes per-manserunt.

Ad hæc, multa aggressi sunt patres veteris testa-

G g iij

*Consilii Noe
mi secūdō ex-
cusatur.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

- menti ex secreto Spiritus sancti impulsu atq; aflatu, quę nobis tentare aut imitari nunquā licer: quādoquidem non simili ducimur reuelatione, Hæc in illis probanda & suspicienda , in nobis coarguenda. Exempla sint Abrahæ spontanea filij sui oblatio, proculdubio sanctissima: Ægyptiorum ab Hebrais spoliatio , quam nemo fidelis damnabit: Dauidis cūm Goliathe singulare certamen, &c. Quis speciali reuelatione destitutus, paria nunc tentaret , nisi temerariè ac nefariè? His annumerant Noëmi consilium, ac Ruthæ tā promptam obedientiam: atque concludunt, mulieres inopes, quæ Principem Israëlis de coniugio lege debito , palam interpellate non audebant, nihil in Deum aut proximum deliquisse, quando clam, ac ratione nunquam in lege prohibita conuenerunt.
- His accedit, quod verisimillimum est Christum Dominum, qui ex his nuptiis tandem nasciturus erat, vniuersam rem suo nutu direxisse.
- Quid, quod Booz tantæ pietatis ac scientiæ vir, factum laudavit & probauit ? Alias, profectò coarguere & improbare debuisset . Denique , cūm actionum nostrarum bonitas aut malitia ex fine potissimum pendeat, adeò ut cuius finis bonus est, ipsum bonum sit : neutra verò mulierum malum sibi finem præstiterit ; videtur negotium non esse obnoxium culpæ.

Non desunt pij viri, qui placidè vtramque sententiam sic conciliare nitantur : vt dicant illud factum iudicij quidem humani statera

appensum, reprehensione dignum apparere; sin verò ad occultum Dei tribunal referatur, non modò probabilem, sed & iustum legitimamque excusationem habere. Rursusque, illas quidem aberrasse in mediis excogitandis ac persequendis, sed non in ipso fine ac summo operis capite. Cui hæc conciliatio non arriserit, cum omni Christiana moderatione quam voluerit præcedentium opinionum sequatur. Nos huius consilij singulas partes nunc expendamus.

Noëmi itaque Ruthæ suæ nuptias procuratura, eidem quinque præscribit. Primum, ut seipsam aqua omnino lauet, purgérque sordibus, ac pulueribus quos superiori labore contraxerat. Dicit namque, *Lauare igitur*, ne squaloribus, sordibus, aut foetoribus à te animum viri omnino auertas; sed munditia potius ac honesta lauticia alicias. Hæc lotio illicita non fuit: quandoquidem inter Iudæos, orientalésque vulgatissima. Deinde, in usum hominum initio creatæ sunt aquæ, erumpunt fontes, riuique aquarum vbiique bellissimè fluunt. Harum igitur adminiculo à corpore sordes abluere, ardentia membra refrigerare, aut diuturnam sitim explere nusquam vetitum est: quin potius sanctorum exemplis probatū. Abraham & Lot summi patriarchæ se se ad lauandum pedes angelorum (quos homines peregrinos iudicabant) obtulerunt. Filia Pharaonis lotū pergens, Mosem aquis expositum reperit. Hebrei iussi sunt vnā cum vestibus seipsoſ lauare, vt legem diuinam reciperent. In templo mare æneum cōstructum fuit, vt in illo sacrifici prius seipsoſ,

Ge.18. & 19.

Exo.1:19:

& 30.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

4. Reg. 5.

To 13.

3. Tim. 5.

Lib. 3. cap. 3.

Apolog. 42.

Lib. 3. pedag.

c. 5. & 9.

Can. 30.

Li. de discipl.

E/ habitus

vir. i

Lib. de lassis.

Hieron.

deinde vietimas abluerent. Naamam ad aquas Iordanis alegatur. Iudith & Susanna sanctissimæ fœminæ lotionibus corpora curarunt. Christus pedes Apostolorum lauit, prius & ipse lotus pedibus lacrymis Magdalena. Apostolus prohibuit viduas in ministerium ecclesiæ recipi, quæ sanctorum pedes non lauissent. Monumētis trādiderunt Irenaeus, Eusebius, Epiphanius, Nicephorus, Ioannem apostolum in urbe Epheso tum lauandi gratia balneum adiisse, cùm ibidem Cœrinthum hæreticum inuenit. Sed & Tertullianus priscorum Africæ Christianorū mores ex seipso describens, innocentiamque adserens ait: Lauor honesta hora, & salubri, quæ mihi & colorem & sanguinem seruet. Clemens Alex. & si grauiter infectetur damnèque pompas balneariorum, atque tum virotum tum mulierum se se illic palam nudantium impudentiam; paulò post tamen mulieribus permittit yti lauacris, mundationis & sanitatis causa: solius autem sanitatis ergo, viris. In his rursus vult rationem habendam esse ætatis, corporis, & temporis anni. Cæterum patres concilij Laodiceni, & longè antea Cyprianus martyris vetuerunt omnino viros cum feminis, & fœminas præsertim virgines, cum viris communes & promiscuas balneas adire. Monacho Rustico prohibet Hieronymus balnearum fomenta quærente, quippe qui calorem corporis ieiuniorum cuperet frigore extinguiere. Illarum namque calore nouum adolescentis sanguinem incendi, ad Saluinam scribens existimat. Paulam quoquæ narrat non nisi perclitanem balneas adiisse. Paulò indulgentius

cum sanctorum agens Augustinus con-
cedit, ut semel in mense lauacris sua corpora cu-
rent. Sed de hoc satis.

Secundò, Rathæ præcipit Noëmi, ut aliquo o-
dorifero vnguento sciplam vngat. Paraphrastes
Chald. habet: *Delibuta iucundè oleas.* Vnctionum
quoque usus Iudæis, & totius orientis homini-
bus, etiam sanctis frequens fuit, quemadmodum
in Regum, sacerdotum, & prophetarum inaugu-
ratione; Sareptanæ viduæ, Iudithæ, Estheris, Su-
fannæ, imò & Christi euangelica historia legere *Lib. 2. pedag.*
licet. Clemens Alex. varias vnguentorum spe-
^{cap. 8.}
cies enumerans, optat viros Christianos potius
vitæ probitatem olere, quam vnguenta. Fœmi-
nas quoque Christum spirare, qui est regalis vn-
ctio: non vnguenta & diapasmata. Nam suavis
odoris studium, escam otij ac mollitiei, quæ ad
libidinosam & intemperantem cupiditatem pau-
latim attrahunt, optimo iure vocat. Sinit tamen
postremò, odorum atque vnguentorum veluti
medicamentorum, moderatos & temperatos u-
sus, ad vires languentes excitandas, ad catharros
depellendos, ad refrigerium, ad cerebrum con-
fortandum, ad fastidium denique animo tol-
lendum. Probat hoc dictum Comici: Vnguen-
tis manus vngitur, quod est pars sanitatis ma-
xima, ut cerebri bonos odores faciat. Confir-
mat hac Syracidis autoritate: Honora medi-
cum propter eius utilitatem: ipsum etenim
creauit altissimus. Vnguentarius faciet mix-
tionem. Videlicet quod data sint vnguenta
ad utilitatem, non ad sensuum titillationem.
Deus etiam (subiungit) oleum nasci permisit

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

*Epiſt. ad
Marcell.*

*In Moſtella-
vna.*

Gen. 4.

ad leuandos labores. In his porrò cauendum il-
lud, Ne quid nimis. Nam uſus purpurissi ad ge-
narum ruborem, & ceruſſæ ad labiorum & colli-
candorem à D. Hieronymo reputatur ignis iue-
num, fomentum libidinis, & impudicæ mentis
indictum. Ornatus iste (subdit) non est Domini,
sed velamen antichristi. Propter Cynedos vng-
uēta suo tempore male audiſſe fatetur Aristip-
pus. Martialis Posthumum exagitat, quod ſuſti-
tibus & vnguentis (vti nūc molles aulici, & pro-
cacissima illorum ſcorta, foetores ex lue venerea
contractos) vitia corporis tegeter: Posthume, nō
bene ſemper olet, qui bene ſemper olet. Plautus
quoque indicat eam mulierem recte olere, vbi
nihil olet. Veteres namque (ſubiicit ille), quaꝝ ſe
vnguentis vñctitant, interpollatae, vetulæ, eden-
tulæ, quaꝝ vitia corporis fuco occulunt, vbi ſe ſe
ſudor cum vnguentis confociauit, illico itidem
olent, quaſi quuin vna multa iura confundit
cocus.

Tertiò, Rutha maritum ambiens iubetur in
dii cultioribus uestimentis, vt naturalis eius decor &
abundantiore uestium gratia ornaretur & augere-
tur. Et quia hoc fine ornabatur, vt ſponſum ſibi
diuina lege atque ordinatione debitum permou-
ueret & acciperet, in iſtis vel nihil, vel leuiter pec-
cabat. Nam vbiique gentium ac locorum natura
receptum eſt & probatum, vt nouæ ſponsæ cul-
tioribus vntantur ornementis. Absit tantum lu-
xus, & petulantia. Eliezer paranymphus Isaac v-
nigeniti Abrahæ, Rebeccæ futuræ eiusdem Isaac
vxor̄ dedit egregias uestes, & armillas aureas,

quibus faciem aurésque exornaret. Aiunt quoque Prophetæ, Virgines non posse obliuisci ornamēti sui, nec sponsæ fasciæ pectoralis sui: quibus indicatur eas vti consueuisse linteolis delicatis. Sponsam quoque agni (id est trium phantein sanctorum ecclesiam) vidit Ioannes paratam & ornatam, ut spōsam viro suo. Damna tur quoque in euágelica parabola is, qui sine ueste cultiori in cōuiuum nuptiarum irruperat: quibus satis probatur uestimentorū meliorum atque preciosiorum vsum in nuptiis tritum fuisse. Placet nescio quo pacto viris mundities in mulietibus: atque propter neglectum ac immundum uestitum saepe mariti abhorrent ab vxoribus. Verùm hæc nō sunt illis abundantius aut enixius commendanda, cùm plus satis in mūdo muliebri sint curiosæ. φιλόναστμον genus fœmineum est, ait Hieronymus, multásque etiam insignis pudicitia, quamvis nulli virorum, tamen sibi scimus libenter ornari. In his exagitandis toti sunt Comici. Vnus ait: Negotij quantum in muliere vna est! Quæ noctes, diésque, omni in ætate, semper, ornantur, lauantur, poliuntur: postremò, modus muliebris nullus est. Alius vero: Nostri mores mulierum: Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.

Quartò, præcipitur Ruthæ, *Descende in aream, occulte nimirum, ne te videat homo, donec e sum, potumque finierit.* Nouerat sagax Noëmi homines cibo potuque alacriores reddi ad promissa tum præstantatum complenda: remque commodius tractari, si sola cum solo colloqueretur, & matris suæ mandata exponeret. Si quidem Booz iudex

*Terem. 2.**Apos. 21.**Math. 12.**Epist. ad Gaudenſiū.**Plautus.**Terent.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

& rector populi, quadam maiestate & autoritate utriusque verendus erat & suspicēdus: idēc minus verēcundē, & noctu, & solitariē illum conueniendū putauerunt. Timebant illū irritare si in propatulo eum hac de re adiissent. Ester coram Aſluero, iam marito, & sibi propensius fauente cecidit in faciem, quasi exanimata. Beth-sabee quoque Dauidi regi ac marito procubuit, eum-démque in terram prostrata veneratur. Hinc discant fœminæ instar Saræ, subditas esse viris suis. Procul etiam fugere omnia illa, quæ dæctribus obloquendi de ipsis argumenta præbere possent.

Quintò, prohibet Noëmi nurui suæ ne tanquam petulans inter pocula irruat, nec protervè & arroganter ad caput aut latus dormientis vii accedat: sed cum omni humilitate ac verecundiā ad pedes iaceat, diuinæ prouidentiæ effectū præstolatura. Quando ierit ad dormiendum, ait, nota hunc, veniesque & discooperies pallium quo operitur à parte pedum, &c. Sciebat prudens mulier Euā factam esse nō de capite, vt domina & magistra esset viri: sed de latere, vt socia, & cohæres. Moses ait: Tulit Deus vnam de costis Adæ, & repleuit carnem pro ea: & edificauit eam in mulierē, &c. Hæc porrò indicant duas præsertim virtutes feminas maximè decere: easdémque maritis gratas & acceptas facere, nimirum verecundam modestiam, atque humilem obedientiā. De priore Syracydes ait: Gratia verecundia mulieris sensata super aurum. Et iterum: Gratia super gratiā mulier sancta & pudorata. Aristoteles putat verecū

Eſter. 15.

3. Reg. 1.

1. Pet. 3.

Gen. 2.

Ecl. 7: 6

26.

diam esse passionem animi, qua quis dedecus sui
timens, à turpium perpetratione retrahitur. Quā-
dam verò praeuenire actum turpem, quæ sit lau-
dabilis: aliam sequi, in supplicium turpitudinis.
Priorem verecundiam appellat Tullius omnium
virtutū custodē, dedecus fugientem, & laudē ma-
ximam consequentē, dissolutas, & illiberales quæ
nullius rei pudore afficiuntur, nemo non irridet,
despicit, & animo execratur. De vxorum in ma-
ritos obedientia sat cunctis sit Dominū Euā, &
vniuersis filiabus eius dixisse: Sub viri potestate
eris, & ipse dominabitur tui. Paulus quoque vult
subditas esse viris suis, cum omni humilitate.

Cæterū, hīc quoque diligenter obseruan-
dum est, consilium Noëmi, factūmque Ruthæ
nihil omnino patrocinari impurissimis vetulis,
quæ sp̄cie cauponij, egestatem sustentant do-
mestico lenocinio, palāmque mulieres quæstua-
rias prostituunt. Nihil item quibusdam heroī-
dibus improbisimis, quæ (si vera scripserunt in
lib. de statu rerum Francicarum Caluiniani) in
aula filiis & filiabus suis nequissimè lenocinan-
tur. Nihil illis, quæ sub conciliandarum nuptia-
rum specie, lasciuos iuuenes cum puellis in suis
ædibus inuitant ad nocturna conuiua, clādē-
stina colloquia, choreas, &c. Nihil petulantissi-
mis iuuenibus, qui vt aliquibus potiantur,
coniugia promittunt: stupratas, vt scorta re-
pellunt, &c. Neque Ruthæ exemplo, suam
stoliditatem ac lasciuiam tueri se posse putent
procaces aulicæ & domicellæ, quæ mille o-
doribus, vnguentis, ornamentis ac fucis

COMMENT. IN LIB. D. RVT

impudicitiam suam ostentant. Similes templis

Lib. 1. pædag. cap. 2. Aegyptiacis (Clementis Alex. sententia,) quæ exterius pulcerrima, interius verò serpentibus,

crocodillis, felibus, & abominandis idolis repleta erant. Pares vulpibus, quarum detracta pellis toto corpore præstat. Aequales sepulcris exterius dealbatis & affabré factis, intus plenis mortuorū cadaueribus fœtidissimis: quod non ita pridem, magno famæ ac vitæ suæ periculo experti sunt

1. Pet. 3.

summi quidam aulici. Permittit quidē princeps Apostolorum fœminis ornare se ut viris placeat: sed cum verecundia & sobrietate. Sed quarū non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, vel argenti &c. Paulus quoque finit eas incedere in habitu ornato: sed non in tortis crinibus, vel margaritis, &c.

Qui ampliora de his desiderarit, consulat Clementem Alex. lib. 2. pædag. cap. 10. & 12; lib. 3. cap. 2. Item Tertullianum lib. de habitu muliebri: & lib. de cultu fœminarum. Quid verò sublato literæ typo, his omnibus Ruthæ ornamentis adumbretur, in mystica expositione dicemus. Sequitur:

5. *Quæ respondit. Quicquid præceperis faciam.
Descenditque in aream, & fecit omnia, quæ sibi imperauerat socrus.*

TAM prompta & alacris Ruthæ obtemperatio, nec sua laude apud pios omnes, nec sua mercede apud Deum caret. Nihil tergiuersatur, nihil obiicit, nihil moratur: non causatur factum periculi

periculi & turpitudinis plenum esse. Pari animo quo parentes, patriā, lares dereliquerat, ut Noëmi veluti matrem, & Deum' Hebræorum sicut patrem sequeretur, putat nunc matri suæ penitus obediendum. Nuper sacris Hebræorum initia exsistimauit forsitan moris esse, ut si quæ cognatum prioris mariti sibi cuperet copulari, rem hoc modo aggrederetur. Id ergo in simplicitate animi sui peractura contendit.

Exemplum autem longè clarissimum præbet, quām prompte & alacriter parentum imperiis liberi obtemperare debeant, in his omnibus quæ diuinis mandatis non aduersantur. Si enim iubarent liberis insolentes perimere, ut quando Saul Ionathæ præcepit Dauidem occidere; aut furari, aut scortari, aut conciones hæreticas adire, &c. ^{1. Reg. 17.}

constanter quidem, attamen leniter, verecundè, & absque vlla maledictione, contumelia, vel execratione respuere debent. Veteres vbiique testantur male semper conrigisse iis, qui parentibus nō obtemperauerunt: aut etiam in illos fuerunt crudelis. Orestes quod Clitemnestram matrem necasset, in furorem versus est. Nero quia matrem occidit, non homo, sed monstrum humana specie tectum habitus est. Illi ergo studiosè colendi & honorandi sunt, horumque iussiones licet tanquam diuina verba probandæ sunt & capessendæ. Isaac in re grauissima, & quæ horrendæ crudelitatis speciem præ se ferebat, nimirum parricidij, parenti Abrahæ morem gessit. Hac ^{Gen. 22.} verò ingenti obedientia vterque meruit ut ex suo ^{Iud. II.} semine Christus nasceretur. Per memetipsum iu-

*Euripiðus.**Suet.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

raui, dicit Dominus, quia fecisti rem hanc, in semine tuo benedicentur omnes gentes. Filia Iepthe patri obediuit ad gladium, ad mortem, ad aram, ad ignem usque. Pari supplicio affiebatur in lege, qui parentes violasset, & qui blasphemasset Deum, quando utrumque lapidibus obrui constitutum erat.

Iud. 11.

Exod. 20.

Dent. 17.

Levit. 24.

7. Cūnque comedisset & bibisset Booz, & factus esset hilarior, usque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, venit Ruth abscondite, & discooperto pallio à pedibus eius, se proiecit.

Hebraica litera habet לְבֹזֶה Et iucundum erat sibi cor eius, id est Boozo. Chaldaeus paraphrastes ita extulit: Curauit Booz corpus ciborum potum, & corde sobrio benedixit nomini Domini, qui illius orationem exaudierat, feceratque famem cessare in terra Israëlis: ac venit, ut in extremitate acerui dormiret. Ruth autem clam venit, & pedibus illius detectis, dorminit. Boozus itaque pro more gentis suæ, in fine messis seruis laboribus fatigatis, instruxerat conuiuum, ut eos recrearet, simulque prouocarer ad gratias omni alacritate Deo persoluendas: quod sua prouidentia agros fœcundasset, & copiosam frugum messem illi dedisset. Nabal tonsoribus parauerat conuiuum ferè regium: sed illud sua avaritia & ingratitudine fœdauit, quando Davidi & militibus suis bellantibus bella Domini, fame propemodum enecatis, nihil præter conuitia, conferre voluit. Absalon etiam tonsoribus publicum & laatum instruxit conuiuum; verum illud

1. Reg. 25.

quoque proditoria Ammonis fratri cæde cōmaculauit. At Boozus his omnibus longè melior & iustior, moderatum honestumque instruxit operatoribus & messoribus suis : quippe qui duris ac prolixis laboribus fracti, tali relaxatione indigebant. Cum illis autem veluti conseruis & cohæredibus magna humanitate recumbit, epulatur, & lētatur: nullum ob seruilem conditionem aspernatus. Quando gaudium totius mundi in aduentu Messiae, confertur cum eorum gaudio Isa. 9. qui lētantur in messe: satis indicatur receptissimum quoque fuisse, ad finem messis epulis & gaudio indulgere. Ad quod longè antea & Dauid respexerat canens: Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Venientes autē vénient cum exultatione portantes manipulos suos. Pss. 125.

Non erat itaque Booz ex eorum tyrannorum numero, qui mercedem operariorum vel diutius retinente, vel vi fraudēve rapiunt: quando etiā tāta alacritate cum eisdem epulatur. Lege sanctum esse sciebat: Non negabis mercedē indigentis & pauperis fratris tui, siue aduenē, qui tecū moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadē die redes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. Thobias senior iuniori filio suo Thob. 4. testamento constituit: Merces mercennarij tui apud te omnino nō remaneat. Et Iacobus apost. Iac. 5. mercedem messorū vi retentā annumerat inter ea scelera, quæ sua gruitate ad Deum clamare di-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

cūtūr. Discant igitur Domini, Boozi exēplo, quid seruis suis debeat.

Indicat quoque locus iste moderata & sobria hominum conuiuia non esse vetita, nec iniusa Deo: quando constat sanctissimos patriarchas & prophetas ea sine peccato celebrasse cum amicis, vicinis, peregrinis, atque interdū seruis suis. Melchisedec summus Dei sacerdos ac Christi typus, Abrahamū redeūtem ē prælio victorem, oblatis prius in gratiarum actionem pane & vino, opiparo conuiuio exceptit. Abraham semel cum angelis humanam formam præ se ferentibus, iterumque cum amicis in ablætatione Isaac, ad declarandam animi sui læticiam & gratitudinem, liberalius epulatus est. Refert etiam Moses Ioseph cum fratribus bibisse, atque inebriatum, id est valde exhilaratum esse. Quinimò Christus totius sobrietatis exemplar adeo à piorum amicorum conuiuiis in Cana, Bethania, adibúsque Matthæi atque Zachæi non abhorruit, vt Iudæi hoc illi vitio darent. Vorator est, inquietant, & potator vini. Cuiusmodi autem fuerunt priscorum Christianorum conuiuia unus Tertullianus his verbis satis explicat: Non prius discumbitur, quām oratio ad Deum prægustetur. Editur, quantum esurientes capiunt. Bibitur, quantum pudicis est utile. Ita saturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse. Ita fabulantur, vt qui sciunt Deum audire. Post aquam manualem & lumina, vt quisque de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere. Hinc probatur quomo-

Ge. 14. 18. 21.

Gen. 43.

Io. 2.

Luc. 10.

39.

Apolog. c. 39.

do biberit. Aequè oratio conuiuum dirimit.

Hæc ille: quibus Chrysostomus adiicit, ut con- Homiliis De-
uium Christianum honestate decoretur, læticiâ collat. Ioane
mensæ pertingat ad pauperes, absit ebrietas, lu- baptist.

xus absistat, fugetur effusio, saltaticum pestis, le-
nocinia cantorum, voluptatum fomenta, ventris
onera. Nisi enim Dei timore condiantur, modus-
que serueretur, luctuosum & exitiabilem sortiun-
tur exitum. Refert Plutarchus Sertorium insi- Plut. in Ser.
gnem bellatorem, qui in Hispaniis quatuor Ro-
manorum duces contra se missos parvis copiis,
magnis cladibus affixit, suos semper admonere
solitum, ne quid in conuiuis præter decorum
vel fieret, vel diceretur, à iurgiis præsertim &
omni obsecnitate temperare. Nec ipse quic-
quā tale sustinebat vel audire, vel videre. Utinam
vel hunc ethnicum hominem, imitandum sibi
nunc proponeret Principes, Duces, Nobiles, qui
Christiani & dici & haberi volunt. In promptu
sunt quæ ad finem compotationum Absalonis,
Balthasaris, Holofernis, Assueri, Herodis conti-
gerunt.

Peracto verò conuiuio, ac siisque Deo omniū
bonorum largitori gratiis, nequaquam ludis, sal-
tationibus, choreis, alea, tesseris, quibus ampli-
ssima patrimonia non raro dissipant & absunt
plurimi, datur opera: non scorta quæruntur, non
hinc inde cum omni petulantia discurritur. Ve-
rū toto per sua loca disposito ad quietē famuli-
tio, Boozus ipse iuxta aceruum manipolorum, vel iux-
ta Hebr. in summitate acerui, somuo se dedit, & (vt
quidam ait) sopore placauit artus languidos. Nā

COMMENT. IN LIB. D. RVTH
quod caret alterna requie durabile non est.

Plurimas alientes & effectices somni causas adsignant Aristoteles, Plinius, cæterique abditorum naturæ peruestigatores: sed omnium præcipuam prætermittunt, Deum. Huius enim prouidentiæ ac pietatis in omne genus animalium, in homines speciatim beneficium est, hoc omnium laborum perfugium, omniumque sollicitudinum dulce lenime. Itaque operæ pretium est dormitum perrecturos, exemplo Boozi, nos, totamque familiam custodiae diuinæ, atque angelorum excubiis toto pectore commendare, ut ruto ac salubriter quiescamus: præsertim cum etiam nihil aliud sit somnus, gelidæ quam mortis imago. Nobiscum ergo prius rationem ineamus, ac si tum morituri. Deinde placidam à Deo quietem postulemus. Dormietis (inquit ad legis obseruatorum) & non erit qui exterrat. Ad prævaricatores vero, Dabo pauorem in cordibus vestris, & terrebit vos sonitus folij volantis. Et per Osseam piis pollicetur: Dormire vos faciam fiducialiter. Daudid suam tranquillam dormitionem Deo acceptam fert, scribens: Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quoniam Deus suscepit me. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Ut elegantissimè ita & Christianissimè, vnum quemque nostrum cubile petentem his versibus monet lectissimus vates:

*Leuit. : 6.
Ose. 2.
Pf. 3; & 4.*

*Prudent. lib.
Kathmagiray.*

*Fat cum vocante somno
Castum petis eubile,
Frontem, locumque cordis
Crucis figura signet.*

Quod Booz pernoctat in area, id quoque iuxta aceruum manipulorum, pervigilis patris familias officium praestat. Caut enim ne fruges magnis laboribus partae à furibus diripiantur, si que tota eius familia multis pateat incommodis. Vagabantur namque præsertim messis tempore, multi furunculi, qui in agris relictæ passim siorum bona audacius rapiebant: quos sua prætentia detergere volebat: aut in furtis deprehēsos peccere, ut lege constitutum nouerat. Præceptū
 Læi est, quod impunè haudquam præuaricari poteret: Non furtum facies. Non concupisces rem proximi tui. Et apostolus fures, auaros, ipaces æquè arceret à regno Dei. Pœna itaque furti
 diuina indicata erat. Si quidem qui furatus fuisset
 clem, quatuor pro una: qui verò bouem, quinque restituere tenebatur. Qui furto hominem
 ostulisset, & vendidisset, coniunctus noxæ morti
 diudicabatur. Fur nocturnus, armatus incedens
 traperet, occidebatur impunè: inuasor namq;
 homicida reputabatur. Achan furti rei nisi
 traditus est. Diuitem illum qui ouem pauperis
 ipuerat & occiderat, mortis filium appellauit
 Iaud rex & propheta. Romani etiam legibus
 duodecim tabularum, nocturnum furem quo-
 uo modo interfici impunè voluerunt: diurnum
 atem si se telo defendisset.

*Exod. 20.**Leuit. 19.**Deut. 5.**1. Cor. 6.**Leuit. 21:**& 22.**Iosue 7.**2. Reg. 12.*

*Et ecce nocte iam media, expanit homo, & con-
 turbatus est: viditque mulierem iacentem ad pe-
 des suos.*

9. *Et ait illi. Quae es? Illaque respondit: Ego sum Ruth ancilla tua, expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.*

Rabb. Sol.

Chaldaeus paraphrastes habet: *Accidit mea nocte, ut expauerit vir ac trepidarit, vietumque redditum fuerit corpus eius, ut raphanus, pre timore.* Add: rabbi Solomon illum extimuisse ne daemonium esset in corpore assumpto, quod illi vellet illudere: quibus indicatur, non exiguo terrore Booz correptum fuisse, cum somno depulso de latere in latus ut solet fieri, se se conuertens, & pedes ad insimam lectuli partem extendens, inclinans, & percipit vestium aut capillitij attractionem mulierem illic iacere. Causæ timoris erant in primis tenebræ noctis, per se se hominibus horribiles. Ut enim lux cunctis est suauissima & iucundissima, ita è diuerso tenebræ nescio quo pacto amarè sunt & horridæ. A Latinis scriptoribus appellantur tristes, fallaces, immundæ, turpes, nigrae, malignæ, erraticæ, horrentes, terrificæ, &c. Nox quoque atra, vaga, fœda, tartarea, terrifica, somnifica, pallida, horrifera, trepida, tristis, pallens, Eumenidum mater, &c. Ad hæc, Ruth nec viderat serò, nec aduenientem vel accumbentem senserat. Nouerat postremò, cacodæmone noctis tenebras aucupari fraudibus suis accommodas, ut callidius fallant, & maiore astu atque impetu nos inuadant. Scribit enim Psaltes quendam esse timorem nocturnum, atque negotium perambulans in tenebris. Hebræi vo-

P. 90.

lunt quemdam esse Dæmonem fœminini sexus, nomine לילִת Lilit, cuius potestas præcipua est in nocte, (quam ipsi לילָה Lielah vocant) ad ciendas nocturnas pollutiones, hominésque vel incumbendo vel succubendo impurè deludere. Rabbi Solomon rursus scribit duo præsertim esse dæmonia, quorū vnum D E B E R, alterum K E T E B nominatur, & horum vnu meridie, alterum verò noctu grassetur.

Id quomodo cunque se habeat, certum est illos impuros spiritus nocte præcipue in nos grassari, & infinitis modis incautis insidiari. Ideò vocantur rectores harū tenebrarum ab Apostolo. Christus Iudeis in necem suam à Satana incitatis dixit: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

A Davide quoque Augustino interprete, principes dæmoniorum & angeli tenebrarum appellantur bestiæ sylvaæ, & catuli leonum, qui ut Deus posuit tenebras & facta est nox, pertransiunt rugientes ut rapiant prædam, quam deuorent. Admodus noctu gulam fregit septē prioribus Saræ maritis, tantumdem iunioreti Thobiæ facturus, nisi diuino per Raphaëlem auxilio, pro sua pietate, fuisset liberatus. Media nocte, quando omnia aduersa horribilia esse solent, (nam lux non nihil consolationis adfert) angelus exterminator & vastator, quem Hieronymus & Rupertus non dubitant fuisse angelum tenebrarum, percussit omnia primogenita Ægypti, ab homine usque ad pecus.

Sacris etiam patrum scriptis & historiis proditum est, Diabolos tum noctu tum diu sub variis

Eph. 6.

Luc. 22.

Ps. 103.

1. Pet. 5.

2. Tim. 2.

3. Tim. 2.

4. Tim. 2.

5. Tim. 2.

6. Tim. 2.

7. Tim. 2.

8. Tim. 2.

9. Tim. 2.

10. Tim. 2.

11. Tim. 2.

12. Tim. 2.

13. Tim. 2.

14. Tim. 2.

15. Tim. 2.

16. Tim. 2.

17. Tim. 2.

18. Tim. 2.

19. Tim. 2.

20. Tim. 2.

21. Tim. 2.

22. Tim. 2.

23. Tim. 2.

24. Tim. 2.

25. Tim. 2.

26. Tim. 2.

27. Tim. 2.

28. Tim. 2.

29. Tim. 2.

30. Tim. 2.

31. Tim. 2.

32. Tim. 2.

33. Tim. 2.

34. Tim. 2.

35. Tim. 2.

36. Tim. 2.

37. Tim. 2.

38. Tim. 2.

39. Tim. 2.

40. Tim. 2.

41. Tim. 2.

42. Tim. 2.

43. Tim. 2.

44. Tim. 2.

45. Tim. 2.

46. Tim. 2.

47. Tim. 2.

48. Tim. 2.

49. Tim. 2.

50. Tim. 2.

51. Tim. 2.

52. Tim. 2.

53. Tim. 2.

54. Tim. 2.

55. Tim. 2.

56. Tim. 2.

57. Tim. 2.

58. Tim. 2.

59. Tim. 2.

60. Tim. 2.

61. Tim. 2.

62. Tim. 2.

63. Tim. 2.

64. Tim. 2.

65. Tim. 2.

66. Tim. 2.

67. Tim. 2.

68. Tim. 2.

69. Tim. 2.

70. Tim. 2.

71. Tim. 2.

72. Tim. 2.

73. Tim. 2.

74. Tim. 2.

75. Tim. 2.

76. Tim. 2.

77. Tim. 2.

78. Tim. 2.

79. Tim. 2.

80. Tim. 2.

81. Tim. 2.

82. Tim. 2.

83. Tim. 2.

84. Tim. 2.

85. Tim. 2.

86. Tim. 2.

87. Tim. 2.

88. Tim. 2.

89. Tim. 2.

90. Tim. 2.

91. Tim. 2.

92. Tim. 2.

93. Tim. 2.

94. Tim. 2.

95. Tim. 2.

96. Tim. 2.

97. Tim. 2.

98. Tim. 2.

99. Tim. 2.

100. Tim. 2.

101. Tim. 2.

102. Tim. 2.

103. Tim. 2.

104. Tim. 2.

105. Tim. 2.

106. Tim. 2.

107. Tim. 2.

108. Tim. 2.

109. Tim. 2.

110. Tim. 2.

111. Tim. 2.

112. Tim. 2.

113. Tim. 2.

114. Tim. 2.

115. Tim. 2.

116. Tim. 2.

117. Tim. 2.

118. Tim. 2.

119. Tim. 2.

120. Tim. 2.

121. Tim. 2.

122. Tim. 2.

123. Tim. 2.

124. Tim. 2.

125. Tim. 2.

126. Tim. 2.

127. Tim. 2.

128. Tim. 2.

129. Tim. 2.

130. Tim. 2.

131. Tim. 2.

132. Tim. 2.

133. Tim. 2.

134. Tim. 2.

135. Tim. 2.

136. Tim. 2.

137. Tim. 2.

138. Tim. 2.

139. Tim. 2.

140. Tim. 2.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

formis & negotiorum & periculum piis facessisse,
vt eorum vel castitatem labefactarent, vel ab ora-
tionis studio, & pietatis instituto eosde reuoca-

Hieronym. in rent. Antoniu magnum à S. Pauli eremitæ perue-
vita. S. Pauli.

Idem in vita Hil.

Athan. in
vita Ant.

Sulpitius
Sen. lib. de
vita Mart.
cap. 25: &
Epist. 3.

Sor. om. lib. 6
cap. 28.

Palladius in
Lau siaca hist.

stigatione nūc Hippocentauri, mox Fauni, Satyri
deniq; specie detergere conatus est. Hilarioni cu-
banti nudæ mulierculæ spectrū non semel obie-
cit: esurienti, largissimarum epularū speciem de-
prompsit. Oranti, nunc quasi Rheda feruentibus
equis irruens, post velut lupus vulans, demum si-
cut ganniens vulpecula obstrepuit. Psallenti, in-
star pugnantium gladiatorum, & ad pedes eius
vnius corruentis ut interfecti, sepulturamque mi-
serabiliter postulatis occurrit. Cūm Antonio ma-
gno specie gigantum, taurorum, luporum, leonū,
vrsorū, pardorum, serpentum, draconum denique
frequenter manus conseruit. B. Martinū aliquan-
do forma regis induit purpura, & diademate au-
to gemmisque renitente redimiti: aliquādo instat
horrendæ atque cruētæ feræ, perturbare, ac in dis-
crimē penè extreum adducere conatus est. Ap-
pellis monachi continentiam formosæ mulieris
habitu, noctu expugnare tentauit. Muliebre dæ-
monis spectrū vniuersas imperioriæ vrbis
Constantinop. ædes flammis absumpsiſſe scribit
Euagrius, lib. 2. cap. 13. Quot Oreades, Drya-
des, Amadryades, Napæas, Sirenes, Nereides,
Naiades, Nymphas numerant, tot sunt cacodæ-
monum laruæ, puellarum ementita facie mor-
talibus illudentes. Macario Alexandrino came-
li amplissimam annonam baiulantis figura, Sa-

tanaš apparuit, vt ieunium solueret. Nathanaëlem veluti lictor taurina pelle induitus; postmodū assumpta voce formāque pueri duodennis, nocte ab illo auxilium flagitatis, eremo pellere molitus est. Macarium rursus septuaginta dæmones sub variis formis, alij quidem clamantes, alij exlientes, alij magno fremitu in eum stridentes dentibus, alij vt corui volantes, alij insultantes, à sancto vitæ proposito præpedire studuerunt. Spiritus immundus trásformatus in puellam Æthiopissam, & genibus insidens Pachonis monachi, eum solicitauit ad stuprum. Satan figuram Salvatoris induitus, noctu cum mille angelis lampadas tenentibus, Valenti anachoretæ apparens, petiit vt ab eodem pro viuorum & mortuorum iudice adoraretur. Ecquis omnes huius milleartificis versutias, dolos, fraudes, quibus nobis misericordia imponit percensendo narraret?

Monumentis quoque veteribus Gentium videlicet plurimos, quibusdam diris ac portentosis dæmonum visionibus exagitatos & infestatos fuisse. Cassius Parmensis Antonio (cuius partes sequutus fuerat) deuicto, Athenas fugiens, vbi concubia nocte cum solitudinibus & curis mente sopita in lectulo iaceret, existimauit ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum barba, & capillo demisso, interrogatumque quisnam esset, respondisse καιοδαιμονα. Perterritus tam tetro visu, & horrendo nomine, seruos inclamauit, &c. Bruto simile quidpiam cōtigisse in eius vita refert Plutarchus.

*Valer. lib. I
cap. 8.*

Plut.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Castores & Polluces dæmonas fuisse nihil am-
Plinii epist. bigo: Athenodoro, Symonidi, Marco Curtio
ad Suram. Rufo obiecta spectra, mali genij erant. Cætera
curiosus lector petat ex Nauclero, Vincentio,
Politiano, Sabellico, Olao, Cardano, Alexandro
ab Alexandria, &c.

Ges. 15. His porrò impij de peccatis suis, de ira Dei, ac
de suppliciis alterius seculi serid cogitare admo-
nentur, atque resipiscere dum per tempus licet;
pij verò vt sibi omnino ab impostoribus istis ca-
ueant, & ad preces & orationes pro adipiscendo
diuino auxilio confugiant. Nihil itaque mirum,
nihil fortis homine indignum, si Boozus stupet,
contremiscit, ac conturbatur: cum & Abraham
virum constantissimum, aliquando post solis oc-
casum quiescentem, horror magnus & tenebro-
sus inuasit. Est ergo timor, id est metus ingentis
cuiusdam mali imminentis, etiam cadens in con-
stantes viros, quicquid de conficta sua æræbæ
garriant Stoici. Hos etiam periclitantes trepidas-
se clarissimis exemplis contendunt Augustinus
lib. 9. de ciuit. cap. 4. Lucianus in Peregrino, &
Gellius in noctibus atticis. Theologi ex diuinis
literis euincunt omnem timorem siue seruilem,
siue (quem vocant) filialem, homini viatori ne-
cessarium, nedum utilem.

Gen. 39. Obseruandum quoque hoc loco proponitur
quanta continentia p̄æditus fuerit hic princeps
Israëlis Boozus. Nam (vt Chaldaeus paraph. etiā
notauit) videns mulierem ad pedes suos iacētem,
libidinem suam cohibuit, vt rem qum illa nō ha-
beret; Iosephi iusti imitatione, qui rem cum A-

gyptiaca vxore heri sui habere recusauit. Imitatione etiam Phaltielis pij filij Laisi, qui gladiū ap-
 plicuit inter seipsum & Michol Saulis filiam, quæ
 Dauidis vxor erat. Tāta ergo, scribit Theodore-
 tus, fuit viri virtus, quod cum formosa iuuencula
 noctu ad eum venisset, conseruarit temperantia,
 & legi rem conseruauerit, id est, nuptialem con-
 gressum. Ergo longè castior Booz quam Lot, Gen. 19.
 qui noctu filias proprias constupravit. Iuda pa-
 triarcha purior, qui cum Thamare nuru sua rem
 habuit. Integrior Dauide, qui Beth-sabæam mi-
 litis sibi vxorem adulterio polluit. Iustior nostris
 militibus, nobilibus, principibus, regibus, qui nō
 modò sibi obuias, aut prostitutas puellas ; sed &
 de gremiis amplexibusque maritorum persæpe
 vi abstractas matronas constuprant. Sed neque à
 sacris Vestalibus quidam illorum abstinuerūt. V-
 bi lex Iulia? Dormis? Vbi Iouiniani decretum: Si
 quis non dico rapere, &c? Stabit in iudicio con-
 tra illos Zeno philosophus, qui ne quidem assi-
 dere aliquamdiu voluit Chæremondæ non satis
 pudicæ, exclamans, Etiam à bonis medicis audio,
 aduersus inflationes, quietem esse optimum re-
 medium: subducens se vir integerimus, immi-
 nenti periculo. Exurget Scipio Africanus, qui
 Christiano sacro expers, Punicam eximiae formæ
 virginem captiuam, & iuuenis, & cælebs, & vi-
 tor, postquam comperit alteri desponsam esse,
 sponso inviolatam reddidit. Condemnabit Chri-
 stianos reges Cyrus Persarum rex, qui captiuam
 Pantheam Abradatæ regis Susorum forma & ca-
 stitate insignem vxorem, ne conspicere quidem

Theod. quest.
in lib. Ruth.

Gen. 19.
Gen. 38.

2. Reg. 11.

Lært. lib. 6.

Valer. Max.
lib. 4. cap. 3.

Xenophon. in
Cyr.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

voluit, exemplo posteris relicto, ut etiam oculis, nedum manibus ab aliena coniuge abstinerent. Reos ager eosdem Alexander magnus, qui Darij filias oppidò formosas, & captiuas, ne inuisere quidem sibi persuadere passus est, dicens: Sibi nō committendum ut cùm viros vicisset, à mulieribus vinceretur.

Attende insuper insignē Boozim modestiā. Non temere exclamat ad famulos, larrones adesse: non excitat familiam ut Ruthæ pudorem incutiat, atque veluti furem expellat. Neque impudicam iudicat, vel auersatur: sed magna moderatione interrogat quænā sit, quaq; ratione illuc accessisset. Alius eā duriter increpasset, & corā aduocata omni familia, suā ostentans iustitiam, ut vile scortum obiurgasset, confudisser, ablegasset. Symon pharisæus Magdalénam ob peccata sua ad Christi pedes longo planctu fundens lacrymarum flumina iudicat, damnat, tantūm non domo expellit; ac in Christū scādalizatur, quod eā tam facilē admitteret. Quid nō dicturus erat, si id noctu, si solis ambobus, si post epulas, & in cubili contigisset? At dānans illam, damnatur à Domino. De Ioánis abstinentia, & Christi vita cōmuni perperā iudicantes Iudæi arguūtūr in euāgelio. Annam Samuelis matrē, Heli ebriā temere existimans, offendit in Deū & proximū. Hos imitātur quotquot leuibus moti coniecturis ac suspicionibus, iniquè iudicat de proximorū operibus, quorū finē nō nouerūt. In ambiguis itaque ac incertis Deo serua sentētiā. Secus est de operibus manifestē malis, cuiusmodi sunt scortationes, sacrilegia, homicidia, blasphem-

Luc. 7.

Math. 11.
1. Reg. 1.

miæ, hæreses &c. De his enim dicitur: Væ qui dici-
tis malū bonū, & bonum malū, ponétes tenebras
lucē, & lucē tenebras, amarū dulce, & dulce ama-
rū. Omnis arbor mala ex fructu cognoscitur. De
aliis verò: Nolite ante tēpus iudicare, ait Aposto-
lus, donec venerit Dominus, qui discutiet secreta
cordium. Et Christus: Nolite iudicare secun-
dum faciem. Nolite iudicare, & non iudica-
bimini.

Isa. 5.
Matth. 7.

1. Cor. 4.
10. 7.
Matth. 7.

Ego sum Ruth ancilla tua, &c.

Quanta potest maxima humilitate responder
se Rutham illam esse, quæ de terra Moab propter
veri Dei cultum amplexandum, & socrus suæ a-
morem in Iudæam non ita pridem venerat. Indi-
cat quoque se aliquando cognato illius nuplisse,
qui sine liberis è viuis exceperat: proinde cùm
cognatus esset, ad eum legis decreto pertinere,
vt sibi de marito prouideret. Vocat se ancillam
ac famulam, veluti ad omne honestum ac piū
eius obsequium paratam. Hebrai legunt, ex-
tende alam tuā: cuius metaphoræ ab auibus (quæ
pullos alarum expansione fouent ac protegunt)
desumptæ, optimus interpres erit Chaldæus pa-
rap. his verbis. Accedat quæsio nomē tuum ancille tuae,
ut me uxorem ducas: Lyranus ex Hebraeo Christia-
nus, scribit sponsum contrahentem sponsalia
tum temporis posuisse alam, vel extremitatem
pallij sui super ipsam, veluti eam in suam po-
testatem & defensionem assumentem. Ad-
dit, quia propinquus es: vt eum moneat legis
diuinæ, atque officij sui. Aperit quoque fa-
cti sui rationem, ne putaretur impudica &

COMMENT. IN LIB. D. RUTH
nimis audax ac procax, quod noctu, ad viri lectu
accessisset.

Ex his primū obserua humilitatem ac mode-
stiam Ruthæ, quum se ancillam, i. ad omnia iussa
paratam appellat. Humiliter ac demissè de se sen-
tit ac loquitur, quod non faciunt qui altiore sunt
animo. Præcipuum veræ humilitatis gradum pu-
tat Bernardus, integrum sui cognitionem, qua si-
bi quisque vilescit, & propriam excellentiam ex
animo contemnit. Summisso animo de se cogita-
bat Abraham, cùm dicebat: Loquar ad Dominū
meum, cùm sim puluis & cinis. Dauid quoque,
quando cum pulice & cane mortuo seipsum cō-
parat. Dei genitrix omnium fœminarum excel-
lentissima, ancillam humilem se nominat. Et Pau-
lus vas à Deo præ omnibus hominibus selectum,
minimum se apostolorum, primum peccatorum,
atque cunctorum creditum seruum.

*Lib. de gra-
dib. humilit.*

*Gen. 18.
1. Reg. 16.*

*Euc. I.
1. Cor. 15.
1. Tim. I.
1. Cor. 9.*

*Ps. 16. 35.
Matt. 23.*

Ephes. 5.

Deinde cùm pallij, ceu alæ expansione in po-
testatem atque protectionem Boozi cōstitui po-
stulat, ista similitudine indicat mariti officium es-
se, vxorem, atque proprium corpus fouere, de-
fendere ac tueri aduersus omnes maledicos, ob-
trectatores, & violentos. Eodem sensu Dauid pe-
tit à Domino: Sub umbra alarum tuarum prote-
ge me. In tegmine alarum tuarum sperabo, donec
transeat iniquitas. Et Christus vrbi Ierosolymo-
rum ait: Volui congregare filios tuos sub alas &
noluisti. Maritorum in uxores officia his verbis
tradit Apostolus: Viri, diligite uxores vestras, si-
cū & Christus ecclesiam, & seipsum tradidit pro
ea: ut illam sanctificaret, mundans eam lauacio

aqua

aqua in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed ut sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, ut corpora sua. Qui suam vxore diligit, seipsum diligit. Et rursus: Viti, diligite vxores vestras, & nolite amarulenti esse ad illas. Abraham Saram suam ab Agaris petulatia fortiter asseruit: Tobias Annam ob filij absentiam muliebriter lacrymantem dulciter consolatus est: & David captas duas vxores suas ab Amalechitis forti prælio eripuit. Quot nunc mariti sunt, qui vxores extintas vellent? Quot eisdem, ut vilissimis ancillis, ne dicam pecotibus abutuntur? &c. Adhuc superesse dicuntur inter aulicos nostros, qui postquam proprias vxores quorumdam libidini exposuerunt, easdem grauidas, pugione in ventrem, miserrimumque fœtum adacto, immaniter trucidauerunt.

*Colos. 3.**Gen.**Tob. 10.**1. Reg. 30.*

Apparet denique ex facto Ruthæ, subiectos ac obedientes quantumvis abiecti videantur, magistratus ac principes sub quorum degunt potestate, sui muneric ac officij posse commonere ac interpellare, nedum rogare. Non soli Ioab, Nathan, aut Gad regem potentissimum Dauidem ut partes suas ageret commonefecerunt, sed & timidae mulierculæ. Nabuchodonosor, Balthasar, Cyrus, Darius profani imperatores, erratorum se admoneri à Daniele homine exule & captiuo facile & humaniter admiserunt. Nuc à christianissimis & catholicissimis scilicet, acerbè saevitur in eos, qui etiam cum omni moderatione Principes mo-

*2. Reg. 14.**Dan. 4. 5. 6.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

3. Reg. 12.
nent, ut ab omni crudelitate, ac in subiectos sua
oppressione abstineant. Utinam, iterum autem ut
tinam, attenderent, quae Roboamo acciderunt
populi sui supplicis vota contemnenti. Nūquam
supplices ad pedes suos iacentes, & animo demis-
so ad opem & humanitatem suam confugientes
subiectos, surdis auribus præterirent.

10. *Et ille. Benedicta es, inquit, à Domino filia, &*
priorem misericordiam posteriore superasti: quia nō
es sequuta iuuenes pauperes sine diuitiis.

11. *Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi, fa-*
ciam tibi. Scit enim omnis populus &c.

HÆc Boozi responsio imprimis continet pie-
tatis ac humanitatis eius præclarum exem-
plar, & Ruthæ encomia. Nam magno candore a-
nimi nocturnū accessum mulierculæ iunioris ac
vegetæ ad cubile suum, recta intentione factum
interpretatur: castumque iudicat, quod tamen
iuxta externam speciem impudicum videbatur.
Coniecturas autem sumit, ex eo quod illucusque
cum socrus adeò pie, purèque vixisset, ut sua vir-
tutis ac castitatis publicū testem haberet vniuer-
sum populū. Deinde cù iuuenis ac formosa esset,
iuniorem maritū cum quo voluptati abundatius
indulgeret, non quæsierit: sed seniorem, eumque
prioris mariti propinquum, ut iuxta legis diuinæ
decretū illi copularetur: cui se integrum seruauer-
it. Adiicit Chaldæus paraph. *Prior pietas tua est, qua*
proselyta facta es: posterior qua negotium tuum trah-

ſi, veluti mulier quae ad coniugiale fœdus faciendum cum propinquo mariti demortui reſeruatur aliquo tempore, donec adoleuerit: non interim ſequendo iuuenes, ut cum illis ſortareris, ſive pauperes, ſive diuites fuerint. Poſtremo, ſentiebat illam magno tremore correptam, & non instar meretricum, procacem, fronteque perfricta: vnde eam bono animo eſſe iubet, dicens, *Noli timere, &c.* Dicit itaque: *Benedicta es a Domino filia, &c.* Id eſt, laudo & admiror in te præclara Dei dona, multasque virtutes quibus nobilitaris. Deum ſuppplex rogo, vt ſicut te præuenit in benedictionibus dulcedinis, ita prosequatur: ab eoque corpore & animo, diu noctuque, nunc & in æternum ſis benedicta.

Notat Theodoretus Boozum, Rutham filiam *Theod.* ſuam bis vocasse, quod patris loco eidem futurus eſſet: ac tum quoque verè paterno in eam animo afficeretur. Nam ut parens eam admisit in agris, mensa, lecto, & pudicitiae eius non ſolum laudator, ſed & custos ac vindex fuit. Potuit & authoritatis & ætatis ratione eam vocare filiam, cum & iudex ac rector populi eſſet, ætateque longè superior. Pauperum igitur, mendicorum, viduarum, tanquam propriorum liberorum, imò & membrorum Iefu Christi, partes ſibi tuandas fuſcipiant principes & magistratus, ſi ſuo officio deelleſſe nolint. Job inter omnes orientis reges eximius, à cunctis beatus & felix prædicabatur: quod pauperes vociferantes, & pupillos qui- *Math. 25:1* *tob. 29.* bus nō eſſet adiutor liberaret, cor viduæ cōſolare- tur, oculus erat cæco, pes claudio, atque pater

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

pauperum . Sedeciae regi , ac principibus qui
terram. 22.
 cum eo in Ierusalem obsidebantur à Chaldaeis, ex
 ore Domini libertatem ac victoriam pollicetur
 Ieremias , si facerent iudicium & iustitiam , libe-
 rarent vi oppressum de manu calumniatoris, ad-
 iuenam, pupillum & viduam non contristarent,
 neque opprimerent iniquè . Quæ quia non fece-
 runt, magnam populo & sacræ ciuitati cladem
 attulerunt. Viderint magistratus ac reges nostri,
 quid aliquando summo patri orphanoru , ac iudi-
 ci viduarum sint responsuri.

Pf. 67.

Dum tanta lenitate eam audiuit , parique affa-
 bilitate & comitate cum illa differuit , posteris
 reliquit exemplum , vt egentibus accessu faciles
 sint , & in omni sermone omnibus affabiles se-
 præbeant. Scribit Plutarchus Artaxerxem Cyni
 fratrem , tanta in audiendo facilitate præditum
Plut. in Regu apoph.
 fuisse , vt non solum seipsum affabilem præbe-
 ret adire & alloqui volentibus , verum , & vxo-
 rem legitimam iussit sublatis currus aulæis ve-
 hi , vt iis qui eam conuentam vellent , etiam in
 itinere pateret aditus. Recitat & Cassius Hadria-
Dion. Cass. in nis. Had.
 num imper . in colloquiis etiam abiectissimo-
 rum , mirè ciuilem & facilem fuisse : cósque de-
 testari solitum , qui hanc humanitatis volunta-
 tem ipsi inuidarent , hoc prætextu , quòd dice-
 rent , principis maiestatem vbique seruandam.
 Scilicet , aditu difficilem , morosum , asperum ,
 agrestem , & ferum se exhibere , est principem a-
 gere , non potius tyrannum . Ut ista feritas &
 barbaries mirum in modum voluntates omnium
 ab huiusmodi hominibus abalienat , ita econtra-

rio d
 mita
 que
 cem
 git ir
 bus o
 qualit
 humi
 auro
 pum .
 curi
 Po
 more
 memo
 que m
 uauer
 ate d
 famili
 uarent
 posterior
 more o
 bere p
 præsta
 que in
 excellu
 ra & v
 Omni
 nunqui
 multis
 ptum p

rio difficile dictum est , quantopere conciliet comitas affabilitasque sermonis, &c . Duriter atque acerbè subditos alloquens Roboam , decem regni sui partes amisit. Responsio mollis frā. 3. Reg. 11. git iram , sermo durus suscitat furorem . Omnis quidem , sed ditioribus ac potentioribus , qualis erat Booz, præcipit Syracides: Congregationi pauperum affabilem te facito , & presbytero humilia animam tuam. Nunc accessus ad Iudices , auro tantum ac munieribus onustis patet: Principum ac Regum

Curia pauperibus clausa est, dat census honores,

Census amicitias: pauper ubique iacet.

Porro, laudatur primò Rutha , à constanti amore erga priorem maritum dum viueret , cuius memoriam alta semper mente retinuerat : cuiusque matrem, veluti propriam ac naturalem obseruauerat. Postea sine liberis ac nominis perpetuitate defuncto, liberos suscitare studebat, qui eius familiam famamque in populo Dei perpetuò servarent . Atque illa est prior misericordia , quam hac posteriore reddidit commendabiliorē . In viuorum amore cultaque , simulatio & adulatio locum habere possunt; in defunctorum , non ita: ideoque præstantiora iudicantur officia quæ in hos, quam in illos exercentur . In utrisque verò Rutha excelluerat. Mors itaque nos à charorum syncera & vera dilectione nunquam sciungere debet. Omni tempore diligit qui amicus est . Charitas nunquam excidit. Fortis ut mors dilectio. Iacob multis diebus flebat Ioseph , quem à feris discesserat. Dauid vita functos Saulem soce-

1. Cor. 13.

Prov. 8. 9.

17.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Gen. 27.

2. Reg. 1.3. &

20.

Io. 11.

Act. 7.

Hab. 11. &

13.

Instit. lib. 3.

cap. 5 sect. 10.

Sap. 8.

rum, Ionatham fidum amicum, Abner & Ama-
sam duces in multis vtileſ luxit. Marthæ ac Mag-
dalenaꝝ pro fratre mortuo piam ſollicitudinem, ob-
ortæ lacrymæ probauerunt. Sepelierunt corpus
protomartyris Stephani viri timorati, atque in
defuncti desiderium planctum magnum edide-
runt. Paulus iuber memores nos eſſe præpoſitro-
rum vita functorum, eorumque conuerlationis
exitū interim, atque fidem imitari. Quantis laudi-
bus atq; encomiis, quanta reverētia ac veneratio-
ne prophetarū & patrū, qui ex hac vita migraue-
rāt celebrat memorī? Improbis igitur, atque in
viuētes ac defunctos crudelis Caluinus, qui nihil
nobis cōmune, nullum nobis commercium, cū mortuis um-
bris (his enim Epicuræis & planè atheis vocibus,
immortales ac beatos spiritus appellat) relietū ſe
blasphemat, omnem in alia vita degentium me-
moriā extinctam cupiens.

Secundò, laudatur Ruth à studio castitatis &
integritatis, quū omnino cauit, vel minimā libi-
dinis de ſe ſuſpitionē dare. Mariti lege ſoluta, nec
in patria, nec in Iudæa aliū virum hucusque qua-
ſierat, laſciuorū iuuenum greges ſtudioſe fugerat,
de mortui viri cognato penitus ſe reſeruans, ut ſe-
cūdum decretū Dei ex eo prolē luſciperet. Quod
in präſentiarū facit, non voluptatis ergò, ſed lo-
crus obediētia factum piè & candidè Boozus iu-
dicat. Präclara ſanè & magnis laudibus digna vi-
tus eſt corporis & animi castimonia. Quin imo
præcellens Spiritus ſancti donū eſt: quoniam à Sa-
piente dicitur: Nō poſſem aliter eſſe continēs, niſi
Deus det: & hoc iſpū erat ſapiētia ſumma ſcire

tuius esset hoc donū. Hoc autē (doctore Augu- Lib. 6. Con-
stino) illis datur, qui gemitu interno diuinā au- fess. c. II.
res pulsant, & in Deū fide solida iactant curā suā.

In ipurus apostata Luterus scripsit magis necessariā Concione de
esse viris feminarum copulam, quām comedere & bibere, vita cōingali.
quām screare & expuere, quām dormire & vigilare.

Nec magis puri Caluiniani, quum in Scuto fidei Dialec. 10.

sue, nunc afferunt hominem tres aut quatuor tantū dies
continere posse: mox addunt aequē impossibilem esse viris
a mulieribus continentia, quām vel iugiter orare, vel ie-
unare, vel vigilare. At semper continuerunt A-
bel, Helias, Heliseus, Daniel cum sociis, Iere-
nias, Baptista, Ioannes euangelista, Paulus, Ti-
tus, Timotheus, & alij absque numero. Diu ca-
tē purēque vixerunt Noëmi, Ruth, Iudith, Su-
zamitis, Maria, Anna, Martha infirmæ ac im-
becilles mulierculæ: quæ nec cibo, nec dormi-
tone diutius abstinuerunt. Christus dicens quoſ-
dam esse eunuchos ac spadones, qui seipſos ca-

ſtant propter regnum cœlorum, apertè docet
continentiae propositum non esse adeo impos-
ſibile iis, qui toto desiderio ad supernam pa-
triam anhelant: qui ieuniis ac duris labori-
bus carnis impetus frangunt: qui otium, deli-
tias, impudica consortia fugiunt; qui denique
continuis precibus ac lacrymis illud à diui-
no spiritu postulant. Petite ait filius Dei, &
accipietis, querite & inuenietis, pulsate & ape- Lxx. 11.
rietur vobis. Et rursum. Si quid perieritis patrem
in nomine meo, dabit vobis. Petierant, acce-
perant, & in vasis fictilibus fideliter seruauerant Ioh. 16.
hunc thesaurum illa centum & quadraginta Apoc. 14.

Matth. 19.

COMMENT. IN LIB. D. RYTH

quatuor millia, sequētia agnum quocunq; pergeret, qui cum mulieribus non fuerant coquinari.

1. Cor. 10.

Sed acutissimi (inquiunt aduersarij) sunt carnis stimuli, ignita Satanae tela, caro infirma, tentationes grauissimæ. Respondet Apostolus, fidelen esse Deum, qui suos tentari non permittit, supra id quod possunt: sed etiam facit cum tentatioe prouentum, ut possint sustinere. Non solum ce seipso, sed & de vniuersis in Christo renatis dicit Omnia possum in eo qui me confortat. Idem rufus: Mortificate, ait, membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam. Titillantibus ergo sensus nostros voluptatibus, aut etiam mentem grauiter pungentibus ac stimulantibus, obueretur ante oculos Christi patientis imago, illius duri pro nobis cruciatus expendantur; subeat castissimæ & sanctissimæ matris eius effigies: mortis ac districti iudicij diuini recordatio: singula inferorum à damnatis perferenda tormenta animo reueluantur: vniuersæ protinus euanescere illæ cœmotiunculæ. Feruentes adiiciantur ex toto pectore preces ad Deum patrem misericordiarum & totius consolationis, ne nos inducat in temptationem, sed à malo liberet. Pollicitus est: Non te deseram, neque derelinquam. Si virgere, adoque vrere perrexerint flammæ carnis, facile exinguentur, quando instar B. Hieronymi, horrebant faccio membra, & squalida cutis situm. Aethiopice carnis obduxerit. Quando quotidie gemitus, quotidie lacrymæ, & quando repugnantem humerus imminens oppresserit, nuda humo, ossa vix

Matth. 6.

Iosu. 1.

Epist. ad Euseb.

fio.

hærentia colliseris. Quando pallebunt ora ieiuniis, ad Iesu iacebis pedes, rigabis lacrymis, crine terges, & repugnantem spiritui carnem hebdomadarum inedia subiugaueris. Sed hæc difficultia, inquies. Fateor, sed regnum cœlorum hanc vim patitur, & violenti rapiunt illud. Hoc pacto caro crucifigenda est cum vitiis & concupiscentiis. Post Christum hæc crux ferenda, si cum eodem regnare desideras. Redeo ad Rutham.

*Matth. II.**Luc. 16.**Galat. 5.**Matth. 10.**& 16.*

Iubet eam Boozus securam esse: *Noli metuere*, inquit: simûlque omne pij viri officium eidē pollicetur. *Quicquid dixeris mihi, faciam tibi*, i. in gratiâ ac fauorem tuum. Sibi paupercula multis nominibus metuebat: ne videlicet impudica & procax aestimaretur, quæ voluptatis aut etiam egestatis causa, corporis quæstum facere veller. Deinde ne castitas sua in discrimen adduceretur. Audierat Lot vino sepultum filiabus stuprum intulisse. Timebat postremò, ne tantus vir matrimonio secūiungi recusaret, sicque cum rubore expelleretur. Diuino tamen nutu, ac viri humanitate effectum est, vt omni formidine liberaretur, & optatis gauderet. Eam itaque paterno protusus animo consolatur, metum adimit, atque omnem tutelam, omne auxilium promittit. Ergo officiū principum, iudicium, ac patrum familias est, afflitos consolari, & miseris solatio esse ac perfugio. Gladium portant ad vindictam malorum, laude verò bonorum. Erunt reges nutricij tui, ait Dominus ad populum suum, & reginæ nutrices. Salomon regum illustrissimus, non est dignatus paupercularum muliercularum querimonias au-

*Gen. 19.**Rom. 13.**Isa. 49.**3. Reg. 3.*

dire, & ius eisdem administrare. Extrema quæque minatur Dominus magistratibus & principibus, qui causas viduarum nec iudicabant, nec ad se peruenire patiebantur. Addidit Boozus.

12. *Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te esse virtutis*

13. *Nec abnuo me propinquum, sed est alius me proximior.*

14. *Quiesce hac nocte, & facto mane, si te voluerit proximitatis iure retinere, bene res acta est. Sin autem ille noluerit te accipere, ego absque ulla dubitatione te accipiam, Vixit Dominus.*

HEbraicè כִּי יְוָדָע בְּלַשׁ עַמִּי, Scit enim tota ciuitas populi mei. Et paulò post vbi legitur, Quiesce hac nocte, Hebraicè habetur, תְּלִילֵנִי? pernocta nocte, eodem vbique sensu. His autem Boozus Rutham suam celebrat à bona & honesta fama, quā propter egregias virtutes apud omnes conciues breui consequuta fuerat. Ait enim: *Scit omnis populus*. &c. Fama pudicitia tuæ omniū Beth-lehemitarum ore commendatnr, omnes te castam & studiosam prædicant, ideoque amant & venerantur. Non specio ego in vxore diuitias, genus, stemma, egregiam formam, sed virtutes: quibus præclarum nomen comparatur. Non me pudet tuæ paupertatis & abiectæ conditionis: & idcirco non est quod ti meas aut verearis, quin te & cubilis, & fortunatum vitæ meæ confortem velim adsumere. Ve-

rūm, obstat aliis me propinquior, cuius iura præcipere nolim, &c.

Hinc primò discant proci, quid præsertim in deligenda vxore spectare debeant: nimis ut de pudicitia & castitate bene apud omnes suos audiat. Cauent quoque puellæ ac iuniores vi-duæ quæ nubere volunt, ne sua leuitate atque lasciuia virorum animos à seipsis auertant. Ne-mo est tam impurus scortator, qui non castam coniugem velit. Nulla vñquam tam grata erit marito ob formam aut opes, quām ob castitatem & integritatem. Cura ergo illis habenda est de bono nomine: quando melius est bonum no-men, quām diuitiæ multæ, quām vnguenta preciosa. Rectè Augustinus scribit: Non sunt audiendi siue viri sancti, siue fœminæ, qui quando reprehenduntur, dicunt, coram Deo suffice-re conscientiam: existimationem hominum non solum impudenter, sed etiam crudeliter contem-nentes. Nobis quippe est necessaria vita nostra, aliis fama nostra. Qui famam negligit, crudelis est. Hieronymus quoque ait: Opera salutis sine fama boni odoris non satis reluent in auditori-bus. Nulla verò arte meliore optimam famam con-sequeris, quām si piè recteque coram deo, denique cum proximo vixeris. Semper enim niemo rem famam, qui bene gessit, habet. Nunc in nu-ptiis contrahendis, prima cura est peculi. Malunt quædam impuro & conscelerato nobili, quām pio rustico nubere. Quæ aliquot prædio-rum hæredes, aut notabili aureorum summa diuites habentur, etiam si fœdissima forma,

Ecl. 41.

Prov. 22.

11. quest. 3. c.

Non sunt.

Com. in 4.

Matth.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

etiam si à furiis oriundæ, contentiosè expetútur,
At infœlicia ille istiusmodi matrimonia, misera-
biles declarant exitus. Subiicit Booz.

Nec abnuo me propinquum, sed est alius, &c.

Quatuor optimi virti ac iudicis officia præstat.
Primum, cùm ius alterius sibi nefariè ac tyranni-
cè usurpare non vult. Sciebat præceptum esse:
Diliges proximum tuum sicut teipsum: nullus
verò res proprias à se violenter vult auferri. Item,
Non concupisces rem proximi tui: non seruum,
non ancillam, non bouem &c. multominus uxo-
rem alterius rapere licet. Lex naturæ, est Evan-
gelio roborata. Non facias aliis, quod tibi fieri
non vis. Apostolus quoque vetat circumuenire
in negotio fratrem suum. Vult itaque Boozus:
Noui legis decretum de accipienda vidua fratis
sine liberis defuncti: scio Hēr & Onam huius
decreti contemptores graui ultione à Domino,
percussos: *sed alius est propinquior me, &c.* Quem
prius conueniam, & officij sui monebo: ut quod
iustum est, iuste fiat. Cùm iudex sim Israëlis,
suum me cuique ius seruare ac reddere oportet.

At quorū nunc sunt, qui sibi licere putant, quæ-
cunque possunt? Qui concines fallere, socios
circunuenire, proximos improbissimè fraudare,
modò impunè id facere possint, nihil timent.
Agrum agro iungere, domum domui copulare,
iure vel iniuria imbecilliores proximi facultates
rapere, nihil antiquius habent? Huiusmodi autē
qui ædes magnificas extruunt, arces communiūt,
atque opes fraudibus & rapinis congerunt, gra-
uiter minatur yates: Væ qui congregat auaritiam

Exod. 20.

*Matth. 7.
1. Thess. 4.*

Gen. 38.

Ils. 5.

Abacuc. 2.

malam domui suæ , vt sit in excelso nidus eius.
Quia lapis de pariete clamabit : & lignum quod
inter iuncturas ædificiorum est , respondebit. Id
est, etiam ipsa ligna & lapides si alij testes defue-
rint, te rapinæ & iniustitiæ accusabunt, &c.

Secundum, quando matrimonium iuxta legem
Dei pollicetur, si aliis recusauerit. Quasi dixi-
set: Absit, vt decretis diuinis non obediam: irám-
que diuinam in meum caput accersam. Tibi, ne
ambigas, me propinquum non verbis solùm, sed
& facto comprobabo. Vindicem, adsertorem, ac
verè GOEL, id est, sanguinis vltorem me experie-
ris. Et si fortunæ bonis non abundes: sat ego do-
mi pro ambobus reposita habeo. Pro certo te
accipiam, non ancillæ, sed proprię coniugis loco:
quandoquidem ira lege sua decreuit Deus omni-
potens. Nihil ergo sanctius, nihil antiquius sit
principi ac magistratui, quam diuinis legibus in-
seruire , etiam si aliquando opes imminui ob id
videantur. Tametsi circa res politicas præcipue
versari illorum opera putentur : in his tamen di-
uinis præceptis potissimum locum dare debent.
Dominus constituit te regem, aiebat regina Saba 3. Reg. II.
ad Salomonem , vt facias iudicium & iustitiam. Deut. 17.
Rex sedens in solio regni iubetur Deuterono-
mium describere, illud secum habere , legeréque
omnibus diebus vitæ suæ: proculdubio vt serua-
ret, ac seruandum cunctis subditis proponeret.
Itaque quantum ad externam saltem obseruan-
tiæ attinet, custodes debent esse tum primæ, tu
secundæ tabulæ: & prævaricatores earum, quales
sunt blasphemi, sortilegi, hæretici , apostatae, di-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

tini cultus irratores, sacerorum dierum profanatores, parricidæ, mæchi, homicidæ, fures, &c. suppliciis cogere, ut ad meliorem frugem redeant, aut penitus è medio tollere. Regi ergo regum omnia regulorum nostrorum vota subsint, eius primùm legibus cedant, atque gloriose maiestati fasces submittant.

Tertium quod præstitit Boozus, est prudens cunctatio de contrahendo cum Rutha matrimonio. Licet arrideret animo eius, possitque cum illa illico contrahere, ac geniali lecto eandem admittere: non tamen id fecit festinanter ac imprudenter. De omnibus prius differere voluit, quæ nuptias impedire possent. Quo exemplo arguitur illi, qui rationibus nondum satis exploratis, matrimonij capistro nimium præcipites se se alligant. Quidam cœstro libidinis perciti, futuras vxores ante inita fædera constuprant: constupratae ducere recusant. Si ad id compellantur, innumerabiles rixæ, suspitiones, simultates, lites, oriuntur: ac postremò nonnunquam adulteria, vxoricidia, mariticidia, probra, horrendæ domorum atque familiarum euersiones. Proverbio dicebatur *Ἄνθετος οὐδέ ταχεῖς*, festina lente. Quod si in bellis, contractibus, & grauibus negotiis locum habet, id omnium maximè in contrahendo matrimonio obseruandum. In eo enim vix contingit bis peccare. Alij contractus dissolui possunt: iste nunquam. Quos enim Deus coniunxit, homo non separat. Mulier alligata est viro, quamdiu viuit. Etiam qui dimissam duxerit, mœchatur.

Quartò, Boozus futurorum sponsaliorum fidē

Matth. 19.

Rom. 6.

1. Cor. 7.

Zac. 16.

interposito iurecurando confirmat, dicens, *suscipiam te, viuit Dominus.* Quasi diceret: De mea promissione tam secura & certa esse debes, quām cōstat, credōque vnum esse verum ac viuentē Deū, qui omnibus dat esse & viuere. Huius autem formæ iurisurandi Deus in primis autor est, quādō ad confirmandos in promissorum suorum fide animos hominū, per semetipsum non raro iurauit. Ait enim ad Abraham, post animo destinatam filij oblationē: Per memetipsum iuraui, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, benedicā tibi & multiplicabo semen tuum ut stellas cœli, &c. Eandem promissionem iuramento firmatam frequenter postea repetit, Sicut iuraui patribus tuis. Rursum, cultū suum in aduentu Messiae per totum orbē propagandum pari iuramento confirmans dicit: In memetipso iuraui, quia mihi curabitur omne genu. Et per Ieremiā Israëli minatur: Si non audieritis verba mea, in memetipso iuraui, quia in solitudinem erit domus hæc. Alibi iurat per animā, i. vitā suā: alibi in brachio suo, id est, per virtutē & omnipotentia. Itē: in nomine suo magno: & in sancto suo. Hinc factū est, ut veteres patres in rebus grauioribus promissa sua non solū permittente, sed & iubente Domino, iisdem fere iuramentis confirmauerint, deūmq; in testem, iudicē, & vltorē, si illa fallerent, appellauerint. Sic legimus Abrahā, Mosen, Ioseph, Iosue, Dauidem, Solomōnem, & hoc loco Boozum iurasse. Quinimō cūm iuramentum sit quædam Dei inuocatio atque attestatio ad veritatis confirmationem, quando

*Gen. 22.**Isa. 45.**Jer. 23. 9. 51.**Annos. 6:**Isa. 62:**Ierem. 44:**Amos. 4.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

ritè peragit, id est, in iudicio, iustitia, & veritate, species est cultus diuini. Quapropter eius hostes se se produnt furentes Anabaptistæ, quando omnia prorsus iuramenta damnant ac execrantur. Dominum Deum tuum timebis, ait in lege Moses, illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis. Et iterum: Ipsi adhærebis, iurabisque in nomen illius. Et Dauid: Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Frequenter illis succenset Dominus, qui per alienos Deos deierant: atque id iuris iurandi genus, argumentum desertæ suæ religionis interpretatur. Filij tui ait, dereliquerūt me, & iurant in iis qui non sunt dij. Rursus: Disperdam eos qui iurant per Melchon, &c.

Deu. 6. &c. 10.

Pf. 62.

Jerem. 5.

Soph. 1.

Muth. 5.

Iac. 5.

Heb. 6.

Obiiciunt, iuramentum à Christo sine exceptione interdictum: Ego dico vobis ne iuretis omnino: sit autem sermo vester, est, est, non, non: quod ultra est, à malo est. At nunquam Christus patris legi aduersatur, qua permisit iurare in iudicio, iustitia, & veritate. Hac ergo prohibitione duntaxat periuria, & ea quæ legis regulam transgrediuntur, qualia sunt inania & superuacua iuramenta prohibuit: quæ vero lege permittuntur aut iubentur, salua reliquit. Nam nec Christus ipse abhorruit à iuramentis quoties opportunum fuit. Amen amen toties apud Ioanem repetitum species videtur iuris iurandi. quis putaret iuratum D. Paulum, etiam addita graui imprecatione, si iuramentum prorsus fuisset prohibitum? Aut docuisse controversias hominum iuramento finiri? Cauendum tamen omnino ne sint temeraria, ne promiscua, ne friuola: qualia nunc

nunc

nunc cheu! maiori ex parte fieri videmus. Me-minerint omnes lege cautum: Non assumes no-men Dei tui in vanum: nec enim insons erit qui frustra nomen Dei assumpserit. Item: Qui bla-sphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Propter vnius Rhabasias blasphemias, centum octoginta quinque millia de castris Assyriorum occidione delera sunt. Et Syracides scribit: Vir multum iurans replebitur multa iniquitate; & non discedet à domo illius plaga.

*Exod. 20.
Levit. 24:
4. Reg. 19.*

Eccles. 13.

15. *Dormi usque mane. Dormiuit itaque ad pedes eius usque ad noctis abscessum.*

16. *Surrexit itaque antequam homines se cognoscerent mutuo, & dixit Booz. Cae ne quis nouerit quod huc veneris.*

VEl hic saltem appetit summa Boczi princi-pis castimonia & temperantia. Solus cum sola, eaque formosa & iuuenula vidua, neque verbum quidem impurum protulit: sed tanquam Deo praesente ac spectante, pudicitiam sanctissimè seruauit. Non minori virtute Ioseph dominæ suæ amplexus exhorruit. Et Iob pepigerat fœdus cum oculis suis, vt ne quidem de virgine turpe quid cogitaret: tantum abest concupis-
ret vel constupraret. Laudat martyr Ignatius multorum virorum tum veteris tum noui testa-
menti castitatem, asserens illibz huius gratia apud Deum & homines claros euasisse. Non dubitat Hieronymus decem Sybillas pro virginitatis sue

*Gene. 39.
Iob. 31.*

Epist. ad Philadelph.

Lib. 1; Cont. 20. 1.

Kk

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

mercede divinationem, id est, prophetiq; donum
Lib. 3. hist. accepisse inter gentes. Eusebius & Ambrosius
Lib. de Vir- referunt quasdam Romanas matronas, maluisse
dus. seiphas crudeli ferro transuerberare, quam aliis à
 legitimis virus, sui copiam facere. Longè itaque
 integror & sanctior fuit hic Iudeus, non dico
 huius ævi militibus, & profanis principibus: ve-
 rūm & his omnibus qui reformati, euangelici,
 puri puti, & Apostolici dogmatis authores habe-
Serm. 1 de
Matrim. ex-
cuss. Argent.
 1525.
 ri volunt. Luterus quippe docuit: Si nolit vxor,
 veniat ancilla. Vxorem quoque impotentem ali-
 quanto virum noctam, cum fratre aut proximo
 illius occultum matrimonium pacisci. Anabapti-
 stæ, Luteri atque Zuinglij discipuli, promiscuos
 laudant concubitus, modo alter de altero conté-
 tus sit: vxores docent debere esse communes: &
 ad finem concionum, suppresso lumine, exclamat,
 Crescite & multiplicamini. Caluiniani & Zuin-
 giani qui aliquot valles in finibus Galliarum, Al-
 lobrogum, & Heluetiorum incolunt, non ita
 pridem docuerunt publicè, non solum cum vxo-
 ribus propinquorum, sed & cum propriis filia-
 bus ac sororibus commisceri licere, &c.

Iubet autem ad tempus ibidem Rutham quies-
 cere ac securè dormire: quia indecorum & peri-
 culosum rectè existimabat eam noctu per agros
 vel plateas errare. Tenebræ noctis multis ingen-
 tibus malis occasionem præbent. Securius furan-
 tur, scortantur, insidiantur noctu, quam diu. Tur-
 pia quæque sclera Apostolus appellat opera &
 arma tenebrarum. Qui malè agit, odit lucē. Ocu-
 lus adulteri obseruat caliginem, dicens, Non me

Rom. 13.
Iob. 24.

videbit oculus: & operiet vultum suum, &c. Nū
quam inter prudentes benē audient, qui noctu
vagantur ac cursitant, siue viri sint, siue mulieres.

Emitendo à se Rutham laudabili studio fate-
git Boozus suam illiusque famā illibatam seruare.
Licet nihil impurum admississent, nihil turpe co-
gitassent; licet innocens ac tuta coram Deo esset
utriusque conscientia: illi tamen satis non fuit.
Nouerat famam malum omnium velocissimum,
mobilitate vigere, & cundo vires acquirere. Scie-
bat prouidere bona, non solum coram Deo, sed
etiam coram omnibus hominibus. Inter homi-
nes, atque in conspectu oculorum proximi viue-
dum. Diligenter ergo cauedum est, ne aliqua spe-
cie mali aliis simus offendiculo. Boozus Rutham
emisit ante lucis exortum, prohibuitque ne per
eam alias nosset quod contigerat: ne quemquam
offenderet, vel obloquendi minimā ansam prae-
beret. Paulus nos vult ab omni specie mali absti-
nere: sine offensione inter omnes viuere: & com-
mendare nosmetipos omnium hominum con-
scientię in conspectu Dei. Et Christus iussit, vt
opera nostra bona lucerent coram hominibus, vt
inde Deū glorificaret, & ad similia pietatis studia
excitarentur. His autē qui malo exēplo occasione
peccati aliis præbēt, magnā dānationē imminere
asseruit. Væ homini per quē scandalū venit. Expe-
dit vt suspendatur mola asinaria in collo eius, &
demergatur in profundū maris. Væ mūdo à scā-
dalī. Væ homini, per quē scādalū venit. Qnis leue
peccatū iudicabit, quod toties repetita maledi-
ctione ac imprecatione à filio Dei damnatur?

2. Cor. 8.

1. Theſſ. 5.

2. Cor. 4.

Matt. 5: 27. 18.

COMMENT. IN LIE. D. RVT^H

2. Mach. 6.

3. Cor. 3.

Prou. 1.

Isa. 3.

Ferum. 3.

Maluit Eleazarus, iam nonagenarius, fortiter propria manu cadere, quam iunioribus Hebreis exemplo esse desertæ religionis. Vetus Apostolus usum (quantumvis licitum Christianis) carnium immolatarum idolis, ubi infirmorum conscientia periclitabatur. Monstra ergo sunt humana specie tecta, qui lætatur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Qui peccata sua sicut Sodomitæ prædicant. Qui frontem induerunt meretricis, nec erubescunt. Qui insanias libidines, stupra, præpostetas veneres, versibus comprehensas (sicut Theodorus Beza, & alij quidam amantes poetæ) prælo committunt, ut omnibus & præsentibus & futuris innotescant.

17. *Et rursum. Expande pallium tuum, quo operiris,
et tene utraque manu. Quia extendente et tene-
te, meus est sex modios hordei, et posuit super eam.*

18. *Quæ portans ingressa est civitatem, et venit ad
sacerdotum suum. Quæ dixit ei. Quid egisti filia? Nar-
ravitque ei omnia, quæ sibi fecisset homo.*

Chaldaeus paraph. his non nihil luminis adferit. Exhibe, inquit, linteum quo regeris, illudque tene. Quod cum teneret, mensus est hordei Sein sex, quæ illi superimposuit. Ei autem concessæ sunt à Domino vires sufficientes ad illa portanda, statimque ei creditum est per prophetiam, quod à se procederent sex iusti, qui futuri erant mundo, quorum quisque benedicendus erat sex benedictionibus. His sunt David, Daniel cum so-

ciis suis (Anania, Misäle, Azazia,) & rex Messias. Boaz verò ingressus est vrbem. Haec tenus ille. Alij Rabbini sex benedictiones illas soli Messiae tribuant.

Ex his primo loco obseruandum, liberalem ac magnificum hominem fuisse Boozum populi rectorum. Rutham prius in agrum & mensam ad miserat, conseruauerat pudicitiam, nuptias promiserat: nunc quantum ferre potuit hordei expurgati confert illi, & humeris ipse imponit, ut ad socrum, quæ domi satis pauperrime degebat, deferret: quo vitam tantisper sustentaret, donec nuptiae cum alterutro contraherentur. Hoc exemplo discant principes, ac opulenti pro quantitate suarum diuitiarum liberales esse in pauperes, viudas, pupilos, infirmos & imbecilles. Sectendum quod poteris esto misericors, aiebat senex Thobias, si tibi multum fuerit, abundantanter tribue: si autem parum, parum clargiri stude. Cum augentur dona, rationes crescent donorum. Qui fruges, qui aureos, qui vestes egentibus conferre non possunt, micam panis, vel calicem aquæ frigidæ saltem impertiāt: non perdent mercedem suam. Iosephus scribit Herodem crudelissimum alias & auarissimum tyrannum, famis tempore, vasa preciosa, thesauros, gemmas, imo & regias vestes in Ægyptum venum misisse, vt horū pretio frumentis comparatis, Iudæis esurientibus consolaret. Quis principum Christianorum huius impij, tantam pietatem vel à longè faltem nunc imitari vell? Summa nunc egestate confessis agricolis, opificibus durissimis continuisque laboribus fra-

Thob. 4.

Matth. 10.

Mar. 9.

Lib. 15. antiq. c. 11.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Etis, atque militum rapinis ac direptionibus ex-pilatis rusticis ac paganis, choreis & conuiuis delirant reges. Quid, delirant? Imò in dies nouis excogitatis exactioribus, adauatissime in immensum vectigalibus, omnes crudeliter opprimunt, & ad desperationem impellunt. Nullus Titus, nullus Traianus inter hos exclamat, cùm se nihil pauperibus dedisse recordatur, Diem perdidit.

Sed & multi sacri homines, qui de SS. Apostolorum, Episcoporum, Abbatum successione gloriantur, immensos redditus sibi tantum ac famulis, nepotibus, ganeonibus seruantes, non solum furti, sed & sacrilegij rei erunt coram Domino. Aurum enim habet ecclesia: non ut seruet, sed ut egenis eroget. Laudatur in sanctis Gregorius,

Sigebertus. quod omnes ecclesiæ Romanæ thesauros in
Petrus Diaconus. usus pauperum absumperit, tanta liberalitate, ut eius successor illum è catalogo pontificum dele-re conatus sit. *Augustinus* (authore Possidonio, cap. 24. lib. de vita eius) etiam vasa dominica pro captiuis Christianis redimendis, fregit, cōflavit, distribuit. Tantumdem præstiterat Ambrosius;

qua de re accusatus ab Arrianis, suam causam tutatur exemplo B. Laurentij, qui thesauros Philip-pi imperatoris Sixto Papæ commissos dispersit, deditque pauperibus. Spiridion non solum in mendicos, sed & in frugum atque ouiuū suarum fures mirè largus legitur fuisse. Cyprianus Carthaginensis præfus & totius Africæ primas, pro Christi nomine in exilium actus, pauperum tantam curam retinuit, ut ad ecclesiæ suæ Presbyte-

Ei. 2. off. c. 8.

Cassiodorus.
Niceph.

ros &
de su
sugge
poru
cerdo
At mi
defen
plicat
Ponti
sigilli
fint d
stroru
capit
quod

Por
modi
versu

Qu
cessa
diuin
re in
nesta
cte ve
eadem
inquit
Samu
tium
robos
animos
diantu
collat

ros & Diaconos scribens, iussit sumptus etiam de suorum vestimentorum & librorum pretio suggeri. Adeo, inquit Hieronymus, gloria episcoporum est pauperum opibus prouidere: & sa-
Eph. ad Npot.
cerdotum ignominia propriis studere diuitiis. At multi nunc avaritiam & illiberalitatem suam defendere nituntur, quod Reges toties multiplicatis decimis potiores Ecclesiæ opes rapiant: Pontifices Annatis, ac obtinendis diplomatum sigillis. Viderint utriusque quo iure id eotam Deo sint defensuri: ego verissimum istud patrum nostrorum axioma compleri existimo, Quod non capit Christus, rapit fiscus. Dabis militi scelerato, quod non es largitus egeno.

Porro, quæ ad quantitatē mensuræ Ephii, seu modiorum pertinent, superius dicta sunt, Cap. 2. versu 17.

Quando vero adiicit Interpres, à Domino concessas Ruthæ vires, quibus onus ferre posset, diuinæ bonitatis ac prouidentiæ opus singulare indicat & laudat. Præstat enim his qui honesta negotia aggrediuntur, non tantum ut recte velint: sed etiam ut valeant insister cœptis, eadēque laudabili fine absoluere. Operatur, Philip. 2. inquit Apostolus, velle & perficere. Et Anna Samuelis mater in cantico cecinit: Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Id est, Deus illis vires suppeditat & animos, quibus res supra vires humanas aggreditur & fœliciter perficiant. Diuinitus sibi collato robore Dauid leones & vrsos confecit, 1. Reg. 17.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Pf. 143.

Goliath superauit, variisque belis superior fuit,
Benedictus, inquit, Deus qui docet manus meas
ad prælium, & digitos meos ad bellum. Et rur-
Pf. 17. & 53. sus: Deus præcinxit me virtute, id est, bellica for-
titudine: posuit ut arcum æreum brachia mea;
præcinxit me virtute, ad bellum: supplantat in-
surgentes in me subtus me. Item eodem auxi-
liante, plurima in bello edere sibi pollicetur: In
Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum redu-
ceret inimicos nostros. Vnde tanta Sansoni fortitu-
do, vnde Ionathæ, ut soli, satis magnos exercitus
inuaderent, & cæderent? Oculi Domini, ait Ha-

2 Para. 16.

nani propheta ad Asan regem Iuda, contempla-
tur vniuersam terram, & præbent fortitudinem
his, qui corde perfecto credunt in eum. Et psal-
tes: Dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ
Pf. 67. benedictus Deus.

Isa. 11.

Sex porrò benedictiones Messiae recenset his
verbis Isaías: Requiescat super eum Spiritus sa-
pientie & intellectus: Spiritus consilij & forti-
tudinis: Spiritus scientie & timoris Domini. Illi
quippe diuini spiritus dotes collatae sunt sine mé-
sura: sed adeo plenè atque abundanter, ut ex ple-
nitudine eius omnes iustitum veteris tum noui
testamenti acceperint. In ipso complacuit patri,
Ioan. 3. omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare. In
Col. 1. & 2. eo sunt omnes thesauri sapientie & scientie re-
conditi.

Cæterum, Noëmi pro muru sua solicita, tota
nocte expectauerat, rei exitum Deo precibus có-
mēdās. Cōsultrix ei fuerat illi^o nocturnæ peregrina-
tionis & legationis periculosa: ideò redeunte

mag
neg
Dux
desp
furci
quip
offic
sanct
uien
Veta
stian
liger
sticè
las, q
lomo
dom
lum
in aë
copo
fami
uite
qui li
nere
trum
filij c
nunc
tutio

magno studio interrogat, quo pacto successerat
negotiū. *Quid egisti filia? Quo in statu res tuę sunt?*
Duxitne te Boozus in vxorem? Pauperculam ne
despexit? Inquirit autem, vt si prudentis vetulæ
rursum egeret consilio, lubens impertiret. Hoc
quippe inter veterarum, & piarum matronarum
officia connumerat Apostolus. Anus in habitu
sancto, non criminatrices, non multo vino ser-
uientes, bene docentes, vt prudentiam doceant.
Vetat quidē alibi eas loqui in sacris cœribus Chri-
stianorum: sed hoc de publicis concionibus intel-
ligendum. Hic verò vult illas priuatim & dome-
sticè sui præsertim sexus alias, filios, filias, & ancil-
las, quibuscum familiarius versantur, docere. Sa-
lomon palam fatetur se rectè piéque à matre sua
domi initio institutum fuisse. Augustinus nō so-
lùm permittit, sed & omnino vult patresfamilias
in ædibus pastorum, inspectorum, & veluti epif-
coporum munus obire, vt coram Deo bonam dē
familia rationem aliquando reddere possint. Gra-
uiter inuehitur Chrysostomus in illos parentes, *In Ps. 43.*
qui liberis permittunt impuras & diabolicas ca-
nere cantilenas; quod omnino à sanctorum pa-
trum moribus alienum pronúciat. Horum enim
filij cum laude dicere poterant: Patres nostri an-
nunciauerunt nobis. Verūm de liberorum insti-
tutione, iam superius diximus. *Fol. 37. 38. 39.*

*Tit. 2.**Proverb. 4.**Tract. 51. in
Io. & Com.
in Ps. 50.*

19. *Et ait. Ecce sex modios hordei dedit mihi,*
& ait: Nolo vacuam te reuerti ad socrum
tuam.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

20. *Dixitque Noëmi. Expecta filia, donec videamus quem res exitum habeat. Neque enim cessabit homo, nisi compleuerit quod locutus est.*

Gen. 27.

Thob. 10.

Luc. 2.

In Moralib.

Quemadmodum ad parentes spectat factotū rationem exigere à liberis , etiam adultis, ita horum vicissim est nunquam proterè respōsare, aut eos despicer: sed cum omni modestia & obseruatione, quæ fecerint ordine exponere, vt hoc Ruthæ exemplo docentur. Narrauit , ait Samuel, socrui, quæ sibi fecisset homo. Et ait. Ecce sex mōdios seu mensuras hordei, &c. Isaac studiosè à filio Iacob sciscitatus est, an primogenitus esset, & unde tam citò venationē cōsequi potuisset. Et Thobias iunior seniori patri ordine recensuit , omnia beneficia, quæ diuino nutu, per angelū Raphaélē in itinere, & in Media sibi collata fuerant. Christū post triduanā absentiam prudentissima mater & virgo interrogauit: Fili, quid fecisti nobis sic? Cui sapienter facere satis non detrectauit, dicēs: In his quæ patris mei sunt oportet me esse.

Ostentans quoque noua Boozi beneficia, se ab omni ingratitudine alienam demōstrat. Ut enim ingrati animi signum est vel celare, vel imminuere acceptum beneficium: sic grati ac studiosi illud ipsum libenter prædicare. Rectè Seneca : Beneficij accepti meminisse oportet: dāti verò obliuisci. At nunc istiusmodi sunt hominum ingenia, vt fugax sit apud eos beneficiorum memoria, iniuriarum tenacissima. Ingratorum hominum exempla sunt Adam in Deum, Agar in Saram, Labam in Iacob , Ægyptus in posteros Iosephi, Rex Am-

mon
stum
s. cap

Iu
re, a
uentu
re pe
gare,
rulita
pitus
huic
nund
prou
rem
Deo
otioso

C
seruat
item ,
sint. H
thorit
per sa
que: I
tende
fauer
quaqu
sam ,
deniq
breui
que c
est exp
pedire

monitarum in Dauidem, nouem leprosi in Christum, &c. Qui profana sitit, ex Valerij Max. libro s. cap. 3. hauriat.

Iubet autem Noëmi nurum domi se contine-re, atque patienter confidenterque expectare e-uentum totius rei. Prohibet illam circumcursa-re per alienas ædes, negotium in compitis diuulgare, ut sunt quædam loquacissimæ. Harum gar-rulitatem nundinis vbi maximus mercatiūm stre-pitus sonitusque auditur, comparantes Germani, huic proverbio dederunt locum: Tres mulieres nundinas faciunt. Dicerem de hac sententia proverbiali, Mulieres ornat silentium, ni time-retem laterem lauare. Meminerimus omnes, *Math. 12.* Deo reddendam esse rationem de omni verbo otioso.

Confidit autem Noëmi Boozum promissa sua seruaturum Ruthæ, magna in Deum fiducia: item, quod sibi viri eius aliæ virtutes perspectæ sint. Hæ siquidem veram apud alios pariunt au-thoritatem. Multis sceleribus deditis, etiam si per sacra omnia iurent, vix confidimus. Vult ita-que: Ex tam fœlici rerum nostrarum successu, at-tendere debes Filia, his Deum nostrum benignè fauere. Nisi instigatus fuisset ab eo vir ille, ne-quaquam te tam humaniter in agros, in men-sam, in castum cubile admisisset: nequaquam denique tantis bonis onerasset, atque nuptias breui curaturum se recepisset. A Domino ita-que cum patientia & precibus, quod super-est expectemus. Eius voluntatem nullus im-pedire poterit: ipse tibi de marito prouidebit,

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

& eum tanquam ex manu eiusdem gratanter ac-
cipes, quicunque tandem sit futurus. Sic ergo in
omni honesto negotio cum Dei inuocatione &
timore nos habeamus, ut id omne agamus, quod
in nostris viribus situm est: cumentum cum fide &
patientia diuinæ pietati commendemus. Ab eo
omne bonum, & omne donum perfectum de-
cendit. Expectantes expectemus eum, & inten-
det nobis. Bonum est cum silentio præstolari sa-
lutare Dei.

*Iac. 1.
Pf. 39. 54.
Iſa. 15.
Thess. 3.*

MYSTICA CAPITIS TER-
TII EXPLICATIO.

1. **M**Agna fuit Noëmi sollicitudo, ingens cu-
ra, ut Rutha sua honesto matrimonio
collocaretur, & ab opprobrio tum sterilitatis, tu-
gentilismi liberaretur. Sed longè maior totius ve-
teris Synagogæ patriarcharum & prophetarum,
ut Gentes vero & viuenti Deo fide, spe & chari-
tate copularentur. Ex his collecta ecclesia iam nō
idololatra, non ethnica, non præputium, nō ex-
pers diuini fœderis: sed dilecta, & misericordiam
consequuta vocaretur. Pater totius Israëlis Mes-
siam appellabat Gentium expectationem: audie-
rat quippe in semine aui sui omnes gentes aliquā-
do benedicendas. Euangelicus propheta exultas
49. canit: Erit in nouissimis diebus præparatus mons
*Eph. 2.
Oſe. 2.
Rom. 9.
Gen. 22. 17
Ij. 4. 2. & II.* domus Domini, & fluent ad eum omnes gentes:
In eum (Messiam) gentes sperabunt: ipsum gen-
tes deprecabuntur, &c. Gestit præ gaudio voca-
tionis gentium nequaquā delyrus senex Simeon,

cum in
uelatio
lis Sy
quām
cantest
lippus
eius sa
qui tu
confit
Ioann
fundet
nes eff
tię ad
esse. A
latis, r
stolus,
que vt
2. V
coniu
Synag
nis fus
tur om
pertin
lieris in
ctus ve
nostris
paruul
cēdens
tyram
fore ve
dum,
Tuba

cum in vlnis Christū tenens dixit. Lumen ad re- Luc. 2.
uelationem gentium, &c. Nihil antiquius fuit fi-
lius Synagogæ Apostolis & Discipulis Christi,
quam Gentes in variis cultibus dæmonum forni-
cantes, vero animarum sposo coniungere. Phi- Act. 8.

lippus eunuchum Æthiopem, deinde Samaritas
eius sacris initiauit. Cum hoc audissent Apostoli
qui tum Hierosolymis erant, congratulationis &
confirmationis ergo, miserunt ad eos Petrum &
Ioannem. Ingenti gaudio complebantur ac per-
fundeabantur discipuli, audientes etiam in natio- Act. 10. ¶
nes effundi gratiam Spiritus sancti: & pœnitent- II.
tię ad vitam locum eisdem relictum atque datum
esse. An non Romanis, Corinthiis, Ephesiis, Ga-
latiis, reliquaque, quos epistolis suis docet Apo-
stolus, veluti filii suis requiem querit, prouidet-
que ut bene sit illis?

2. Ut Booz propinquius, & cognatione carnis
coniunctus fuit Noëmi ac filiis, sic & Christus
Synagogæ. Ei qui primus signaculum circuncisio-
nis suscepit, dictum est. In semine tuo benedicen-
tur omnes gentes: quod ad Christum singulariter
pertinere docet Apostolus. Est itaque semen mu- Gen. 3:22
lioris initio protoparentibus promissum: est fru- 26:28.
ctus ventris Dauidis: filius hominis, os de ossibus
nostris, & caro de carne nostra. Ab Isaia vocatur Pſ. 131.
patruulus conceptus & natu ex Virgine, flos af- Eph. 5:31.
cedens de virga & trunco Iesse, cuius cibus sit bu- Iſa. 7:19; 11:5.
tyram & mel: quibus clarissime docetur Messia
fore verum hominem, vere ex muliere procrean-
dum, & ex eisdem nobiscum maioribus oriturū.
Tuba euangeliū clare personat Christum factum Rom. 1. & 9.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

esse ex semine Dauid , secundum carnem: itémque ex Iudeorum patribus , secundum carnem venisse Christum, qui est super omnia Deus benedictus in secula . De his iam superiorius diximus, fol. 210.

3. Porro, terrenus Booz aream ventilans , & purgans sub noctem, cælestem repræsentat : qui nouissima huius mundi ætate incarnatus & passus, ecclesiam suam multis tyrannorum persecutionibus, multis hæreticorum flatibus, multis hypocritarum & pseudochristianorum corruptelis examinari, cribrari, & purgari permittit . Experiuit Satanas , ait, vt cribraret vos sicut triticum. Et præcursor Christi de ipso concionatur: Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili . Herodes, Archelaus, alter Herodes, Pilatus, Pharisæi, Sadducæi, Scribæ, Pontifices, Seniores populi Iudaici; deinde Nero, Domitianus, Decius, Aurelianus, Valerianus, Adrianus, & alij ad Constantinum usque, postea vero Julianus, Valens, & aliquot Leones, omnibus tormentorum generibus hanc aream, id est, gentem Deo sacram & deuotam ventilarunt . Augustinus duodecim gravissimas & generales persecutions enarrat, quibus per quadragesimos annos variè exagitata & vexata fuit hæc Christianorum ecclesia. Nihil ambigit Tertullianus procellas persecutum à Deo immitti, in modo ecclesiæ necessarias esse ad probationem seruorum , & reprobationem factorum Christianorum . Hæc pala illa

*Lxx. 12.**Matth. 3.**Zib. 18. de Ci-
vit. c. 52.*

est (subiicit) quæ & nunc dominicam aream purgat, ecclesiam scilicet confusum aceruum fidelium euentalans, & discernens frumentum martyrum, & paleas negatorum. Hæc scala Iacob, aliis ascensum, aliis descensum ministrans.

*Lib. de fuge
in pers. &
lib. de pre-
script.*

Hæreticorum autem procellis docet eradicari plantam, quam non plantauit pater: de primis nouissimos fieri: & Christi aream fictis fidibus, veluti paleis purgari. Auolent itaque his ventilationibus paleæ leuioris fidei, eò purior massa frumenti in horrea Domini reponetur. Palmites autem ferentes fructum purgantur, ut plus afferant.

*Matth. 15. 8.
20.
Ioan. 15.*

4. Ad finem triturationis, Boozus conuiuum opiparum suis messoribus instruxit, atque cum illis non minus hilariter quam humaniter epulatus est. Et Christus in suorum laborum termino, epulum omnium excellentissimum suis Apostolis disposuit & parauit; quando in postrema cœna dedit illis propriam carnem in cibum, atque in potum, proprium cruentum. Coniuas suos vt hilarem in modum epularentur adhortans dicebat. Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: Hic est enim calix sanguinis mei, qui pro vobis & pro multis effundetur. Illos quippe messorum nomine vocauit dicens: Vos in labores aliorum introistis. Aspiceretis regiones albas ad messem. Rogate Dominum messis, &c. Ut Booz terrenus corde sobrio benedixit nomini Domini: ita & cœlestis, in suo conuiuio ac diuino sacrificio, patri gratias egit de fœlici superiori vita, de

*Matth. 26.
Luc. 22.
Io. 4.
Matth. 10.*

miraculis, de profectu euangelij, de tot credentium salute veluti copiosa messe collecta ex agris huius mundi. Deinde messores suos plus satis tristes de instanti morte, ac optimi præceptoris recessu, recreauit: simulque sponsæ suæ ecclesiæ de iugi sacrificio, quod omnibus Mosaicis finem imponebat, atque succederet, benignissimè prouidit. Qui si tantum corporis ac sanguinis sui signū vacuāmque figuram hoc in conuiuio dedisset, vt impie garriunt Berengariani, Zuingiani, & Calviniani, nihil eximius ac præstatius suis exhibuisset Boozus cœlestis, quam terrenus. Nam panis vinumque istius, æquè significare carnem potuit,

Heb. 7: & 8. atque illius. Itaque nec veritas præstaret figuris: nec nouum testamentum veteri antecellereret, nec Christus melioris testamenti spōsor ac mediator, nec melius ministerium sortitus esset. Nos quoq; vmbbris adhuc & figuris, sub elementis huius mundi Deo obsequeremur, quod in Galatis improbat apostolus.

5. Maritum ambiens Rutha, aquis lauatur a sordibus. Et lauacro regenerationis ac renouationis sancta efficitur ecclesia, vt animarum unico sposo copuletur. Quemadmodum ille pridē districte iusserrat infantem octauo die circuncidit, ita regni cœlorum extorrem pronunciavit eum, qui ex aqua & spiritu sancto renatus non fuerit. Paranyphos vbiuis locorum ac gentium ablegans, vt ad has spiritales nuptias omnes inuitaret, iussit eos docere omnes gentes: deinde sacris vndis abluere in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quibus efficitur, vt nō tantum iis qui pec-

Gal. 4.

Eph. 5.

Tit. 3.

Gen. 17.

Io. 3.

Math. 28.

cato

mo grat fuiss nem mi d confi pietat etis in Christ rum v exempl tates; Ierem & Ch & fan ctitat sunt: i stimer partic discip Petru differe pietat verò r Deus consig inimi Se Dei c tur. S fragili

cato originis detinentur, necessarium sit huiusmodi sacramentum, verum & illis qui singularis gratiae priuilegio ac beneficio antea iustificati fuissent. Debent enim his diuinis mandatis omnem obedientiam, & obseruantiam: & hac animi demissione susceptram gratiam adaugere ac confirmare. Deinde aliis ecclesiae membris in hoc pietatis exercitio sese adiungere, quatenus cunctis innotescat etiam externis symbolis, eos ad Christi gregem pertinere. Posttemò, sanctissimorum virorum, imò & ipsius Dei filij Iesu Christi exempla sibi ad imitandum proposita secum reputates; sicut longè antea iustos effectos Abraham, Gen. 17:1 Hierem. 1, Ieremiam, Baptistam, circuncisos tamen audiunt, & Christum, Deiparam, Apostolos, Cornelium, Luc. 1:1 & famulos, post susceptam à Deo gratiam & sanctitatem, baptismo lotos fuisse ambigere nō possunt: ita etiam sibi hoc lauacrum subeundum existiment. Apostolicorum laborum & consiliorum particeps Clemens Romanus, docet istud ab ipsis Lib. 6. recog. discipulis Christi dogma profectum esse, cum D. Petrum his verbis publica concione aliquando differuisse scribit: Ne putes quod etiam si omnem pietatem colas, omnemque iustitiam, Baptismum verò non accipias, spem possis habere apud Deum. Deus enim iussit omne in colentem se baptismum consignari. Quod si tu reniteris, contrarius es & inimicus voluntati eius.

Sed quid (dices) aquæ baptismus confert ad Dei cultum? Primò, quod Deo placuit impletur. Secundò, quia regenerato ex aquis & Deo, fragilitas prioris nativitatis amputatur, & ita de-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

10.3.

mum peruenit ad salutem: aliter vero impossibile est. Sic enim cum sacramento verus propheta testatus est dicens. Amen dico vobis, nisi quis de-nuò renatus fuerit ex aqua &c. Idem apud Clementem, D. Petrus paulò post concludit. Siue iustus siue iniustus, baptismus tibi per omnia necessarius est: iusto quidem, ut adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo: iniusto vero, ut peccatorum quæ fecit remissio concedatur. Eadem ferè omnia repetit & confirmat Epistola 4, quæ est ad Iulium & Julianum episcopos, adeò ut nullus compos sui dubitare valeat doctrinam apostolicam esse, quam tuemur de necessitate baptismi. Hanc postea & asseruerunt & posteris tradiderunt Tertullianus lib. de baptismō, Nazianzenus Orat. in sanctum lauacrum, Cyrillus Hierosol. in Catech. Augustinus lib. 4. de Baptismo cap. 22. Epistola 108, & alij ordine patres.

6. Rutha oleo delibuta iucundè olere, ac Bozzo suo placere studuit. Sublato typo, spiritalis Ruth, i.ecclesia, oleo sancto ac benedicto christmate in baptismō, spōlo suo vngitur & sacratur. Hinc enim veluti in acie perpetuò dimicatura pācratice atque athletice valet, nec crucifixi Dei ac seruatoris sui fidem ac doctrinam erubescit. Semel vero atque iterum in baptismō vngimur, scribit Iustinus martyr, ad Christi exemplum, qui & ante mortem à Magdalena, & post mortem rursum vnguis fuit ad sepulturam. Vocamus quoque his vnguis-tionibus tum ad passionem suarum, cùm gloriae suæ communicationem. Hos por-

Quæst. 13. ad
Orth.7.
tha,

rò ritus ab Apostolis quoque ecclesiæ catholicæ traditos fuisse nullus dubitabit, qui Ioannem Apostolum ad eos alludētem audierit. Vnctionem habetis à Sancto illo, & nostris omnia. Et iterum. 1.10.2.
 Et vunctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis. His proculdubio alludit ad eas vunctiones, quibus in Baptismo consecrati, & Spiritus sancti variis donis illustrati fuerant illi ad quos scribit. Clemens Romanus constitutiones Apostolicas scriptis colligens, tradit priorem vunctionem quæ sit sancto oleo in pectore & scapulis, significare participationem Spiritus sancti: posteriorem, quæ sit chrismate in fronte, veluti quoddam sigillum esse earum passionum, quæ in baptismo inter Deum & hominem conficiuntur. Quibus liquet non solum ab Apostolis traditam esse hanc cæremoniam; verum & eiusdem mysticam intelligentiam. Clementi æqualis Dionysius areop. spiritalem quoque significantiam huius inunctionis adfert, nimirum quod significet perfectam gratiam suauissimi odoris virtutum, quibus verum Christianum exornari necesse est. Cæteros huius apostolicæ traditionis testes & vindices tantum designabo: Irenæum lib. 1. cap. 8: Tertullianum lib. de resurr. carnis: lib. de corona militis. lib. 1. cont. Marcionem: Cyprianum Epist. ad Ianuarium & cæteros episcopos Numidas. Vide Adnotationes Pamelij viri optimi & doctissimi in Cyprianum: & nostras in Irenæum.

7. Cultiores ac mundiores vestes assumēs Rutha, illos adumbravit quibus dicitur, Deponētes Eph. 4.

*Lib. 7. consit.
apoſt. cap. 23:
42:43.44.*

*Lib. cœl. hier.
cap. 2.*

COM MENT . IN LIB . D . RVTH

veterem hominem cum actibus suis, induit enim
vnum qui secundum Deum creatus est in iustitia,
Apot. 6:et 7. & sanctitate veritatis: & qui referuntur stolas suas
lauisse & dealbasse in sanguine agni. Hanc mysti-
Pf. 44. ci Booz sponsam David scribit adstare a dextris
regis sponsi sui in vestitu deaurato, circumdatam
varietate . Hic porro ornatus ac decor illa veste
alba & splendente significatur, quae recens bapti-
zatis adhibetur . Vests candida, inquit Ambro-
sius, signum est quod exueris inuolucrum pecca-
torum , & induis innocentiae casta velamina . Et
Lib. de his qui
sacris init. ca.
7.
Catech. 3. Cyrus Hierosol . Ut in nuptiis induuntur pul-
cræ vestes, sic in baptismō: quia cum magno tege-
nupriæ contrahuntur . Huius quoque cæremoniæ
Apostolos authores esse ostendunt Nicephorus lib . 7. cap . 33: Chrysostomus Hom . 8. de re-
surr . Nazianzenus Orat . in sanctum lauacrum:
Laetantius Carmine de resurrect . Christi: Arno-
bius in Ps . 104: & 147: Tertullianus lib . de Ba-
ptismo: Dionysius areop . cap . 2. ecclesiasticae hie-
rarchiæ.

Matth. 6.

8. Quando clam descendit in aream, eam si-
gnificauit animi simplicitatem & integritatem,
qua cœlestis sponsa studet ei soli placere, qui cor-
dium inspecto est . Nouit eum lege sua canisse,
Cum oras, intra in cubiculum tuum. Cum ieunias,
vngē caput tuum, & faciem laua, ne videaris ho-
minibus ieunans, sed patri tuo qui videt irab-
scondito . Cum facis eleemosynam, noli tuba ca-
nere, &c. Attendite ne iustitiam veitrā faciatis co-
ram hominibus, vt videamini ab eis . Amat enim
spiritualis Booz mites & humiles corde, hisq; gra-

tixæ munera confert amplissima: super his autem resistit, & à suo cœlesti consortio longè ablegat. Humanas laudes captatis fores sui triclinij claudit, & iisdem pulsantibus respondet, Nescivos. Hinc vas electionis palam exclamat, Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.

*Iac. 4.
1. Pet. 5.*

Matth. 25.

Gal. 1.

9. Iacens ad pedes Boozi, eam designat demissionem animi, qua necesse est anima Christianam sic paratam esse ad omne cœlestis sponsi obsequium, ut omni alacritate mandatis eius obediatur.

Dicat itaque cum Psalte: Paratum cor meū Deus, *Pf. 107.* paratum cor meum. Et cum Apostolo: Domine, *Act. 9.* quid me vis facere? Eum dumtaxat diligit cœlestis ille sponsus, qui abnegat semetipsum, fert crux suam, & ad sui perfectam imitationem, sese componit. Patri autem suo per omnia obtemperauit, etiam usque ad ignominiosissimum crucis *Io. 5. & 6.* supplicium. Quippe non venerat ut faceret voluntatem suam, sed voluntatem patris.

Luc. 9.

10. Terreni Boozi somnus post epulas, eius spiritualis ac mystici somniū significauit, qui postquam triplicem cum discipulis cœnam peregit, legalem nimirum, communem, & mysticam seu Euangelicam, perrexit ad mortem. Filius hominis vadit, inquiens, sicut scriptum est de illo. Vando ad eum, qui me misit. Verè iuxta manipulorum aceruum dormiuit, qui dixit. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem morrum fuerit, multum fructum affert. Verè per mortem dormiuit, de quo *Pf. 3: & 4.* Vates. Ego dormiui & soporatus sum, & exursum, quoniam Dominus suscepit me. In pace

*Math. 26.
Io. 14. & 16.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Gen. 2.

in idipsum dormiam & requiescam . Eandem mortem designarat quoque prioris Adæ in paradiſo , & Ionæ prophetæ in nauि , grauis sopor .

Ion. 1.

11. Expauit Booz media nocte , & somno interrupto Rutham suam agnouit , & consolatus est . Christus quoque cum secundum corpus in sarcophago quiesceret , secundum animam diuinitati perpetuo nexus coiunctam , inferorum aliquot receptacula reapse petiuit , & patrum spiritus iam ab orbe condito aduentum eius ibi præstolantes visitauit , consolatus est , atque in libertatem filiorum Dei vindicauit . De hoc descensu David ,

(summis Apostolis Petro & Paulo interpretibus)

Act. 2: & 13. cecinit : Non derelinques animam meam in inferno . Et rursus : Domine eduxisti ab inferno animam meam , saluasti me a descendenteribus in lacum . O

Ose. 13.

seas quoque scribens : De manu mortis liberabo eos , de morte redimam eos . Ero mors tua ô mors , morsus tuus ero , in ferne : non solum omnium patrum Christianorum sententia , verum & Rabbi Mosis Hadarsam , & Rabbi Iehosue Ben-Leui , a liorumque veterum Hebræorum calculis , prædicti

Math. 12.

Messiam ad inferorum loca descendelurum , ut inde seruorum suorum animas liberaret . Sed quid clarius his Christi verbis , Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus ac noctibus : sic erit filius hominis in corde , i. meditulio , terræ ? Quid aptius hac Apostoli concione . Quod ascendit , quid

Eph. 4.

est , nisi quia & descendit in inferiores partes terræ ? An non sepulcrum in quo caro eius triduo iacuit , in superficie terræ situm erat ? Superest ergo , ut eius anima reali descensu centrum , & in-

feriores terræ partes penetrauerit. Omnia euidentissimè hanc ad tartara Christi profectionem ^{1. Pet. 3.} ac eiusdem utilitatē his declarat & confirmat Petrus Apost. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: ut nos offerret Deo mortificatos carne, viuificatos spiritu. In quo & his, qui in carcere erant spiritibus veniens prædicauit. En inferorum carcer, quo sanctorum animæ detinebantur. En profectio spiritus Christi ad illos. En illis nunciata, & exhibitam redēptionem. Quid clarius & firmius: Miseri itaque & excæcati Caluiniani & Zuinglianii, qui ne purgatorij locum admittere cogantur, hunc Christi descēsum ad inferos aut inficiantur, aut in alienū sensum nec sine execrādis blasphemii, detorquēt. Hāc causam cōtra illos vberius tractauim⁹, Libro 3. Appendicis nostræ contra hæreses, hæresi 9.

12. Rutha diligenter locum notauerat¹, in quo futurus sponsus dormitum petregerat. Sic & mystica Rutha. j. Ecclesia, & quælibet fidelis anima accuratè & piè contemplatur crucis (in qua dilectus animam suam pro omnibus nobis posuit) mysteria . In his enim animo intuetur, quām præpotenti Deo iniusta sunt peccata, quæ non nisi tot, tantisque suppli- ciis elui potuerint. Iustitiam Dei perspicit, quæ Rom. 8. tam durè & acerbè eadem puniuit, etiam in prædilecto filio, nostro vade ac sponsore. Proprio filio non perpercit. Propter scelus popu- ^{1sa. 53.} li sui percussit eum, Vulneratus est propter ini- quitates nostras: attritus est propter scelera no- stra . Adhæc, secum ipsa considerat, quanta

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

animi moderatione & patientia tam grauissima tormenta Dei filius pertulerit, tum ut patri obediret, tum ut ingratisimi huius mundi scelera expiaret. Postremò, infinitam Dei bonitatem, gratiam ac misericordiam in hoc mysterio contemplatur, quibus dumtaxat permotus, ne nos in æternum periremus, tantis afflictionibus filium subiecit. Sic mundum dilexit, ut filium suum unigenitum daret. Cum Paulo itaque exclamat: Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.

Io. 3.

Galat. 6.

Math. 24.

Gen. 22.

Leuit. 14.

Lib. 4. De monst. cap. II.

13. Dum pedes, id est inferiorem ac ignobilitem Boozi partem, non superiorem discooperit, ibidemque iacet, designat Christum secundū humanam solum naturam passurum & moriturum, non secundū diuinā. Hinc crux signum filij hominis propriè dicitur: quoniam nec cruci affigi, nec de ea pendere, in eadēmque vna cum sanguine & vitam profundere potuisset, nisi verus homo. Crucis itaque mysterio omnibus manifestum factum est, Messiam ex filiis Adæ veram carnem assumptum. Istud Isaac adumbrauerat sacrificium, quo non ipse filius Abrahæ, sed aries hærens in spinis, immolatione interiit. Alterius etiam hircorum, & passerum sanguis sub lege fundebatur, altero remanente incolumi ac libero. Sic Christus, inquit Irenæus, carne passus est, quiescente Verbo. Duplici similitudine id fieri posse ostendit Eusebius: Ut solis radij mortua, fordanique corpora attingentes, nullo fætore corruptuntur: cytharæque nervus, illæso cytharœdo persæpe frangitur: sic patien-

te filio Adæ, nihil patiebatur quod à patre processerat.

14. Postulauit autem. *Ez-pande pallium, seu alam, super famulam tuam.* Et mystica Ruth in Canticis rogat, Osculetur me osculo oris sui. Leua ^{Cant. 2.} eius sub capite meo, & dextera illius amplexetur me. Et in Psalmis, Sub vmbra alarum tuarū protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt. Mysticus quoque Boozus adulteræ synagogæ exprobrat: Volui congregare filios tuos sub alas, & noluisti. Pallij eius expansione operiri ac protegi petimus, cùm eius gratia iustificari, eius auxilio à maligno liberari, eius meritis saluari rogamus. Dicamus ergo. Tu propinquus, tu caro de carne nostra, tu libertatis vnicus assertor & vindex: esto igitur aduocatus apud patrem: peccata nostra tuo sanguine deterge: in iustitia tua libera & serua nos, &c.

15. Benedicitur, & propter multas insignes virtutes, multis laudibus Moabitis vidua à Boozo celebratur. De spiritali quoque Rutha dicit sponsus. Vna est columba mea, vna est perfecta mea, vna est amica mea. Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias. Viderunt eam filiae Sion, & beatissimam prædicauerunt, & reginæ laudauerunt eam. Ecce tu pulcra es amica mea, ecce tu pulcra es: oculi tui columbatum. Hortus conclusus fotor mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Celestes quoque spiritus excellentem decorē ac pulcritudinem huius admirantes, inter se querunt. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, electa yr

Matth. 23.

Cant. 1: 2:4.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Pſ.103.

sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Quin imò illam præuenit in benedictionibus dulcedinis longè abundantius; & opera eius imperfetissima licet, in meliorem partem multò humanius interpretatur & accipit, quām vñquam terrenus ille Moabitæ suæ. Eius miseretur ut pater filiorum, quoniam ipse cognovit figuratum nostrum.

Euc. 24.
Io. 20.
Mar. 16.
Matth. 28.

Rom. 8.
Irenaeus lib. 5.
c. 28. Euseb.
lib. 5. cap. 30.
Hieronym. in
Catal.

Dan. 7.

16. A constanti dilectione defuncti sponsi prædicatur nostra vidua. Ecclesia quoque laude sua non caret, quod Christum crucifixum, mortuum, & sepultum perpetuò diligat. Quatuor ecclesiæ filiæ illum ē ligno depositum, ingenti amore percitæ amplecti ac vngere properabant. Apostoli, discipuli, innumerabiles martyres omnibus generibus suppliciorum excruciarí, morisque maluerunt, quām ab huius sponsi cœlestis amore recedere. Paulus ecclesiæ filius exclamat: Certus sum quod neque mors, neque vita, nec altitudo, nec profundum, nec creatura aliqua poterit me separare à charitate quæ est in Christo. Et martyr Ignatius audiens rugientes ac emissos in se propter Christi testimonium leones, dixit. Iam frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut purus panis cum illo inueniar.

17. Laudatur postea Ruth à studio castitatis & integratatis. Sponsa quoque cœlestis Boozi, ex quo semel adhæsit seniori illi, quem graphicè depingit Daniel, nunquam iuuenes vel diuites vel pauperes, id est, idololatras, hæreticos, Turcas, Iudæos, Philosophos, quantumlibet facundiæ artibus, aut terræ opibus instructi fue-

rint, sequuta est. Nunquam adhæsit Neroni, Domitiano, Valeriano, Diocletiano, aliis vñ tyranis: sed potius filiorum suorum sanguine & constantia illos vicit & fregit. Nunquam abripi potuit à sponsi fide, dilectione, & obedientia per Porphyrium, Lucianum, Celsum, Hieroclem, Appolonium summos & eloquentissimos homines desertores & transfugas. Horrendis anathematibus à suo grege sciunxit. Simonē Magum, Ebionem, Valentimum, Cerinthum Carpocratem, Marcionem, Manichæum, Sabellium, Arrium, Pelagium, Donatum, Nestorium, Eunomium, Photinum, Vigilantium, Aërium, Iouinianum, Berengariū, Vviclephū, Lutetum, Zuingliū, Oecolampadiū, Seruetū, Caluinum, & ceteros pseudoprophetas ac seductores; qui tanquam impurissimi lenones, puritati eius sunt inficiati. Imò nec portæ inferi prævaluuerunt aduersus eam. Est enim columna & firmamentum veritatis adeo & constans, ut nunquam vacillarit. Lectulum istum Salomonis supra sexaginta fortis ambiūt ad bella doctissimi. Turris David cum propugnaculis meritò vocatur.

1.Tim.3.

Cant.3.

Cant.4.

18. Porrò, mysticæ Ruthæ famam & perennē laudem, quis satis explicaret? Concupiuit summus celorum rex decorem eius: filiæ Tyri in munieribus vultum eius deprecantur. Dum esset rex Messias in accubitu suo, nardus sponsæ dedit odorem suum. Lectulus eius floridus, ligna dormorum cedrina, laquearia cypressina. Ascendit de deserto ut virgula fumi & thuris, & vniuersi

Pſ.44.

Cant.1.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

pulueris pigmentarij: odor vestimentorum eius super omnia aromata. Sicut vitis fructificat sua uitatem odoris, &c.

19. Promisit Booz suæ Ruthæ, *Quicquid dixeris mihi faciam.* Et Christus Ecclesiæ suæ filiis, *Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis & fieri vobis.* Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vbicunque fuerint duo vel tres in nomine meo, de omnibus quamcumque petierint, fieri illis a patre meo. Petite & accipietis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Quibus vniuersis, non solum spiritum deuotionis & precum suis pollicetur, verum etiam ad orandum impellit, & celestem patrem propter se placabilem nobis & exorabilem redditum esse: & ideo nos planè exauditurum illum adseuerat.

20. Moabitis ad pedes Iudicis Hebræi iubetur nocte quiescere. Ecclesiæ quoque filii finita huius vitæ peregrinatione, ad tempus quiescunt, expectantes beatam spem, reuelationem gloriae filiorum Dei, aduentum quæ magni Dei. Abraham dicitur. Tu ibis ad patres tuos in senectute bona. Id sibi dictum quoque putent, qui eius fidem sequuntur, & opera faciunt. Moram faciente sposo, omnibus tum prudentibus, tum fatuis est dormiendum. Sed & martyribus dicitur, ut adhuc modicum expectent, donec compleatur numerus fratrum suorum. Patienter igitur Saluatorem expectemus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, &c.

21. Nec magis abnuit se propinquum nostrum

Mar. II.

Io. 16.

Matth. 18.

Luc. 11.

Tit. 1.

Gen. 15.

Matth. 25.

Apoc. 6.

Philip. 3.

esse
merci
Mod
cord
fletu
sed &
plati
bus c
mort
pella
meis.
dit n
fratri
rint v
tam f
geret
bonit
perer

22.
dam
in ho
inne
spirit
nec d
lico f
les ira
cit. C
vnum
sterit
propri
ante
Eccl

esse cælestis Boozus, quām terrenus Ruthæ: tamē si peccatores & filij gehennæ natura simus. *Terem. 31.*
 Modò enim peccata serio displiceant, & in toto *Ior. 1. 1.*
 corde nostro ad ipsum conuertamur in ieiunio, *Zach. 1.*
 fletu, & planctu, non solum conuertetur ad nos: *Ioan. 20.*
 sed & pro charissimis seruis, amicis, & fratribus
 plahè nos reputabit. De grauissimis peccatoribus
 dixit: Vade, dic fratribus meis, quia surrexi à
 mortuis. Non erubescit homines fratres suos ap-
 pellare dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus
 meis. Et iterum: Ecce ego & pueri mei, quos de- *Heb. 2.*
 dit mihi Deus. Publica populi concione pro *Pf. 1. 1.*
 fratribus habiturum se recepit; quicunque fece- *Isai. 8.*
 rint voluntatem patris sui qui in cœlis est. *Matth. 11.*
 Quis tam stupidus, qui ad hæc tota mente non assur-
 geret? Non planè recrearetur? Non in diuinæ
 bonitatis laudes, & gratiarum actiones erum-
 perer? &c.

22. Alter spiritualis Ruthæ propinquus est Ad- *1. Cor. 15.*
 dam de terra terrenus, homo animalis: qui cum *1. Cor. 2.*
 in honore esset, non intellexit, sed comparatus est *Pf. 48.*
 iumentis insipientibus. Iste Rutham nostram
 spiritalem ab opprobriis vindicare nec voluit,
 nec debuit, nec potuit: sed potius consilio diaboli-
 co fidem suam accommodans, eam in horribili-
 les iræ diuinæ minas, ac æterna supplicia conie-
 cit. Omnes quippe in eo peccauimus. Per hunc
 vnum hominem peccatum intravit in totam po- *Gen. 3.*
 steritatem, & per peccatum mors. Aut si maius, *Rom 3: 23.*
 propinquus iste chorus est Prophetarum, qui
 ante Messiæ aduentum synagogæ, id est veteri
 Ecclesiæ præfuerunt. Hi spiritalem Rutham

Exod. 3.
Ps. 44.
Isa. 64.
Matth. 3.
Io. 1.

Isa. 64.

Ose. 3.

ducere nequuerunt: quoniam non verè illius sponsi, sed tantum futuri sponsi patanympfi fuerunt. Mitte inquietant, quem missurus es. Et ad Messiam: intende prosperè, procede, & regna. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes. Hinc præcursor: Post me venit, qui ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calceamēti soluere. Qui habet sponsam, sponsus est. Hic est qui tollit peccatum mundi, &c. Hi ergo cùm nō possent hominum genus in libertatem asserere quid Christus?

23. Non solum præmisit, sed & iuramento, réque ipsa postmodum confirmavit se spiritalē Rutham matrimonio accepturum & ab omni opprobrio asserturum. Amplissimam promissionem recenset Isaías his verbis: Noli timere, quia non confunderis, neque erubescas: non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius. Quia dominabitur tui (Heb. quia maritus tuus) qui fecit te: Dominus exercituum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Israël, Deus omnis terræ vocabitur. In Osea quoque postquam Synagogæ repudium misit dicens: Quoniam ipsa non vxor mea, & ego nō vir eius. Filiorum eius non miserebor, quoniam filij fornicationum sunt: quia fornicata est mater eorum. Ecclesiæ ex gentibus colligendæ (quam Rutha significat) pollicetur: Sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus:

Et sp
mini
spon
core
Qua
quer

24
Sub
qua
gelij
Vmb
fuit
amb
bitan
reru
Amb
Quo
gelij
omni
Ipse
gent
stum
quan
Et it
pinq
rum,

25.
non
inqu
tem
gnau

Et sponsabo te mihi in fide: & scies quia ego Dominus . David quoque Messiam comparat cum sponso procedente è thalamo suo : & rege decorum reginę stantis sibi à dextris concupiscente. Quando vero hæc promissa adimplēta sint , sequenti capte dicetur.

Ps.18: 44

24. Summo mane Rutha Moabitis surrexit. Subducto figuræ velo , suam auroram , primāquam lucem habuit Rutha mystica , cùm euangelij fulgorè legis nebulæ sensim depulsa fuerunt.

Vmbra quippè futurorum sub Christo bonorum fuit lex : in Christi autem aduentu , populus qui ambulabat in tenebris vidi lucem magnam : habitantibus in regione vmbre mortis , id est , ingēti rerum diuinarum ignoratione , lux orta est eis.

Heb.10.

Ambulabunt , inquit Isaías , gentes in lumino tuo. Quod nam verò lumen , præter Messiam , & euangelij fulgorem ? Ipse est lux vera , quæ illuminat omneum hominem venientem in hunc mundum.

Isa. 9.

Ipse est lux mundi. Ipse lumen ad reuelationem gentium , & gloria Israëlis. De tenebris per Christum discussis Paulus scribit : Vos eratis aliquando tenebre , nunc autem lux in Domino. Et iterum : Nox præcessit , dies autem approxinquaret : abiiciamus ergo opera tenebrarum , &c.

Matth. 4.

Isa. 60.

25. Boozus cùm posset transgredi cum Rutha , non est transgressus : sed domuit cupiditatem suā , inquit Paraphrastes , ac secum in lecto iacentem pudicè tractauit. Illum proculdubio designauit , qui peccatum non fecit , nec inuentus est

Io.1: 9. 10.

Luc. 2.

Eph. 5.

Rom. 3:.

Isa. 53.

1. Pet. 2:.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Hab. 9.

dolus in ore eius. Talis autem decebat ut esset nobis pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus: qui non haberet necessitatem prius pro suis delictis hostias offerre. Quo namque pacto patrem nobis placasset, si ei nobiscum fuisset infensus?

Matt. 17.

26. Rutha iubetur ad tempus cuncta quæ contigerant celare. Alteri quoque à cœlesti Boozo dicitur: Nemini dixeritis visionē, donec filius hominis à mortuis resurrexerit. Nolebat quippe suæ deitatis, ac nostræ redēptionis sacramēta ante tempus importunè vulgari. Tametsi Gētibus æquè ac Iudeis salutis præco & author missus esset, hoc tamen ordine manifestum fieri sapienter decreuerat. Inde Apostolis primū dixit: In viam gentium ne abieritis, nec in ciuitates Samaritanorūm intraueritis. Postremò verò: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Itēmque. Eritis mihi testes in Hierusalem, Iudæa, Samaria, & usque ad ultimum terræ. Et Paulus vocationem gentium appellat mysterium à seculo in Deo absconditum.

Act. 1.

Eph. 3.

Eph. 4.

27. Noluit Boozus pauperculam Moabitidem vacuam redire, ideo sex puri graui mensuras, id est, quantum capere ac ferre potuit, dono illi contulit. Cœlestis autem longè abundantioribus & melioribus beneficiis suam sponsam exornauit. Ascendens quippe in altum dedit dona hominibus, quum eorum quosdam fecit Apostolos, quosdam Prophetas, alios Euangelistas, alios pastores

pastores & doctores ad consummationem san- *Eph. 4.*
 ctorum, in opus ministerij, in ædificationē my-
 stici corporis sui. Horum quicunque munera di-
 ligenter expenderit, perspiciet facilè & apertè
 quām ingentibus rarisque donis suam Christus
 Rutham dotauerit. Illis quippe datum est nosse *Math. 13.*
 mysteria regni Dei, eadēque cunctis mortali-
 bus reuelare: deinde, stupendis miraculis quæ
 docuerint confirmare: postea, Sacramentorum *Mar. 16.*
Io. 20.
 dispensatione peccata remittere: peruicaces ac
 refractarios Satanæ tradere in interitum carnis:
 titus sacros, ac leges condere quæ hominum cō- *Math. 18.*
 scientias coram Deo obligent: sedere denique *& 19.*
 super sedes duodecim, ac diiudicare duodecim
 tribus Israëlis. An non hæc longè præstantiora,
 sex modiis horde?

28. M oabitis cum suis donis, ciuitatem, ma-
 trisque domunculam lœta repetiit. Et militans
 ecclesia cum ea, quæ iam in cœlis triumphat, tan-
 dem aliquando ouans coniungetur. Venient ab
 oriente & occidente, & recubent cum Abrahā, *Matth. 8.*
 Isaac, & Iacob Synagogæ patribus in regno cœ-
 lorum. Hierusalem illa cœlestis, mater primitio- *Gal. 4.*
 rum, ac libera, est mater nostra quæ sursum est.
 Hanc toto studio inquiramus, ad hanc propere-
 mus: quandoquidem hîc permanentem non ha- *Heb. 13.*
 beamus.

29. Noëmi anxiò ac sollicito animo erat
 super sua nuru. Summa quoque sollicitudi-
 ne salutis ac vtilitatis nostræ tenetur vniuer-
 sus cœlestis sanctorum chorus. Magnus il-
 lic (ait Cyprianus) nos carorum numerus

COM MENT. IN LIB. D. RUTH

expectat, parentum, fratribus, filiorum: frequens
Cypria. serm. nos & copiosa turba desiderat, iam de sua im-
mortali tate secura, & adhuc de nostra incolumi-
de mortal. tate solicita. Et Origenes, Omnes sancti, inquit,
Hom. 3 in qui de hac vita decesserunt, habentes adhuc cha-
Cant. ritatem erga eos, qui in hoc mundo sunt, si dicā-
2. Macha. 15. tur curam gerere salutis eorum, & iuuare eos
precibus suis, atque interuentu apud Deum, non
erit inconueniens. Scriptum est namque in
Machabæis: Hic est Hieremias pro-
pheta Dei, qui semper orat
pro populo.

ex co-
lis, ex
natus
partes
missis
cauit,
tham e
renunti



LIBRI RVTH CAPVT QVARTVM.

I. Ascendit ergo Booz ad portam, & sedet ibi. Cumque vidisset propinquum praetereire, de quo sermo prius habitus est, dixit ad eū: Declina paulisper, & sede hic: vocans eum nomine suo. Qui diuertit & sedet.



XPLICATIS superiori capite occasionibus, consiliis, atque pollicitationibus de futuro Booz & Ruthæ matrimonio; hoc ultimo describit Samuel quomodo contractū, consummatumq; fuerit: atq; ex eodem procreati sint principes & reges Istaëlis, ex quibus Christus secundum carnem nobis natus est. Sunt autem quatuor eius præcipuae partes. Prima continet quomodo Booz stas promissis, alterum Elimelechi propinquū in ius vocauit, tentauitque an agrum illius emere, & Rutham ducere vellet. Secunda huius propinqui ab renuntiatione, discalceationemq; declarat. Tertia

Mm ij

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Ruthæ cum Boozo nuptias, ac concium congratulationes recenset. Quarta Obed puerum ex his suscepsum recitat, simûlque Noëmi & vicinarum eius gratitudinem. Postremò, describitur genealogia Boozi, ex qua Iesse, Dauid, deinde Christus.

Principiò, notanda est diligenter Boozi iustitia & constantia. Quod Ruthæ promiserat, & iuramento interposito confirmauerat, licet nocte, post epulas, clam, & sine ullius hominū testimonio, constanti excelsòque animo præstare pergit. Totius populi princeps ac rector incipi, peregrinæ, atque viduæ, ex gente Moabitica Iudæis non parum inuisa, non sine multorum applausu forsitan, negare potuisset quæcunque promiserat. At secum iuste reputans fidem nunquam fallendā, & sacrum nomen Dei nunquam in vanum assumentum, nihil cunctatur, nihil excusat: sed facto mane fidem liberaturus, *ascendit ad portam, & sedet ibi.* Exemplum ergo relinquit seruandæ fidei semel dataæ, etiam si coram hominibus quædam incomoda sequi videantur. Nunquā fides violari potest absque mendacio: constat verò omne prorsus mendacium quantumlibet iocosum aut officiosum, peccatum esse: nunquam itaque frangi possunt hominum pacta sine delicto. Si promissa testibus adhibitis, chirographis, iurecurando, imprecationibus confirmauerint, tum adhuc maiore studio ea seruanda veniunt: & adiunctis, grauioribusque sceleribus violantur. Mendacio quippe ac falsitati accedunt periutia, contemnitus diuini iudicij, vniuersi iuris violationes, &

*Aug. li. cont.
mend.*

proximorum varia incommoda. Gabaonitis licet cum fraude & simulatione accendentibus, Iosue fidem seruavit: noluitque fallere, cum retectis fraudibus eorum, potuisset. Studuit quoque Raab donum, vniuersamque familiam a Hiericontino excidio integrum custodire, ne quod illi sub sacramento promiserant exploratores ab illo missi, irritum fieret. Patris, & eiusdem regis, ac crudelissimi homicidae iram in se prouocare maluit Ionathas lectissimus princeps, quam ab isto cum Dauide exule fædere recedere. Nihil quoque ethnicis antiquius fuit, quam fidem etiam perfidis hostibus datam sanctissime seruare, ut Atilij Reguli Romanorum ducis exemplo claram est. Is enim à Carthaginensibus à quibus bello captus fuerat, sub fide sua dimissus, cum pacem inter illos & Romanos conciliare nequistisset, ad hostes rediit, omnium crudelissime necandus. Nam cum resectis palpebris, machinae in qua vndeque præacuti stimuli eminebant, inclusum, vigilantia pariter & continuo tractu doloris ad mortem adegerunt. Maluit tam crudeliter mori, quam promissis non stare. Fides etiam hosti seruanda est, ait Hieronymus, nec considerandum cui, sed per quem iuraueris. Confessit his verbis Augustinus: Fides si quando promittitur, hosti seruanda est, contra quem bellum geritur.

Perfidiosos ac fallaces nullus non ex animo detestatur & refugit. Simeonem & Leui filios suos Iacob grauiter obiurgavit & damnauit, quod contra fœdus cum Sichimitis pactum,

Iosu. 8: 27. 10.

1. Reg. 9:

& 20.

Valer. lib. 19.

c. 2. Aug lib.

1. de cint. c. 15.

Hieron. in

EZ. 2ch.

Epist. ad Bo-

nifac. comit.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

in eos noctu irruissent, & urbem cum incolis vastassent. Maledictus, inquit, furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Istrael. Quantos verò nunc reperias in aulis præsertim Principum, eis parum absimiles: Quæ fides nunc his haberi potest, qui castra non solum dico sequuntur, sed & qui illis imperant? Plurima possem ex ciuilibus Gallicis nostris bellis exempla plusquā Punicæ perfidię proferre, Hu-Gnosticorum maximè. Huius enim sectæ propugnatores supra centum urbes speciosis deditiōnum promissis captas, contra ius gentium, contra omnem fidem direptione, cædibus, flammis, ferro vastarunt.

Hæc porrò vniuersa de promissis honestis ac licitis intelligantur: item, quæ nec vi, nec dolo malo facta sunt. Nam promissis illis non est stādū, quæ vel coactus metu, qui in constantē virū etiā cadere potest, aut deceptus dolo, aut deniq;

*24. quest. 4. contra pietatem quis promiserit. Relatum quip-
can. In malis. Lib. 2. Sy-
nonim.*

Iud. II.

Aet. 23.

pe est inter decreta ecclesiastica istud Isidori pronunciatum: In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretum. Quod incautè voulisti, ne facias. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Iepthe voto se obstrinxerat Deo sacrificaturū quicquid è domo primū occurseret: si viator ex bello rediret. Occurrit vñica filia: hanc non minus crudeliter quam impiè trucidatā sacrificauit. Viri Iudæi plures quam quadraginta voverunt se neque esuros neque bibituros, donec occidissent Paulum: quod nefariè ac scle-

rata fecissent, ni Deus obstitisset. Hæc enim paga-
ta pugnabant apertè contra legem Dei. He-
rodes magna voce iurauit execrandum & dete-
stabile iuriurandum saltatrici se daturum quic-
quid petiisset, postulauit caput innocentissimi &
sanctissimi præcursoris : quod mox barbarè &
immaniter resecatum, illi datum est. Darius Me-
dorum rex promissionis dolosæ, ac fallacis legis Daniel.6.
prætextu, Danielem infestissimis hostibus tradi-
dit, leonibus obiciendum. Quis istiusmodi
malo dolo initis promissis standum iudicaret? Corn. Epist.
ad Fabium
Antiochenum:
apud Euseb.
li. 6. hist. c. 35.
Nouatus hæresiarches, fascinatorum à se manus
inter communicandum præhendens, per corpus
& sanguinem Domini nostri Iesu Christi iurare
compellebat, se nunquam ab eius opinione, ad
catholicam fidem, quam Romanus pontifex
Cornelius profitebatur, defecturos. Quod
tamen promissum, graui licet anathemate fir-
matum, non pauci iuste ac sancte violauerunt,
eo quod contra pietatem extortum fuisset. Hos
itaque imitandos sibi proponant, qui in cœnis
ac conuenticulis hæreticorum delusi in eorum
verba iurarunt. Sed ad Boozum redeo.

Ascendit ad portam, inquit, *& sedet ibi*. Quod
explicans Chaldaeus scribit: Ascendit ad por-
tam confessus senatorum, & illic sedet cum se-
nioribus. Hebræi conciuim suorum lites diri-
mebant, iusque cuique dicebant in portis ur-
bium, considentes illic tanquam in quibusdam
prætoriis ac tribunalibus publicis. Hinc Moses
scribit Emor & Sichem filium eius conuenisse
cum populo suo, & Iacob ac filiis eius, in por- Gen.34.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

ta ciuitatis, vt fœdere inter se inito in vnum popu-
lū coalescerent. Patet quoque Deu. 25; Iob. 31;
Prouerb. 21. portas loco curiæ fuisse Iudæis. Has
rationes adferunt. Primò, vt iudicium diligentia
in explorandis obscuris causis, simûlque æquitas
ac rectitudo in illis diiudicandis cunctis manife-
sta esset. Non hominum, aiebat Iosaphat ad iu-
dices quos præficiebat, sed Dei exercetis iudi-
cium. Secundò, vt cuique facilè pateret accessus
ad iudices. Sapientibus enim & insipientibus,
Græcis & Barbaris, diuitibus & egenis debitores
sunt. Tertiò, vt ex ingredientium multitudine
testes omni exceptione maiores aduocarentur.
Postremò, ne agricolæ, vrbes intrate, & aliqua
subire dispendia cogerentur.

Hallucinantur qui putant Romanos ferè sem-
per in templis Senatum collegisse. Erant enim
multiplices apud illos curiæ, id est, amplæ do-
mus, in quibus id fieret. Curia Calabra diceba-
tur, Festo teste, vbi tantum ratio sacrorum ge-
rebatur. Curiam Hostiliam Tullus Hostilius,
Varrone autore, in foro Romano iuxta rostra
construxit. Fuit & Pompeij nomine dicta Cu-
ria, in qua Iulius Cæsar idibus Martiis, coniura-
torum manib[us] confossus interiit. Fuit & Pom-
piliana, & Iulia, & Augusta, & Octavia, & Ce-
rusia, & Leucadia, & Salia, &c. Athenis quo-
que variæ fuerunt, inter quas Cholargea, ex
ex qua Pericles: Phylaïdarum, ex qua Pisistratu-
s: & locus Prytanion appellatus: simul
Martis vicus, à quo Areopagitæ nominati sunt.

Christiani quoque sua præatoria, palatia, & curias habent, in quibus conuentus forenses & iudiciales agant.

Sedens itaque in porta tanquam in tribunal, Boozus totius populi rector ac iudex, conspicit casu quidem si iudicium hominum spectauerimus, sed secreto diuinæ prouidentiæ consilio, prætereuntem propinquum Elimelechi, de quo prius sermo habitus est. Hunc vocat, ut ibi, tanquam in ordinario iudicij loco respondeat, rationemque reddat super his de quibus interpellaretur. Declina paulisper, inquiens, & sede hic: vocans eum nomine suo. Hebrei simpliciter, Et ecce redemptor transiens: quem allocutus est Boaz, & dixit. Declina, sede hic Peloni, Almoni, id est, quidam, singularis. Istæ duæ voces nihil propriè significant apud Hebreos: sed tantum loco alicuius proprij nominis ponuntur, quod quia satis notum est, vel certis aliis de causis, subticemus. Chaldæus paraphrastes subindicans illum latenter conatum fuisse præterire, & iudicis vultum subrrefugere, reddidit: Præteribat propinquus de quo locutus fuerat Boazus cum Rutha: cui dixit. Diuerte, sede hic, vir, qui desertor est viæ suæ. Sanctes vertit: Sede hic, talis. Alij, Tu quisquis es, accede. Rabbi Elias in Dictionario Chald. laudatore & interprete D. Quinquerboræo, transluit: Vir qui absconditor est viæ suæ. Quasi dixisset: Vir qui iter hac faciendo irrepit, & videri non vult. Fortassis enim ille iam subolefecerat Rutham cognatam suam adhuc iuuenem, al-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

teri viro aptam , nuptias secundum legem Mosis
ambire, & quod postea euenit timens, vt potè cō-
scius se sanguine omnium propinquiores , clam
elabi studebat. Aut forsan, furtim se subducebat
ne in subselliis & foro detentus ob publica iudi-
cia, priuata commoda & negotia postponere co-
geretur . Nam sequentia satis demonstrant il-
lum hominem fuisse auarum , & sui nimium te-
nacem.

Io. 3.

I. Thess. 5.

EHC. 12.

Io. 10.

Job. 14.

Ex his porrò obseruandum, hanc esse peruersæ
atque conscientiæ sibi mentis sortem , vt non solius
Dei ac angelorum si quidem fieri posset, conspe-
ctum fugere ac latere studeant ; sed etiam oculos
hominum. Dilexerunt homines tenebras magis
quā lucem , inquit Christus , erant enim mala
eorum opera . Deinde hac generali regula docet
scleratos peccata sua tegere : Quicunque mala
agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ne arguā-
tur opera eius. Adeo peccata turpia, detestabilia,
& execranda sunt, vt suos authores intus & ex-
teriorius pudefaciant. Qui ebrij sunt, nocte ebrij
sunt. Fur in nocte venit , nec omni hora : verū
eam explorat, qua dormiat paterfamilias , vt tu-
tius perfodiat domum, atque diripiatur. Latro quo-
que vt furetur, mactet, & perdat, non intrat per
ostium in ouile ouium: sed ascendit aliunde . O-
culus adulteri obseruat caliginem, dicens, nō me
videbit oculus: & operit vultum suum. Perfodiūt
in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi,
& ignorauerunt lucem . Si subito apparuerit au-
rora, arbitrantur vimbram mortis . Apostolus nō

semel appellat peccata nostra , opera tenebra-
rum.

Sed quid hac hypocrisi ac dissimulatione lu-
crantur impij ? Hoc nimirum, quod ingente pec-
catorum aceruum audacius cumulantes , eadem
diuino ipsoque horribili iudicio examinanda &
plectenda reseruant . In eo namque conscientia-
rum libti aperientur, atque vniuersis & angelis
& hominibus omnium facta, dicta, cogitata, tan-
quam in breui tabella patebūt. Illuminabūt ab-
scondita tenebrarum, & manifestabuntur consi-
lia cordium. Nihil opertum quod non reueletur,
& occultum quod non sciatur. Arguam te, inquit
districtus iudex, & statuam contra te, faciem tuā. Ps. 49.
Istud verò tanto opprobrio & dedecore , tanta
confusione & ignominia tūc reprobos afficiet,
vt præ horrore ac desperatione diuinam præ-
sentiam ferre nequeentes, dicturi sint montibus,
Cadite super nos: & collibus, Operite nos. Desi-
derabunt mori, & mors fugiet ab eis.

*Apoc. 20.**I. Cor. 4.**Luc. 12.**Ps. 49.**Luc. 23.**Apoc. 9.*

Declina paulisper, inquit Boozus, & sede hic. Est
aliquid de quo tecum iudicio contendere velim:
diem itaque tibi denūcio & præsentem horam,
vt ad sis senatui. Christianis itaque per hoc exem-
plum licet iustis de causis alios in ius vocare, ci-
tare, atque iudicium arbitrio sententiāque lites di-
rimere : quicquid contra garriant Anabaptistæ.
In eum namque finem Deus Magistratus & leges
instituit tum Iudeis, tum Christianis. Sedit Mo-
ses ut iudicaret populum qui assistebat ei à mane
vsque ad vesperam . Rogatus autem à Iethrone
socero suo, quid faceret, respondit: Venit ad me

Exod. 18.

COM MENT. IN LIB. D. RVTH

populus quærens sententiam Dei. Cúmque acciderit eis aliqua disceptatio ; veniunt ad me, vt iudicem inter eos. Et de Dauide scribitur: Dauid faciebat iudicium & iustitiam omni populo . Salomon quoque dixit regina Saba: Constituit te Dominus regem super populum suum , vt facias iudicium & iustitiam. Paulus iubet omnem animam subditam esse potestatibus sublimioribus, veluti à Deo cōstitutis & ordinatis ad vindictam malorum, laudem verò bonorum. Idem quoque vult orationes, obsecrations, postulationes fieri pro regibus , & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietem & tranquillam vitam agamus. Nec abhorruit causam suam agere coram Festo, Fœlice, Cæsare . Velim tamen charitatis & dilectionis , quām Christiana religio postulat & iubet, litigantes semper memor esse.

Qui diuertit, & sedet.

Licet auarissimus, iudici tamen continuò obtemperat: suo nos erudiens exemplo, quanta religione & alacritate debeamus Magistratui obediēre: tantisper dum nihil contra diuinās leges præcipit. Nam qui resistit, ait Apostolus, diuinæ ordinationi resistit : & qui resistunt, damnationem sibi acquirunt. Eius quippe consilio ac prouidentia Reges & Iudices præficiuntur , vt nunc dicebamus. Impudentissimi mendacij Satanam iure reum agit martyr Irenæus, quòd coram Christo gloriatus sit, omnia mundi regna sui iuris esse, eadēmque cui volet se impartiri. Nam Domini est terra & plenitudo eius. Per eum Re-

1. Par. 13.

3. Reg. 10.

Rom. 13.

1. Tim. 2.

*Act. 23:24:
25:26.*

Rom. 13.

Lib. 5. cap. 24.

Pſ. 13.

ges regnant, principes imperant, legum conditores iusta decernunt, & potentes iustitiam. Obediendum itaque illis, non tantum bonis & modestis: sed etiam dyscolis. Hebrei quadringentos annos Ægyptiis, septuaginta Babyloniiis, & aliquot Romanis licet idololatris, diuina ordinatione seruierunt & obedierunt. Comminatus ^{1. Pet. 2.} illis fuerat Deus: Seruire te faciam inimicis tuis, ^{Jerem. 17. 8.}
 in terra quam ignoras, &c. Nabuchodonosoris imperium comparat cum iugo ferreo, quod cunctis gentibus imposuit, vt ei seruirent & obdident. Tiberio Cæsari profanissimo & impurissimo, præcepit Christus benignè reddere quæ sui iuris erant. Ioseph Pharaoni, Mardochæus & Ester Assuero, Daniel cum sociis Nabuchodonosori, Balthasari, Cyro & Dario regibus ethnicis, tanquam legitimis principibus non modò patuerunt, sed & eos coluerunt & dilexerunt. Ecclesia Christiana toto orbe diffusa, trecentis annis sub imperatorum Romanorum & Persarum crudelissima tyrannide, sine ullius rebellionis suspicione floruit. Quid huic simile Luteranorum & Caluinianorum synagoga præstitit? Semel in Galliis admissi, intra viginti annos sex cruentissimis ciuilibus bellis iam in tres reges insurrexerūt, sacra profanaque vniuersa miscuerunt, subuerterunt, funestarunt. Belgium adhuc diripiunt & subuertunt.

^{Matth. 22.}

2. Tollens autem Booz decem viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos. Sedete hic.

COM MENT. IN LIB. D. RVTH

3. *Quibus residentibus locutus est ad propinquum. Partem agri fratris nostri Elimelech vendet Noëmi, qua reuersa est de regione Moabitide.*
4. *Quod audire te volui & tibi dicere coram cunctis sedentibus & maioribus natu de populo meo. si vis possidere iure propinquitatis, emo & posside: sin autem displicerit tibi, hoc ipsum indica mihi, ut sciam quid facere debeam. Nullus est propinquus excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum. At ille respondit: Ego agrum emam.*

Hebraei Vers. 3. per præteritum legunt פְּנַנְהָא id est, vendidit, quod vulgata æditio Latina per futurum vendet. Deinde Vers. 4. *Quod audire te volui, & tibi dicere &c.* habent, פְּנַנְהָא id est, Reuelabo aurem tuam. Hebraismus est, pro significabo, indicabo, manifestabo tibi. Et quod sequitur: *si vis possidere, legunt, si vis propinquus, vel assertor, vel vindicē esse, propinquus esto: & si propinquus esse non vis, indica, &c.* Sensus prorsus idem. Cætrum quia vulgo & rectè dicitur, Plura vident oculi, quam oculus: & Salomon scribit: Ibi salus, ubi multa consilia, Boozus noluit solus cum solo præsens negotium transfigere: sed decem viros totius urbis seniores vocavit vniuersæ actionis futuros testes ac iudices. Hinc autem se omnis fraudis suspitione liberauit, effecitque ut alter propinquus non posset conqueri aut de vi illata, aut circumuentum se vel deceptum iudicio fuisse. Decuit etiam Ruthæ matrimonium his statis solennibusque cærimoniis celebrari, ne potius pellex

aut scortum Boozi, quam legitima coniux putaretur. Prudenter seniores elegit, quibus Senatus id est, summum publicumque populi Hebraici consilium coalesceret. Nam vel Tullio authore, ni consilium, ratio, sententiaque essent in senibus, non summum cōsilium maiores nostri Senatum appellasset. Festus quoque scribit Senatores à senectute vocatos: quos initio Romulus elegit centum, quorum consilio remp. administrarer. Græcis quoque Senatus à senectute dicitur *σεραστία*: hincque σωέδηπον γεφόντων senum consiliū appellatur. Senes multa experti norant, quæ iuuentutem latent. Deinde, non tam facile suis cupiditatibus indulgent, quam iuuenes, qui cæco furore impetuque hinc inde abripiuntur: sed maturiore consilio res administrant.

Ad hæc, cùm mortem pro foribus adesse senes non dubitent (iuuenes quidem mori possunt, sed senes diu viuere non possunt) sibiisque Deo rationem omnium breui reddendam seriò recogitent, nihil contra diuina mandata, nihil contra proximum, nihil denique contra iustitiam & remp. attentare velle putantur. Solonem semel interrogavit Pisistratus Atheniensium tyrannus, qua spe fretus sibi tam acriter resisteret, (ille etenim Pisistrati tyrannidem primus vedit orientem, & solus armis opprimi debere, palam dictitare ausus est) respondit: Senectute. Aulus Cæsellius vir iuris ciuilis scientia clarus, nullius gratia vel auctoritate compelli potuit, ut Triumuiris pareret: sed & cùm multa in Caium Cæsarem liberius loqueretur, amicique ne id faceret monerent, respon-

*Senatus Hebreorū, Gre-
corum, Roma-
norū, ex qui-
bus coactus.*

*Plut. lib. An
seni sit gerē-
da resp.
Tull. de se-
necī:
Laert.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Maler. lib. 6. dit, duas res magnam sibi licentiam præbere, Se-
necutem nimirum & orbitatem.

3. Reg. 12.

Num. 11.

Eccles. 8.

Ierem. 6.

1. Paralip.

28: 29.

3. Reg. 1. et 2.

Prou. 20.

Pf. 19: 46:

109.

Isa. 6.

Apoe: 3. 4.

Si seniorum consiliis regnum administrasset Roboam filius Solomonis, eius decem partes nō amisisset. Septuaginta seniores ex Israële selecti sunt, qui Mosi in repub. administranda perpetuò adesserent. Imò quoties illi populo diuina decreta propositurus erat, maiores natu aduocabat, quibuscum communicaret consilia. Ad eos nos ablegat Spiritus sanctus per Syracidem: Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerūt à patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum. Et per Ieremiam: Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona: ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Nunc quales magna ex parte præficiuntur sacris, ciuilibusque magistratibus? Dicere pudet.

Sedere illos iussit Boozus, de more Senatorum & Iudicum, qui sedentes pro tribunal sententiā dicere consueuerant. Hinc Regum solia, throni, sedes, tam frequenter in sacrīs, profanisque literis occurrunt. Plautus inducens seruum dicentē, Sine, iuxta aram sedeām, & dabo meliora consilia, satis indicat sedere idem aliquando esse, quod consilium capere. Putantur enim sedentes magis tranquillo ac sedatiore animo esse. In summa, per sessionem significatur Magistratus pacato, & nullis perturbationum fluctibus iactato animo, litigantium causas examinare, & diiudicare debere. Deus frequenter in throno sedere dicitur, vt iudiciorum eius æquitas, authoritasque demonstre-

tur.

tur. Sedere quod dicitur Deus , ait Augustinus, non membrorum positionem, sed iudicariam si-
gnificat potestatem, qua semper digna dignis di-
stribuit. Throni positi sunt inquit Daniel , & an-
tiquus dierum, id est, Deus aeternus ac immorta-
lis, sedidit. Et Daud: Sedes tua Deus in seculum se-
culi . Qui sedes super Cherubin. Christus iudica-
turus orbem sedebit super sedem maiestatis suæ.
Apostoli eius afflctores sedebunt super thronos
duodecim iudicantes duodecim tribus Israël. Pi-
latus mortis sententiam in Christum dicturus, se-
dit pro tribunalii in loco vario lapide strato & e-
minente, &c.

*Lib. de fide &
symb. cap. 7:
& lib. de Es-
sentia dinimt.
Dan. 7.*

Ps. 44: 79.

Iudicibus ergo vacandum est omni animi per-
turbatione, tum cupiditate & metu, tum etiam ex-
gritudine animi, & iracundia. Quæ enim cū ali-
qua perturbatione fiunt, neque constanter fieri
possunt, nec ab iis qui adsunt approbari. Paupe-
ris, ait in lege Dominus, non misereberis in iudi-
cio : nec accipies munera, quæ etiam prudeatess
excæcant, & subuertunt verba iustorum . Sum-
mus inter Ægyptios Iudex collo appensam fere-
bat imaginem ex saphiro constructam, cui hoc
solum vocabulum inscriptum erat, V E R I T A S:
quo monebatur, nihil præter verum & æquum si-
bi ob oculos proponendum. Scribit quoque Alexan-
der ab Alexandria Athenis noctu Arcopagitas iudicasse, ne cuiusquam aspectu, cultu, vestitu,
gestu ab æquitate dimouerentur. Simul cau-
tum inter eos, ne exordio vteretur, qui causam
diceret, quo Iudicum animos sibi posset conci-
liare.

*Matth. 19. &
25.
Io. 29.*

Exod. 23.

*Aelianus lib.
14. de varia
hist.*

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Illis itaque residentibus, paucis, apertisque verbis Boozus summam totius negotij declarat, nimitem, Noëmi viduam Elimelechi indigentia compulsam, agros pro dote sibi ad vitam relictos venales exponere. Quos si iure propinquitatis voluerit sibi comparare proximus ille anonymous, licet: si non, ingenuè coram Senatu dicat. Continuò ille respondit se agrum empturum. Deum immortalem! quām simpliciter & prudenter hīc omnia geruntur? Nulos conductos audis rabulas vel oratores fuisse, qui causas magna dicendi arte perorarint: sed ipsi mox & candidè illarum statum aperiunt. Iudæi aduersus Paulum Tertullum quemdam oratorem conduxerunt, qui magno dicendi artificio eius innocentiam accusaret, & doctrinam opprimeret coram Festo iudice.

Ad. 24.

Verūm, licetne rusticis, ac dicendi imperitis, pro litium & causarum suarum expositione ac defensione Oratorem & patronum conducere? Si vnumquemque suā causam simpliciter, ac sine circuitione ambagēque verborum differentem prius Magistratus audiret, & compendio examinaret, ac dijudicaret, longè fœlicius cum populo ageretur. Propius enim ad antiquorum Principū & piorum Iudicū, (qui nec viduas miseras, nec abiectas meretriculas audire suæ autoritati atque maiestati indignum putauerunt) sedulitatem accederent: simùlque subditos suos infinitis incommidis ac ærumnis expedirent. At quoniam cogimur præsentibus viuere moribus, nihil peccant qui cuiusdam Aduocati operas in suum pa-

trocinium comparant. Meminerint verò Causidici duas sui muneris partes esse, videlicet accusare & defendere, quarum vtraque rebus publicis necessaria, & laudabilis, modò in eloquentem & bonum virum cadant. Sin in improbum, qui malas causas defendat, bonas impugnet, perniciosissima & vituperabilis. Nam defendere innocentes, eisque in iudiciis adesse, vt Daniel Susannæ, maximæ pietatis est officium: impios verò accusare, conuincere, plectere, iustitiae opus est. Daniel senes propria confessio-

Dam. 13.
ne reos egit, & morti tradidit. Moses Iudeos

Io. 5.
coram Deo accusat. Augustinus docet Aduoca-

Epist. 54.
tos suum patrocinium, & Iurisperitos consilium

vendere posse: sed non Iudex verum iudicium,

nec testis verum testimonium. Illos verò ad re-

stitutionem accepti omnis damni teneri, si cau-

sæ falsæ sibi notæ, fuerint patrocinati. Eis, in-

quit, dicendum est: Redde quod accepisti, quan-

do contra veritatem stetisti, quando iniurianti

adfuisti, quando iudicem fecellisti, quando iu-

stam causam oppressisti, & de falso vicisti.

Istiusmodi rabulas olim Roma eiecos scribit

Suetonius, quod suis artibus ius facile peruer-

terent, & plebis animos in seditiones conci-

tarent.

Nec minus prudenter quam simpliciter agit Boozus. Nam quia cum auaro & callido homine illi negotium erat, cuius mores satis perspectos habebat, non aperte statim initio dixit illi: Rutham cognati nostri

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

relictam viduam iuxta legis præscriptum ducere teneris, ut semen suscites fratri, &c. Sed prius de prædij venditione, deinde de vxore ducenda differuit, ut omnem contentionis funem præcideret, & totum negotium commodis mediis ad optatum finem perduceret. Itaque quando cum astutis, contentiosis, & prauis hominibus nobis res est, non omnia statim euulganda sunt, sed suo tempori, ac ordini quæque prudenter seruanda. Obmutuit aliquando Dauid & siliuit à bonis, cùm confisteret peccator aduersus eum. Confugiens ad Achimelech summum sacerdotem panes & arma ab eo postulavit & accipit: sed magna prudentia reticuit se profugum à Saule. Iehu vñctus à Prophetā in regem decem tribuum, rogatus ab aliis Principibus, quid dixisset illi nuncius Domini, cætera quidem reuelauit, vñctionem reticuit. Samuel inauguratorus Dauidem in regem pergens Bethlehem, vitulum accepit, dixitque se idè venisse ut sacrificaret Domino, ne à Saulis satellitibus in periculum capit is veniret. Christus quoque noluit Apostolos visionem suæ transfigurationis ante resurrectionem palam facete. Omnia tempus habent. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Sit itaque piis omnibus cum simplicitate columbae, iuncta perpetuò serpentis prudentia.

Habemus rursum in principe Boozo eximum iustitiae exemplum. Rutham noluit clam accipere in vxorem, ut proximum agris fraudaret: nec tyrannica violentia quæ hæreditario iure ad

Pſ. 38.

1. Reg. 21.

4. Reg. 9.

1. Reg. 16.

Matt. 17.

Eccles. 3.

Matt. 10.

illum pertinebant, ad se rapere, prædiisque suis
adiungere. Verum cuique ius suum seruat ac
distribuit, & ideo coram Senatoribus volun-
tatem illius explorat, ac libertati relinquit agro-
rum redemptionem. Non sic impius Achab,^{3. Reg. 21.}
qui impiæ Iesabelis consiliis & artibus vineam
iusti Naboth inuasit, quam in viridarium con-
uerteret. At continuo cum sequuta est diuina
vltio, quando Helias iussus est illi dicere: Occi-
disti, insuper & possedisti. Hæc dicit Dominus,
In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem
Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. Sed
& de Iesabel locutus est Dominus, dicens. Ca-
nes comedent Iesabel in agro Iezrahel. Si mor-
tuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum ca-
nes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent
eum volucres cœli. Hæc supplicia terrorē saltē
incutere deberēt omnibus his, qui aliena prædia,
alienasque domos, ut propria pomeria dilatent,
per fraudes aut violentiam occupant.

Istiusmodi omnibus rem suam familiarem au-
gentibus cum iniuria proximorum, dira imprecā-
tur vates: Vè qui cōiungitis domum ad domum,^{1sa. 5.}
& agrum agro copulatis usque ad terminum lo-
ci: id est, adeo ut nulla domus, nullaque possessio
pauperibus ultra supersit. Nunquid habitabitis
vos soli in medio terræ? Quasi dicat. An instar fe-
ratur, quæ singula lustra occupat, nec se se com-
patiuntur, vobis viuendum? An tanta terrarum
spatia vobis solummodo condita sunt? Deinde
hanc rapinam comparans cum peccatis Cain &
Sodomitarum, quæ in cœlos vociferari dicuntur,

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

subiicit: In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum. Postremò magnis & pulcris domibus cum pauperum oppressione fabricatis, ruinam & desolationem agri squaliter iniustè acquisitis, sterilitatem minatur. Nisi domus multæ, magna & pulcræ, desolatae erunt & absque habitatore. Decem iugera vinearum facient lagunculam vnam, & triginta modij sementis facient modios tres. Alter rursus Propheta grauissima iudicia denunciavit Ioaçim, qui sumptuosa ædificia extraxerat pauperum mercede retenta, cunctis simul uariis atque alienorum inuasoribus terrorem infert dicens: Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei. Qui dicit, Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatioſa: qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingitque ſinopide. Et paulo post: Sepultura aſini ſepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem. Alius rursum iisdem denūciat: Percutiam domum

Amos 3. 6. 5. hyemalem cum domo æſtiua, & peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes multæ. Item: Idcirco quod diripiebatis pauperem, & prædam eleſtam tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis. Si ei qui ampliabat horrea sua in proprio fundo dictum est, Stulte, hac nocte repetunt animam tuam à te, & quæ congregasti cuius erunt? quid audituri sunt hi, qui pauperum & imbecilliorum ſe ſpoliis extruunt?

Porrò, hac quoque historiæ parte diſcimus cō-

Euc. 12.

tractus venditionum, emptionum, redēptionū, locationum, permutationum, modō sine fraude fiant, inter Christianos licere. Abraham quadrin-

Gen. 23.

gentis sīclis argenti speluncam duplēcom comparauit, quam vxori, tibi, ac filiis in cōmēterium consecraret. Vt Ioseph frumenta Ægypti iustē

Gen. 42.

vendere potuit: ita & filij Iacob, & alij Palaestini iustē ab illo emere. Diuina iussione Ieremias

Ierem. 32.

comparauit agrum Hanameælis filij Sellum patrue lis sui, quod erat in Anathoth appendens ei

sēptē sīculos sacros, & decem nummos argenteos: eiusdēmque contractus voluit testes habere, &

instrumenta publica extare. Ioseph Arimathien-

Io. 19.

sis mercatus est syndonem mundam, qua Christi corpus inuoluit: sicut & piæ mulieres eme-

Mar. 16.

runt aromata, vt venientes vngerent illud. Quin & adhuc inter mortales agente Domino, Apo-

Io. 4.

stolis licuit ire in Samariam, & cibos comparare, tantisper dum ille fatigatus itinere sedebat su-

per fontem. Qui in his incāutos fratres suos cir-

cumueniunt, nec diuinos oculos, nec vltio-

nes reprobis paratas effugient: quoniam in-

hæc præcepta diuinæ legis delinquunt, Non

furtum facies. Non concupisces rem proxi-

mi tui.

Præterea, ex his clarum est tum inter Iudæos magnam fuisse duritiem, ac propudiosum diuinæ

legis contemptum, quando paupercularum vi-

duarum nullus ferè miserebatur: atque ideo reli-

etam pro dote agrorū partem vēdere cogebātur.

Volebat Dominus illos adeo inter se beneficos

Dent. 15.

& caros esse, vt egenus ac mendicus in eis nullus

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

inueniretur: ingentemque mercedem promiserat his, qui viduarum, pupillorum, aduenarum, pauperum miseriis consulerent. Verum auarissimi & crudelissimi homines haec omnia nihil faciebat. Utinam tam feri ac barbari mores nec inter Christianos inualuisserent, &c.

Neque postremo prætermittendum videtur, quod nec decem illi seniores in testes simul & iudices conuocati, nec propinquior ille, Boozi orationem interruperunt aut plausu, aut tumultu aliquo: sed dicentem illum æquis auribus ac animis ad finem usque tulerunt. Hanc sibi auditorum attentionem non artificio exordio, sed vita & probatis moribus conciliauerat. Hinc itaque diligunt Ecclesiastæ, simul & Magistratus, quibus artibus sibi hominum aures animosque concilient: subdit quoque quid illis debeant. Tacentem me, inquit Sapiens, sustinebunt, & sermocinante me plura, manum ori suo imponent. Et Iob sua integritate tantam sibi autoritatem conciliasse refert, ut qui eum audiebant in iudicio dicentes, eius quasi cuiusdam oraculi, expectarent sententiam: & intenti tacerent ad consilium eius Verbis ipsius addete nihil audebant, cum super eos stillaret eloquium illius. Expectabant eum sicut pluuiam, & os suum aperiebat quasi ad imbreu serotinum, &c. Qui sit ut nunc iudices magna ex parte, vel grauatim, vel contemptim audiantur, ipsi secum recognoscit.

Au proximus Ego agrum emam.

Hebraicè וַיֹּאמֶר אָבִיכִי אָנֹא לְ. Ego propinquus: unde recte infert: Ego emam agrum. Itaque hinc saltus perspicuum & certum est illum hominem fuisse tenacissimum, & augendæ rei suæ familiaris audissimum. Pecu-

Sap. 8.

Iob. 29.

nias etenim paratas habebat ad emendū agros
viduarum, vt his suos ampliarer: sed nō vt paupe-
ribus, tametsi consanguinitate iunctis, subueni-
ret. Proptis agris nequaquam contentus, alienos appetit. Verè à Poëta dicitur: Semper auarus
eget. Item. Crescit amor nummi, quantum ipsa *ruenal.*
pecunia crescit. Auarus iure comparat Chryso-
stomus cum terra arenosa, cum hydropicis, cum
febricitantibus, qui vix, ac ne vix quidem satiatī
possunt. De his fortunæ ludibriis, id est, bonis
temporalibus, rectè dictum est à Christo: Qui *10.4.*
biberit ex hac aqua, fitiet iterum. Nam quo plus
sunt potæ, plus sibiuntur aquæ. Ego emam, inquit:
sicque prædia mea augebo, & dilatabo fines pos-
sessionum mearum. Bonus odor lucri ex re qua-
libet. Si tantum per pecunias stat, quo minus a-
gris viduarum gaudeam, & ad meos addam, præ-
sto sunt. Hunc & similes non iniuria connume-
rabis cum tribus illis, quæ insatiabilia vocantur à *Prov. 30.*
Solomone. Semper dicunt, affer, affer. Nunquā
expletur cupiditatis sitis; sed quos semel inuasit,
maiore augendarum opuin libidine cruciat. Fu-
giēda igitur velut teterima pestis auaritia. Hor-
renda comiminatur supplicia huiusmodi rerum
alienarum appetitoribus Michæas propheta. Væ, *Mich. 2.*
inquiens, qui cogitatis inutile, & operamini ma-
lum. Væ qui concupiscunt agros, & violenter
diripiunt domos, & calumniantur virum & do-
mum eius, virum & hæreditatem eius.

Huic etiam non multum sunt absimiles, qui ad
luxum, pompas, conuiuia, spectacula sunt profu-
sissimi, imò amplissimos redditus miserè dilapi-

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

dant: cùm verò agitur de pauperum sustentatione, cultu Dei seruando, & ministrorum eius nutritione, parcissimi sunt, iurant & peierant se ne obolum quidem habere. Sic quondam Israëlitæ inaures aureas, monilia, & preciosa ornaamenta ad conflagandum execrabile vituli idolum propensiis Aaroni dederunt, quàm postea Moïs ad cōponendum Deo viuenti tabernaculum. Non

Exod. 32.

Ier. 7: 15 44.

minus grauiter quàm prolixè arguit Ieremias illos, qui cum magnis impensis dona & sacrificia offerebant reginæ cœli, id est Lunæ: in templo verò instaurando illiberales erant & sordidi. Es-

Nehem. 3.

Agg. 1.

Mal. 2: 12 3.

dras, Aggæus, Malachias variis clamoribus & minis insectantur suos populares, quòd templi sacri ruinas non erigerent: interea ipsi domos sibi laqueatas, id est, cedro aut alia insigni materia, te-
ctas & ornatas construerent. Item, quod sibi ex opimis gregibus epulas pararent, Deo autem offerrent panem pollutum, & si quid in ouibus cæcum, claudam, mutilum esset. Id etiam tam re-
strictè ac tenuiter, vt leuitæ, & alij ministri cultū diuinum deserere coimpellerentur, vt aliunde vi-
etum sibi compararent. Horum improbitatem imitatus est Symon Magus, qui satis grandem summam pecuniarum obtulit Apostolis, vt Episcopi gradum coemeret: non autem vt pauperibus aliquid vñquam erogaret. Repulsam passus, non in pios vslus pecuniā absumpsit, sed (scriptore Tertulliano) in lupanat Tyri concessit, & illud nummis Helenam quandam insignem metrericem comparauit, cuius opera multos in insanas & fanaticas opiniones suas pertraxit. Ve-

Act. 8.

Elib. de ani.

lim inter Christianos nullos inuenire liceret, qui potius huius anonymi proximi, Iudæorum, ac Symonis, prauitatem, quām Boozi iustitiam sibi imitandam proponerent.

5. *Cui Booz dixit. Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere, ut suscites nomen propinqui tui in hereditate sua.*

Heb. & Chaldæus paraph. *Eodem die, quo agrū acquisueris de manu Naouni. Deinde, ut suscites, seu conserues nomen defuncti. Magna vſus prudentia Boozus legem de redimendis agris priore loco allegavit, vt anonymi propinqui intentionem exploraret: posteriore verò aliam de ducenda defuncti vidua proponit, vt illum propriis verbis ac sententiis conuincat, adducatque vt Rutham assumat in propriam vxorem. Vult itaque dicere. Non te decet verum Israëlitam legem à Deo viuente Israeli datam, altera tantum ex parte obseruare: sed vniuersam & integrā. Nostri lege cautum esse, vt qui viduarum quæ liberis carent, agros emerint; viduas nuptiis sibi copulent: ergo Rutham viduam tibi coniungas oportet, si agris defuncti eius mariti, tibi ac mihi cognati, vis gaudere. Propriæ itaq; conscientiæ testimonio adeo cōstrictus & conuictus fuit, vt præcedentē sententiā publicè reuocare coactus fuerit. Eodē modo Nathā propheta proposita de ouibus parabola, Dauidē coēgit cōtra seipsum ferre sententiā, quod fili⁹ mortis esset. Christ⁹ quoq; Simonē, & ceteros*

2. Reg. 12.

*Luc. 7.
Matth. 22.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Pharisæos in seipso non semel pronunciare cōpulit. Malos malè perdet, &c. Atque in vniuersum, huc spectare vbiique videntur diuina testimonia, vt proprio conscientiæ testimonio convincamur, ac nosipso coram Deo multorum delictorum reos condemnemus. Sic Deus iustificatur in sermonibus suis, & vincit cum iudicatur. Quorumdam conscientiæ & opera præueniunt iudicium, & proprio iudicio condementur, cogitationibus inuicem accusantibus, &c.

*Pf. 50.
2. Tim. 5.
Rom. 2.*

*Discurſio le-
gis de fuscitā-
do fratri hæ-
rede.*

Deut. 25.

Verūm, quia lex de fuscitando fratri hærede, & vidua ducenda, paulò latius examinanda nunc occurrit, primò ipsa præponenda est: deinde cōditiones ad eam requisiτæ: tertio eiusdem causæ ac rationes perquirendæ: postremò, de illius abrogatione dicendum. Habet itaque lex, Quando habitauerint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri (i. alterius familiæ:) sed accipiet eam frater eius, & fuscitabit semen fratris sui. Thargum Chaldaicū Onkeli, sed frater eius ingrediatur ad eā, ducatque eam in uxorem, & connubia iungat cū ea. Additur in lege. Et primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, (Thargum, *Surget nomine fratris defuncti*: Alij Heb. *succedit in nomen fratris sui defuncti*.) vt non deleatur nomē eius ex Israël. Sin autem noluerit accipere uxorem fratris sui quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, (Thargum, *Ad portam consistorij*) & interpellabit maiores natu, dicētque. Non vult frater viri mei fuscitare semē fratris sui in Israël, nec me in coniugium sumere. Statimque accessiri

eum facient, & interrogabunt. Addunt Hebræi interp. quod Indices virum hortabantur & inuitabant ad ducendam viduam, à commendatione diuini decreti, forme, vel inuentus eiusdem viduae. Sequitur. Si responderit, Nolo eam accipere vxorem. Accedet ad eum mulier coram senioribus, & tollet calceamentum de pede eius, spuëtque in faciem eius, & dicet: Sic fiet homini qui non ædificat domum (i. familiam ac posteritatem) fratri sui. Et vocabitur nomen eius in Israël: Domus discalceati. Hæc lex quantum ad ducendam viduam defuncti fratri, videtur diuino quodam nutu etiam sub lege naturæ à patribus seruatam fuisse, cum Iudas Thamari nutui suæ post mortem Her pri-mogeniti sui, Ona rursum eidē virū dedisse legitur. Vnde R. Mose Gerundensis scribit, ante legē Gen. :8. Rab. Mof. fuisse ius agnato propinquiori excitādi demortui Ger. propinqui seminis: per legem autem restrictum ad fratrem. Fratris autem nomen etiam ad cognatos, Hebræi extendunt, ut ex aliquot scripturæ locis appareat.

Nec alienum est ab hoc instituto, quod Rabbi Mose de Kotis in Præceptis ex affirmatiuis 51. & 52. obseruauit. Scriptit enim, (interprete D. Quinuarboreo) quod ex parte patris frater defuncti sine liberis teneretur cum illius fœdus coniugiale facere, siue iam nupta illa defuncto esset, siue tantum ei desponsa: dummodo tamen ante defuncti mortem natus esset ille, quandoquidem aliter huic legi obnoxius non erat, eo quod lex habeat: Quando habitauerint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fue-

Rabbi Mose
de Kot.

COMMENT. IN LIB. D. RVTI

rit, &c. Ex duobus porrò aut tribus fratribus, hoc est, ex gradu sanguinis propioribus senior illam vxorem ducere debebat: sed non nisi post tres menses à morte mariti defuncti poterat illa in ius vocare proximum, ut videlicet omnino certum esset, eam non esse grauidam relictam à marito. Aliás quoque multas conditiones & cæmonias in hoc negotio, ac contractu obseruandas fuisse tradunt alij veteres Hebræi. Prima est, si fratres habitarent simul, id est, in eadem ciuitate, aut villa, eodem tempore, & vtriusque possessio in uno fuerit loco. Secunda, si frater recipia morte sublatus esset, id quoque absque ullis liberis. Nam viuentis adhuc vxorem assumere alia lege damnabatur, Leuitici. 18. Vxorem fratris sui nullus accipiat. Turpitudinem fratris tui non reuelabis. Hoc veluti turpem incestum ac graue scelus Baptista damnauit in Herode, dicens: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Tertia, qui primus ex ducta vidua nascebatur, censebatur filius non generantis, sed fratris defuncti, succedebatque in locum ac vniuersum ius illius. Quarta, si frater superstes eam omnino ducere recusaret, tum vidua iejuna, & sputo naturali, in faciem (Chaldaeus paraph. in nares: Rabbi Solomo, in terram coram eo) eius excrebat, ad ignominiam & infamiam ingrato inurendam; & ut ex parte vindictæ suæ indulgendo, iram mitigaret. Quinta, ex pede dextro detrahendus erat calceus, id quoque claro die, & coram Iudicibus. Addiderunt posteriores Iudæi his patrum constitutionibus, suas aliquot superstitiones: quando volunt

Matth. 14.
Mar. 6.

Rabbi Solom.

nunc calceum totum consutum esse ex loris pellicis, non filo lini aut canabi. Deinde compositum esse de pelle animalis per legem mundi, non immundi sicut equi, canis, aut asini. Item, non oportere calceum nimis longum esse siue altum, in morem ocrearum, ut minore negotio detraheretur.

De huius legis æquitate ac ratione dicturo mihi, prius operæ premium visum est obseruare Caluinum, ac quosdā alios huius furfuris homines, hanc ordinationem de fuscitando fratri ex vidua semine, tametsi à supremo & præpotenti Deo latam, si de fratribus germanis intelligitur, damnare ac reprobare; veluti quæ incestuosa coniugia, alibiique damnatae, & dictu quoque horribiles commixtiones permittuntur. Alioqui subiiciunt, Deus secum pugnaret, ac incestuosi coniugij (quod ante abominatus est) authore esset. Nam alibi dictum est: Vxorem fratris sui nullus accipiat. Turpitudinem fratri tui non reuelabis, quia turpitudo fratri tui est. Itē, qui duxerit vxorem fratri sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratri sui reuelavit: absque liberis erit. Volunt itaque Caluiniani legem illā duntaxat intelligendam esse de patrueibus, amitiis, consobrinis, aliisque cognatis & consanguineis qui phrasī linguae Hebraicæ etiam fratres appellantur.

Verū, nec Deum secum pugnare, nec incestuosa coniugia lege permittere, neque impuram legem ferre facilè & apertè ostendemus: cùm euicerimus legē de excitādō fratri defuncto semine, etiā ad germanos fratres pertinere, nedū

*Com. in 15.
Deut. & 18.
Leuit. 18: 6.*

*Caluin. 17
Asselarū execranda &
blasphemias.
Leuit. 18: 6.
20.*

*Eiusdem con-
futatio.*

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Confutatio.

ad cognatos. Occurrit in primis factū Iudæ patriarchæ, qui diuino instinctu Her. primogenito Thamarem vxorem dedit: quo sine liberis defuncto, Onam secundogenitum & Heris fratrem germanum, eidem copulauit: post quem etiam sine liberis è viuis sublatum, tertium quoque germanum Sela nomine eidem cùm adoleuisset se donaturum maritum recepit. Quin imò, etiam ipso Caluino authore, *re ipsa despōndit*. Ideoque ex se grauidam factam Iudas vocauit in iudicium, & flā-

Com. in 38. mis adindicauit: non ob simplicem & vulgarem scorta-

Gen. Ver. 24. tionem, sed propter adulterij crimen quo se reputabat in tertio filio Iesum. Statim namque à sponsalibus mulier marito obstrictam fidem habebat. Non erat igitur incestuosum coniugium, nec horrenda comixtio, ut vocat Caluinus: sed Dei dispensatione honorabile connubium, ac thorus immaculatus, quo frater germanus fratris viduam vxorem suscipiebat. Quid ad hæc Caluinus? Ut est homo maledicentissimus, optimū patriarcham opprobiis

Com. in Gen. 18. Vers. 16. & maledictis proscindit, comparans & connu-

merans illum Gentibus orientalibus, apud quos negle-

et omni pudore, fæde mixturæ fuerunt in coniugis, quas

in hoc facto sit secutus. Verum, isthæc in sanctos Pa-

triarchas conuitia quis solutionū loco reciperet?

Quo iure, qua autoritate dñnat Caluinus, quòd

Spiritus sanctus non coarguit? Per Mosen enim

apertè improbatum duo filij Iudæ, Her, quòd ma-

lus esset in oculis Domini; Onam verò quòd se-

men effunderet in terram: cùm ergo Iudæ pro-

missum non damnetur, certè probatur.

Ad hæc Caluinus in eum locum scribit: *Legem*

prædictam

prædictam tanquam humanitatis officium, Deum homini
num cordibus indidisse, quam postea Iudeis in sua politia
mandauit. Item: Tunc idem consuetudine viguisse inter
homines, quod Dominus postea lege sanciuit. Non itaq;
Deus secum pugnat, sed Caluinus in Deum &
Sanctos contumeliosissimus.

Com. in Ge.
38.vers. 8: &
24.

His accedit Noëmi ad nurus exhortatio, qua
reditum in patria cōsulere videbatur his verbis:
Etiā si possem hac nocte cōcipere & parere filios,
si eos expectare velitis donec crescant, ante eritis
vetulæ, quām nubatis. Quibus satis indicat con-
stitutionem de suscitandis liberis nomine de-
functorum, omnino etiam ad fratres gerinanatos
pertinere.

Deinde, quād Boozus dicit alterius propin-
qui ius esse cūm agrum redemerit, Rutham vñā
ducere vxorem, cō quād nullus esset illo propin-
quior: ostendit secundum ab illo agnatum non
esse illuc admittendum, nisi prior & propior re-
cusasset. Ius ergo illud primū ad fratres ger-
manos, deinde ad patruelēs & cæteros ordine
propinquos, cūm priores viduam accipere de-
trectassent, attinebat.

Præterea consentiunt omnes tum Hebræi, vt
testis est R. Mose Gerundensis, tum Græci, tum
Latini orthodoxi scriptores, legem illam de ger-
manis quoque fratribus intelligendam esse. Tan-
tus autem consensus non potest esse nisi Spiritu
sancto adspirante: cui resistunt, qui huic se se
obiiciunt.

Vide Diod. in
Cathena an-
rea Grac.

Postremò hunc Caluini errorem reprobant
quoque potiores Germaniæ & Heluetiæ hære-

Oo

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

seon ministri, vt Luterus, Melancthon, Musculus, Munsterus, Lauatherus, &c. Verba autē Leuitici, quibus prohibetur turpitudinem fratris reuelare, omnes interpretantur quamdiu frater vivit. Hoc enim nefarium incestus crimen esset, quale Ioannes damnauit in Herode. Rursus si ex defuncto liberos suscepere, nullo pacto ducenda est: sicut necrepudiata à fratre vñquam ab alio suscipienda. Atque hæc est Augustini, cæterorumque veterum Theologorum sententia.

Phrasī Hebræorum, nomen fratris etiam ad cognatos, & quosuis non tantūm carne, sed & pietate coniunctos extendi, quis nescit? Verum in præfata lege pro germanis non posse accipi, vt frustra contendit Caluinus, pernemgamus.

Denique, mirabile est Caluinum hoc loco absurdum putare, Deum incestuosī coniugij authorem esse, cùm torties, tamque pertinaciter, quam nefariè contendit eum esse propriè causam omnium peccatorum. Sed valeat cum suis blasphemis ac furoribus: susceptam disputationem persequamur.

Legem suo tempore iustissimam, & sanctissimam fuisse, & si eius nulla nobis constaret ratio, nemo pius dubitat: quando Deum opt. max. qui nihil nisi summè bonum ac sanctum constituit, illius authorem esse secum reputauerit. Verum enim uero aliquot eiusdem rationes aperire dignatus est, vt suorum iudiciorum æquitatem etiam indignis nobis pateface-

ret. Prima est, ut nomen defuncti per posteros ordine sibi succedentes inter sacri populi familiias perpetuaretur, ac mortui licet, viueret immortalis memoria. Nouerat Dominus optimi cuiusque animum maximè ad immortalem sui memoriam ac gloriam contendere: quod quia mors, quæ omnibus semel obcunda est, præpedire putatur: in huius miseria solatum ac remedium, naturali quodam desiderio exoptant homines liberos relinquere suo loco, qui eos repræsentent. Voluit itaque & huic naturali desiderio aliqua ex parte fieri satis, cum ordinavit fratrem fratri liberos suscitare. Parentes enim veluti in liberis renasci ostendit his verbis Syracides: Mortuus est pater, & quasi non est mortuus: similem enim sibi reliquit post se. Addit ad hæc Procopius Gazæus: Nondum manifestata resurrectione, posteritas ac memoria per legem illam generis conseruata, solatio illis veteribus fuit. Qua neglecta Onan cum noluit cum Thamar concubere, ipsius semen loco insolito effusum est: meritò. Eam verò cum obseruasset Booz, & duxisset Ruth, prodigij simile quiddam adeptus est, ut proauus esset Christi, nato ex ipso Iesse patre Dauidis, futuram promissionem resurrectione mortali imitatus. Nam oportebat eum, qui nobis resurrectionem donauerat, genus deducere per eos, qui typum eius secundum carnem conseruauerant. Hæc ille.

Huius sententiae alius & lögè vetustior assertor

Oo ij

Egl. 30.

Comment. in

25. Deut.

COMMENT. IN LIBT D. RUTH

præcesserat, Iulius Africanus, qui Epistola ad Aristidem de Euangeliorum consensu scripta, ait: Quia nondum certa & indubitata resurrectionis spes eorum (priscorum & vulgarium Iudeorum) animis penitus insidebat, idcirco futuram resurrectionis promissionem in hac mortali & caduca resurrectionis specie, imitatione quadam adumbbrarunt, quo nomen eius qui vitam cum morte commutauerat, non proflus ex omni memoria diceretur. Hæc ciste apud Eusebium libro primo histotiae eccl. cap. 7: quibus adstipulantur Diodorus & alij Græci, tum in Cathena, cum alibi.

2. Secunda ratio erat, ne hæreditas terræ sanctæ, quæ singulis tribus atque familiis in funiculo distributionis designata & partita fuerat, confunderetur. Etenim si viduæ alienis nuplissent, & partem bonorum in exteris familias transtulissent, dissipatae & commixtae tandem fuissent portiones hæreditatum. Oportuit autem & familias, & possessiones illarum inconfusas manere, saltem usque ad Messiac aduentum, ut certa & explorata esset eius genealogia.
3. Tertia, hac lege viduarum consolationi & honori Deus prouidit. Viduæ etenim ex fæse miseræ, despœctæ, & infelices sunt, præsertim si abiectæ & pauperis conditionis fuerint. Nouis autem cum maritoru consanguineis nuptiis agros seruabant, in eadem manebant familia, & tristitia de mortuis prioribus viris leniebatur, cum a nouis vestiebantur, fovebantur, honorabantur, & honestæ matres familias reddebantur.

Quarta, fraternæ charitatis ac dilectionis officia eadem lege sanciebantur, cùm alter alterius posteritatem veluti propriam iubebatur curare. Quantum verò hæc pietas Deo grata sit, docet his verbis Syracides : In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus : Concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier sibi bene consentientes. Salomon verò inter ea quæ coram Deo & hominibus abominabilia sunt, at numerat eum, qui seminat inter fratres discordias. Frater ergo aut propinquus non cupiat alterum extinctum, aut eius liberos, ut eorum prædia inuadat: sed potius cuncta illis fœlicia exoptet, ut sint sicut ciuitas firma.

Quinta, officij in suos defunctorum admonebantur superstites, ne videlicet horum memoriam aboleri sinerent: sed honore simul & amore prosequerentur. Hoc enim charitatis munus est, quæ iuxta Apostolum, nunquam excidit. Hinc viros glriosos, & parentes ex quibus prognati sumus, laudibus celebrate iubemur. Horum corpora in pace sepulta sunt, sed nomen eorum viuit in generationem & generationem. Sapientiam ipsorum narrat populi, & laude co-rum nuntiet ecclesia.

Sextam rationem, sed mysticam ac spiritalem assignat Augustinus, nimirum quod hæc librorum pro mortuis procreatio sacramentum fuerit prædicationis Apostolorum, quia Christo pro nobis mortuo, tot ex gentibus filios genuerunt. De Apostolis dixit Christus, Narrabo nomen

Oo iii

Pf. 21
Math. 28.

1. Cor. 4.

tuum fratribus meis. Et iterum : Dic fratribus meis. Mortuus est Christus, resurrexit, ascen-dit, absentauit se visibili forma corporis, sus-cepserunt fratres eius vxorem eius, prædica-tione euangeli generaturi filios, non per semet-ipos, sed per euangelium, propter nomen fra-tris. In Christo Iesu, inquit Paulus, ego vos ge-nui. Itaque Apostoli suscitantes semen fratri suo, quo quot genuerunt non Paulianos, aut Petri-anos, sed Christianos nominauerunt. Sumus e-nim Christiani, non Petriani. Et si nati per fra-trem defuncti, tamen cognominati nomine de-functi. Per illum nati, sed illi nati. Hucusque Augustinus Enarratione in Psalm. 44. Item lib. 32. contra Fauustum cap. 10. Sed de legis caussis haec tenus : nunc de eiusdem abroga-tione.

Math. 22.

Extra omnem controversiam est hanc legem usque ad tempora Christi durasse, ut aperte do-cet casus eidem à Sadducæis obiectus, de mu-liere quæ septem ordine fratribus nupserat. Verum, æquè certum est eam cum cæteris Mo-saicis ritibus, cæremoniis, atque iudicialibus, per Euangeliū antiquatam & sublatam fuisse. Nemo nunc Christianorum legis constitutioni-bus de sacrificiis taurorum, hircorum, vitulorum, de purificationibus, de neomeniis, alligatur: ne-mo ritum circumcisio[n]is & agni paschatis ob-seruat: sic neque constitutionibus istis de sus-cipienda fratri vidua subiacet. Suas leges po-liticæ & peculiares quondam habuit gens Iu-

daica, quas dispersa nec amplius seruat: nec alij ab illis seruare tenentur. Christus non constituit nobis Mosen iudicem ac magistratum ciuilem: sed Imperatorū & Regū æquis legibus suos subesse voluit dicens, Reddite Cæsari quæ sunt Cæsariorum. Et Paulus ait: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nullus itaque huius legis prætextu nunc suos incestus excusat, nullus nefarias planè ac belluinas fratrum & sororum libidines à culpa eximere tentet. Vidua siquidē cum fratre facta est vna caro, coaluit in vnum corpus cum illo: non potest igitur frater superstes cum eadem sine magno naturæ probro cōmisceri. Tantum facinus etiam sola duce natura Gentes exhorruerunt. Inter crimina quibus mudi initio vindices aquas diluvij in suum caput Gigantes accersierunt, annumerat Berosus, quod fine discrimine cum sororibus, filiabus, matribus miscerantur: & ob id immissum fuisse diluvium. Plutarchus scribit Papyrium quendam Romanum cum Claudia sorore rem habuisse. Sed cùm id pater resciuit, gladium ad eos misit, quo primò soror, deinde frater se transuerberantes sponte vitam posuerunt. Nero, Caligula, Commodus, non tam in hominum, quām fœdissimorum atque immanissimorum monstrorū numero habentur, quod sine ullo sanguinis sui horrore, sororibus propriis incestuose abusi sunt. Primus inter Persas impurissimus Cambyses duas sorores publicè duxit, vt author est Herodotus. Semiramidem omnes execrantur,

*Math. 22.
Rom. 13.*

Lib. I. antiq.

Parallel. 53.

Sueton.

Lamprid.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

*Gen. 19:6
38.
2. Reg. 13.*

quod nec à filio suo Nino abstinuerit. Incestum Loti, Iude, Ammonis, Herodis, sacræ literæ dominant. Sed ad institutum redeunduni.

Boozus legi diuinæ suo tempore deseruiens, propinquum in iudicio monet, si agros viduæ fui iuris esse velit, viduam quoque in vxorem assumat, & secundum decretum diuinum defuncti nomine liberos ex eadem suscitet. Alias publicè suo iuri cedat.

6. *Qui respondit. Cedo iuri propinquitatis : Neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo. Tu meo utere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.*

Gen. 4.

Ges. 16:21.

TAmetsi auarus & tenax, nihilosecius domesticæ pacis studiosus, ac minimè contentiosus erat. Secum quippe reputauit. Vnicam uxorem, eamque numerosa prole fœcundam iam domi habeo, cum qua etiam aliquoties zelus & rixa intercedit: quid si duas essent? (Satis enim indicat se uxoratum fuisse, quando de posteritate sua & familia conseruanda loquitur.) Lamech pater noster duas sibi primus iunxit, quas duris comminationibus, & importuna virium suarum iactantia vix & sibi morigeras, & inter se se concordes reddidit. Abrahæ familia turbata fuit, ipsæque variè afflictus propter rixas Saræ & Agatis uxorum eius. Tandem coactus est vir pius alteram illarum domo & familia pellere cum filio. Perpetuis ferè iurgiis

ac æmulationibus laborauit domus Iacob pro-
pter Rachelem & Leam, Balam & Zelpham, qua-
tuor vnius viri vxores. Helcana Samuelis pater
duas vxores habuit Annam & Phenennam: sed
harum altera alteram variè afflxit. Socrates Phi-
losophus à duabus vxoribus non modò verbis
lacefitus, sed & lotio aspersus, & pugnis verbe-
ribusque malè multatus est. Quicquid tragœdiæ
tument, domos, regnáque subuertunt, vxorum
cotentio est. Satius ergo putavit iste propinquus
propositis agris carere, quām nouam vxorem su-
per ducere. Cogitabat rursum. Exempla filiorum
Abrahæ & Iacob satis ostendunt, liberos ex di-
uersis matribus natos, vix inter se bene conueni-
re: itaque familiæ meæ tutius erit & beatius, si
ex vnica matre, vnicóque patre coalescat. Ad hęc,
istius alienigenæ Ruthæ mores necdū mihi supt
explorati: insuper, paupercula est, sed & cum ea-
dem, Noëmi morosa vetala nutrienda erit. Præ-
terea, qui ex huius nuptiis nascentur liberi, non
mei erunt secundum legem nostram, sed alterius
nimirū Maalonis, inter Moabitæ olim vita fun-
cti. Ut illos cum matte & socrū foueam, vestiam,
educam, necesse erit nouis & continua labori-
bus insudare: quod priori vxori ac liberis non pa-
rum incommodum erit. Melius igitur existimo
noua vxore, nouáque hæreditate carere. Respon-
dit itaq.; Cedo iuri propinquitatis, nolo propinquus
esse hac in re: contentus sum agris meis, agros
Noëmi non curo: Rutham ducere non est com-
modum: tu illam cum agris (si placet) habeas.

*Gal. 4.**Gen. 29. 30.**1. Reg. 1.**A Gell. lib.**1. cap. 17.**Hierony. lib.**1. cont. Louini.**Gen. 16: et 37.*

182 COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Hæc periphrasis non tam nostra est, quam Chaldaei paraph. cuius sunt hæc verba ex interp. *Hoc damno non possum redimere mihi: quum enim uxorem habeam, me non deceret alteram superducere, quandoquidem concitaretur ob id domi meæ discordia, & fraudarem hereditatem meam.* Redimio tu tibi, cum tibi uxor non sit, quandoquidem redimerè non possum ego.

In his autem multa sunt obseruatione digna. Primum, propinquum istum nec in Deum nec in proximum peccare, cum simpliciter paci domesticæ consultit, ac studet ne vxor ac liberi damnis nouis afficiantur. Nam quantum licet fieri potest, cum omnibus pacem habere iubemur: imò & fusis ad Deum precibus iugiter postulare, ut tranquillam & quietam vitam agamus. Item, solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Concordia domestica paruae res crescunt (ait Salust.) discordia maximæ dilabuntur. Christus pacificos beatos prædicat: & Apostolis præcipit, ut familiis quas inuisebant, pacem nunciarent & offerent, &c.

Curam quoque seruandæ, imò & honestis mediis augendæ rei domesticæ habere tenebatur, ut se familiāmque nutritet. Abraham, Isaac, Iacob, Iob, aliisque sanctiss. patriarchæ multas opes suis vigiliis & laboribus comparauerunt, reliquerūntque filiis suis, nec in hoc quicquam diuinæ voluntati aduersum admiserunt. Nam & diuitiae sunt dona Dei, quibus ad illius cultum, & proximi propriamque salutem rectè vti licet. Suorum domesticorum curam habere tenentur patres familias: atque filiis (vt est apud Paulum)

Rom. 12.

1.Tim. 2.

Ephes. 4.

Matth. 5: &
10.

1.Tim. 5.

2. Cor. 12.

thesaurizare. Atibus autem illicitis, veluti fraude, furto, sacrilegio, avaritia, usurpis, Simonia, scortatione, assentatione, periurio, diuitias comparare vel augere, nefarium est & damnable.

Non peccat rursum, quando abhorret à polygamia. Licet namque patribus ante legem, & sub lege, certis rationibus à Deo concessa fuerit: melius tamen agebant, cæteris paribus, qui primæ institutioni matrimonij adhærebant. Hac enim vna tantū vni data fuit, quando dictū est, Erūt duo in carne vna. Et Christus hanc concessionem reuocans ait: Ab initio non fuit sic, &c. Hac disputationem fusius tractauimus in Appendice cōtra hæreses, Libro primo, hæresi secunda.

Gen. 2.

Matth. 19.

Aliqua verò avaritiæ species in hoc proximo cernitur, quod cōmoda sua tantum quæsierit, incōmodis alijs relictis, imò cōtempta lege diuina. Agros cupiebat, sed viduis in egestate & mendicitate relictis. Atque hoc apertè repugnat caritati, qua pīj serui Dei non quærunt quæ sua sunt, sed prius quæ proximi. Delinquit & in illud legis naturæ principium, Quæcumque vultis ut faciat vobis homines, & vos facite illis. Agros proprios ab alieno usurpari, repudiata vxore sua vidua, nō optasset.

1. Cor. 11.

Matth. 7.

Præterea, inconstantia illius non potest omnino à peccato excusari. Paulò ante dixerat coram Senatoribus, Ego agrum emam: nunc verò, cedo iuri propinquitatū: libenter hoc privilegio carebo. Ex eodem ore efflat calidum & frigidum. Quid hac mentis mutabilitate, & levitate turpius? Oportet eum duplēcē fuisse animo, quando tantam

COMMENT. IN LIB. DI RUTH

inconstantiam suam prodidit: & secum pugnatio de re eadem in iudicio locutus est. Prudentis quidem est aliquando pro re nata mutare consilia: sine causa vero alium subinde fieri, inconstitutum vitium est.

Ad hæc, grauiter offendit existimans se familiæ hæsurum, & posteritatem deleturum esse, si diuinæ ordinationi motem gessisset. Non enim delètur familie, sed seruantur & fœliciter propagantur, cum diuinæ leges custodiuntur. Neque iacturam faciunt diuitiarum, qui pauperum ac viduarum ærumpas illis subleuant, sed adaugent. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. Corinthiis opem fermentibus egenis fratribus, qui erant in Iudea, remittit Paulus panem ad māducandum, & augmentum incremantaque frugum iustitiae. Non debo, inquit auarus iste, delere, aut iuxta Heb. perdere, vel vastare, posteritatem familiæ meæ. Liberos proprios, qui nominis mei memoriam propagabunt, enecabo fame, si Ruthæ nuptiis ac liberis operam dedero. At, poteritne familia tua, Bone vir, salua esse ac longæua inuito Deo? An non filiorum ac nepotum longa & incolmis series, effectus est diuinæ benedictionis? Qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terram. Non vidi iustum derelictum, inquit Psaltes, nec semen eius quæres panem. Tota die miseretur & commodat: & semen eius in benedictione erit. Piis patribus tam numerosa missa est soboles, ut cum stellis firmamenti & arena maris comparari possit: scle-

Prov. 19.

1. Co. 9.

Pf. 36.

Gen. 22.

ratis
nec
uaro
sibi
tioneD
do al
ciper
ueba
raph.
in o
dempi
gotiu
que
ment
ternu
ver
nō cl
trim
tum
Po

ratis verò tyranis tantum exterminium, ut 3 Reg. 14.
nec mingenti ad parietem condonetur. Huic a- 4. Reg. 9.
uaro non sunt nunc absimiles multi, qui putant
sibi detrimentum fore diuitiae legis obserua-
tionem.

7. Hic autem erat mos in Israël inter propinquos, vt
si alter alteri iuri suo cedebat, ut esset firma cesso-
sionis, soluebat homo calciamentum suum, & dabant pro-
pinquo suo. Hoc erat testimonium cessionis in
Israël.

8. Dixit ergo Booz, Tolle calciamentum: quod statim
soluit de pede suo.

DIUINA ORDINATIONE QUATUOR RITUS AC CEREMO-
NIAE IN ISRAËLITICA POITIA SERUABANTUR, QUAN-
DO ALIQUIS EORUM SUO IURI CEDEBAT, UT ALIUS ID AC-
CIPERET. PRIMÒ, CEDĒS CALCEUM SUUM DEXTRUM SOL-
UEBAT, & SUCCEDENTI PÖRRIGEBAT. CHALDÆUS PA-
RAPH. DOCET HANC VULGATAM FUISSÉ CONSuetudinem
IN OMNI CONTRACTU VENDITIONUM, EMPTIONUM, RE-
DEMPTIONUM, & COMMUTATIONUM, UT TOTUM NE-
GOTIUM EXTERNIS SYMBOLIS CONFIRMARET. ADDÍT-
QUE THECAM MANUS DEXTRÆ (PRÄTERMISSA CALCEI
MENTIONE) SOLUI MORE RECEPPTUM, UT PER HOC EX-
TERNUM SIGNUM CEDENS RENUNCIARET IURI, SUCCEDĒS
VER POSSESSIONEM ADIRET. ONKELOS IN DEUTER.
NÖ CHIROTHÈCÆ, SED CALCEI MEMINIT. IN CAUSIS MA-
TRIMONIIS FORSAN CALCEUM, IN ALIIS CHIROTHECAM TÄ-
TUM DETRAHEBANT.

Porrò, hoc ritu primò significabant se iure pro-

Ceremonia
quatuor in
contract. Iud.

Onkelos.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

pinquitatis sponte abdicare , vt alteri cederent.

Calci detra- Proprius quis calceum recipiens, ostendebat se ius
ctio quid si- habere calcandi & colendi hereditatem, vt pro-
gnificabat. priam. Hinc in Absalonica seditione David di-
Iudeis. citur exiisse Hierusalem , & montem olivarium
 concendiisse nudis pedibus, indicans se coactum
 cedere illi & ciuitatem & regnum . Idum etiam
 sibi armis subditurus idem dicebat : In Idum
 extendam calciamentum meum , mihi a-
 lienigenæ subditi sunt. Quasi d. calcabo Edom ,
 & possideo eam , vt mihi iure belli subiectam.

1. Reg. 15.

Pf. 59.

Rabbi Him.

Sap. 11.

Exod. 3.

Iosue 9.

Math 3.

Proprius quis calceum recipiens, ostendebat se ius
 habere calcandi & colendi hereditatem, vt pro-
 priam. Hinc in Absalonica seditione David di-
 citur exiisse Hierusalem , & montem olivarium
 concendiisse nudis pedibus, indicans se coactum
 cedere illi & ciuitatem & regnum . Idum etiam
 sibi armis subditurus idem dicebat : In Idum
 extendam calciamentum meum , mihi a-
 lienigenæ subditi sunt. Quasi d. calcabo Edom ,
 & possideo eam , vt mihi iure belli subiectam.
 Vbi Rab. Emmanuel (laudatore Pagnino) scri-
 bit, morem fuisse Regum, vt cum aliquam urbem
 ob siderent munitam , chirothecam proiicerent
 in eam, significantes se non inde abscessuros do-
 nec capta fuisset. Secundò, cum calcei detractio-
 ne pes suo nudaretur ornamento & defensione,
 significabatur hominem illum dignum esse , qui
 omnibus naturæ ac fortunæ bonis spoliaretur:
 quandoquidem omnis humanitatis & pietatis
 in proximum expers erat , ac diuinæ legis con-
 temptor. Tertiò, quia probro afficiebat viduam
 fratri sui, vt ab omnibus vicissim iudicaretur
 & irriteretur, nudo altero pedum ædes suas re-
 petere cogebatur. Qua in te diuini iudicij æqui-
 tam animaduerte : quando in his plectitur ho-
 mo, in quibus peccauit. Quartò, vulgare erat in-
 ter Hebraeos calceos soluere & detrahere in si-
 gnum humilitatis & summissionis. Hinc Moses
 & Iosue coram angelis eos sibi detrahere iussi
 sunt: & Baptista se indignum profitetur, qui Chri-
 sto soluat corrigiam calciamentorum: hoc lega-

liindicans solum Christum esse sponsum & redemptorem ecclesiæ, se verò huius rei tantum humilem & abiectum præconem. Postremò, Rabbi Mose Gerundenis memoriæ mandauit, Iudæorum sacerdotes Mosis & Iosue exemplis, nudis pedibus deinceps in templo sacrī operatos fuisse: quod & Turcæ & Persæ sunt imitati, cùm nefas putare dicātur, Mesquitarum suarum paumenta calceato pede calcare. Ergo quia de sacrī legis constitutionib⁹ hīc agebatur, hunc ritum seruabant, vt se atque coram oculis diuinis omnia cū timore & reuerentia agere testarentur.

Ceterū, homines insulsi & inepti fuerunt Discalceati hæretici, quando ex his locis nisi sunt colligere vsum calceamentorum Christianis omnino illicitum esse. Nam legis erat cærenonia, quæ nec semper, nec vbiique nec ab omnibus seruabatur. Deinde horū vsum probauit Dominus, cùm Hebræorum calceos quadraginta annis seruauit illæfos: iussitque calceatis pedibus agnum mysticum comedere. Angelus dicens Petro, calcea te caligas tuas, indicat Apostolos post acceptum Sp̄iritum sanctuim ab illorum vſu nō abhorruisse. Sed hæc dicta sint per transennam. De secunda contractus cærenonia nunc dicendum.

Eiusmodi erat. Mulier vidua expuebat in faciem eius proximi, qui eam accipere recusaerat; vt in eum qui omni opprobrio & contumelia dignus esset, iuréque de honestandus & fœdandus in vultu, qui clementia & humanitatis sedes ac speculum esse debuit. Ibi ergo

Rab. Mose

In cap. 5.
Ies.August. &
Philast.lib.de
heres.

Deut. 29.

Exod. 12.

Alt. 10.

Ceremonia 2.
Deut. 29.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

immanitatis & ingratitudinis signa ferre cogebantur, vbi mansuetudinis & gratiae notae fulgere debabant. Theodoretus querit. Quia de causa conspici iussit Deus fratrem defuncti sine liberis, vxorem eius ducere nolentem? Respondet. Necessitatem diligendi fratri adfert ab infamia. Satius enim erat affectione naturali permotum consulere mortuo. Sed quia non omnes naturae legem reverentur, infamiae poenam necessario ipsis imponit. Observandum itaque diuina ordinatione non solum gladio, furca, flammis, lapidibus coercitos esse homines sceleratos: sed etiam opprobrio & dedecore. Frequenter magis timet quidam de honestari, quam mori: quia pluris est eis sua aestimatio, quam vita. Notandum quoque peccata nostra non solum iram Dei, sed & humanam infamiam mereri. Postremus, hic etiam videmus aliquot vindictar species Iudaeis permissas fuisse, sicut & lex talionis, & libellus repudij: has verò per Christi autoritatem & charitatem Christianis omnino prohibitas.

Obiiciet aliquis, Rutham non expuisse in faciem huius propinqui. Responsio in promptu est, eam pro sua modestia, & Boozi consilio, domi se continuisse; nec in portam urbis ad Senatores venisse: sed omnia Vindicis sui prudentiae commisisse, qui se perfecturum & praestitum receperat vniuersa, quae ad rem pertinerent. Contentus autem de publica ingrati consanguinei abrenunciatione, symbolo calcei confirmata, reliqua dedecoris illius signa inferre noluit. Nihil ergo absurdum quod hoc loco prætermittatur.

Tertia

Tertia cæremonia vtebatur vidua, cùm præ-*Ceremonia 3.*
 scripta per Mosen verborum forma, inhumano
 propinquo imprecabatur dicens : Sic fiat homi-
 ni, qui non ædificat domum fratri*sui*. Id est:
 Propter feritatem & ingratitudinem omni pro-
 bro afficiatur, absque liberis, famulis, prædiſque
 moriatur, omnis qui noluerit suscitare semen
 fratri mortuo. Quantum verò attinet ad hanc
 similésque imprecações, quæ in Bibliis passim
 occurunt, multi volunt eas Iudæis ad duritiem
 cordis permisas, vt & multa alia: quæ sub e-
 uangelio interdicta sunt. Atquæ eodem sensu
 intelligendas volunt esse istas execrationes, qui-
 bus hostes suos deuouent: Confundantur qui
 me persequuntur, & non confundar ego. Con-*Terem. 17.*
 stitue super eum peccatorem, & diabolus stet
 à dextris eius, &c. Veniat mors super illos, &c. *Ps. 108.*
 Alij autem docent denuntiationes & prædi-*Ps. 54.*
 ctiones propheticas esse illorum suppliciorum,
 quæ Deus de impiis propter peccata eorum a-
 liquando sumpturus est. Prophetis autem à Spi-
 ritu sancto reuelata sunt, eodēmque impellente,
 impiis prædicantur, vt illorum saltem confide-
 ratione ac timore seruili resipiscant. Achab audi-*3. Reg. 18.*
 to suo per Heliam iudicio, egit pœnitentiam in
 cinere & cilicio. Oderunt peccare mali formi-
 dine pœnæ.

Hic quoque obserua, familias frequenter de-
 leri proptet sœ uitiam ac crudelitatem in paupe-
 res & viduas. Voluit Deus genus Amalecita-
 rum funditus perire, quod ab Esau descenden-

*Exod. 17.**Deut. 25.*

9.

tes, impij fuerunt in fratres suos Israëlitæ. Memento, inquit, quæ fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Ægypto: quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui laissi residencebant, cæciderit, quando tu eras fame & labore confectus. Cùm ergo dederit tibi Dominus Deus tuus requiem, delebis nomen eius sub cœlo. Cae ne obliuiscaris. Vniuersa gens internectione deleta fuit post quadringentos annos, per Samuelem & Saulem.

*1. Reg. 15.**Cerem. 4.*

10.

Quartò, domus cedentis propinquai in perpetuam infamia notam, vocabatur Domus discalceati: opprobrio nimirum etiam ad posteros transeunte, in exemplum, ne quis in fratres defunctos, & viduas superstites ingratus foret. Vnius ergo hominis peruersitate & inhumanitate, vniuersæ posteritati infamia nota inurebat. Ad hæc, tradunt quidam interpretes, istiusmodi hominem nec capitale Dei iudicium tandem effugisse. Exemplum proponunt Onam Iudæ filium, qui malignè recusans fratri mortuo sobolem excitare, diuina vindicta peremptus sit. Adcè feros hominum mores Deus persequitur.

Gen. 38.

Boozus itaque diuinæ legis studiosissimus, omnem eius externam iustitiam adimplere voluit, ne alienum ius nefariè sibi usurpare videtur. Petuit ergo à consanguineo illo calceamentum, quod confessim datum fuit ei in signum accepti noui iuris, quemadmodum proximis hisce verbis declarauit.

A
ximu
saicæ
mo su
stum
dicab
tatem
dat m
Deun
num
bona
concu
pisces
dem
uenire
xoren
sed m
prum
exem
Geran
Deus

9. *Booz autem maioribus natu, & uniuerso populo dixit. Testes vos estis hodie, quod possederim omnia quæ fuerunt Elimelech & Chelion & Mahalon, tradente Noëmi.*
10. *Et Ruth Moabitidem uxorem Mahalon, in coniugium sumpserim, ut suscitem nomen defuncti in hereditate sua, ne vocabulum eius de familia sua, ac fratribus & populo deleatur. Vos, inquam, huius rei testes estis.*

Aequus ac pius populi iudex & rector omnem dat operam, ne quid fecisse contra proximum dici valeat, quod vel tantillum legi Mosaicæ & maiorum traditionibus aduersetur. Animo suo hærebant hæc diuina præcepta: *Quod iustum est, iustè persequeris. Item: Non iniustè iudicabis. Quibus verbis Dominus omnem aequitatem, prudentiam, moderationem commendat magistratibus. Alta quoque mente retinebat Deum duo præsertim mandas de proximo. Primum, ut nullo furto, nulla fraude, nulla rapina, bona illius quis rapiat aut detineat: sed neque concupiscat. Non furtum facies. Non concupisces rem proximi tui. Et Christus: Ne fraudem feceris. Apostolus quoque vetat circumvenire fratres in negotiis. Secundum, ne quis vxorem, filiam, vel ancillam proximi cötaminaret, sed neque concupiseret vel solicitaret ad stuprum. Non Mœchaberis. Non exciderant animo exempla vindictæ diuinæ in Abimalech regem Geraris, & Pharaonem Aegypti, quos grauiter Deus afflixerat, propter raptum & detentionem*

*Deut. 16.**Leuit. 19.**Exod. 10.**Mar. 10.**1.Theff. 4.**Gen. 12: 10.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Saræ vxoris Abrahæ. His itaque permotus Booz, quotquot aderant viros Senatores & Iudices appellat cognitores & testes suarum actionum . Illorum fidem implorat, quod sine vlo dolo , sed bona fide secundum Mosis constitutiones agat cum proximo , vniuersa quæ Elimelechi fuerant in possessionem accipiat, & honestis legitimisque nuptiis Rutham viduam sibi sponsam assumat, ut defuncto consanguineo liberos susciteret.

Ex his autem quædam sunt obseruanda, quæ ad morum Christianorum informationem non parum conferent. Primùm, alienas possessiones ac diuitias nec violentia, nec fraude, nec vllis illicitis artibus rapiendas esse : sed neque ex aliorum damno aut iniuria lucrum captandum. Non enim simpliciter tantum dicitur, Non furaberis: sed & quadam explicatione omnes furti species postea

Levit. 19: 19. & enumerantur & prohibentur, cùm scribitur: Non opprimes proximum tuum, neque rapies: neque spoliabis peregrinum. Non morabitur opus mercenarij apud te usque mane. Non accipies usuram & augmentum à fratre tuo : sed timebis Deum tuum. Non videbis bouem aut pecudem fratris tui errantes, & abscondes te ab eis: sed reducendo reduces ad fratrem tuum. Sic facies de asino, & de vestimento, & de omni re amissa fratris tui quæ perierit ab ipso, &c. Non erit tibi pondus & pondus, statera & statera, modius & modius maior & minor. Et ne fundos alienos quis inuaderet, illum ex quieta agri sui possessione deturban do, prohibitum quoque fuit , transferre terminos antiquos finiendis cuiusque agris à patribus

Deut. 19.

posit
Dei a
nequ
bunt.
exem
iniqu
piscer
Qui
illo b
cudes
dens
stini
lis con
non r
tur :
pecca
xi, c
comm
crum
acqui
damn
consc
Ob
in sec
denda
das in
equis
Heth
illoru
fælici
Rapi
quid

positos. Summa, omnes fures & raptore à regno
Dei alienos esse docet Apostolus. Neque fures, *1. Cor. 6.*
neque auari, neque rapaces, regnum Dei posside- *Matth. 22.*
bunt. Iudas multorum furtorum reus, in furum
exemplum de mala furca pendens, mercedem
iniquitatis suæ recepit. Restitutionem furi resi- *Io. 13.*
piscenti necessariam esse Deus ipse sanciuit, d. *Act. 1.*
Qui furatus fuerit bouem, quinque boves pro *Exod. 22.*
illo bone reddet: & qui pecudem, quatuor pe-
cudes. Quod Zacchæus opere adimpleuit, red- *Luc. 19.*
dens quadruplum ei, quem defraudasset. Augu-
stini sententia est, omnium Theologorum calcu- *Epiſt. 54.*
lis comprobata: Si res aliena cùm reddi possit,
non redditur, non agitur pœnitentia, sed fangi-
tur: si autem veraciter agitur, non remittetur
peccatum, nisi restituatur ablatum, sed ut di-
xi, cùm restitui potest. Idem rursus furti in-
commoda describit: Nemo habet iniustum lu-
crum, sine iusto damno. Verbi gratia, qui furto *Lib. de decen-
plagis.*
acquirit vestem, perdit fidem: vbi lucrum, ibi
damnum. Lucrum in arca, damnum & ira Dei in
conscientia.

Obseruandum secundò, principes ac potentes
in seculo, non debere sua potestate abuti ad inua-
dendas, diripiendas, aut in uſus suos conuerten-
das imbecilliorum facultates. Sed cum illis aut *Gen. 23.*
æquis animis paciscantur, vt Abraham cum *2. Reg. 24.*
Hethæis, & Dauid cum Areuna Iebusæo, aut ab *3. Reg. 21.*
illorum prædiis omnino abstineant. Achab in-
ſeliciſſimè cessit prædiorum Nabothi inuasio.
Rapinas, inquit Dauid, nolite concupiscere. Si *Ff. 61.*
quid iuris habeant, non pudeat illos æquis sub-

Iob, 1.

sellis litem dirimere. Iob quantumuis magnus
inter omnes orientales, non contempsit subire
iudicium cum seruo suo, & ancilla sua, cùm disce-
ptarent aduersus eum. Nunc vi & armis geritur
res. Neronem aliqui potiusquam Daudem, Ca-
rolum magnum, aut D. Ludouicum à quo se ge-
nus ducere gloriantur, malunt imitari. Ille enim
nulli officium delegabat, nisi hæc adiiceret : Scis
quibus mihi opus est, & hoc agamus ne quis
quid habeat. Vox prædone, quam principe di-
gnior. Vespasianum quoque referunt, qui rapa-
cissimum quemque promouere solebat, vt mox
ditatos cōdemnaret, dicitans se officarios habe-
re pro spongiis: quod veluti spongias, & siccos
madefaceret, & humentes exprimeret.

Sueton.

Tertiò, contractus alicuius momenti publicè,
ac coram multis testibus fieri debere ex hoc loco
euincitur. Hinc enim improborum fraudes, insi-
dias, errores, longè facilius simplices quique effu-
gient. Sunt qui ita cum proximis contrahunt, vt
sine pudore ac legum timore non ausint dicere,
quibus cauillis, & dānatis conditionibus id præ-
stiterint. Grandem summam pecuniae nominant,
quani proximo dederint, cùm vix medium eius
partem soluerint; hoc mendacio posteris ac legi-
timis redemptoribus imponentes. Deinde li-
bellos mendaces exigunt, quos sigillis bonorum
virorum muniri volunt. Deum immortalem!
quot symoniacæ sacerdotiorum, præbendarum,
abbatarum permutationes, seu potius nundina-
tiones furtim peraguntur? At, nunquam ange-
lorum, nunquam suarum conscientiarū testimo-

nia, n
dicer

II.

H
que, i
tha, e
alios,
lēth-l
terpre
phrat
ta Ra
noi èr
tem in
pres m
riter r
de qua

Cæ
præsta
rat. Pr
mo pr
nam lo
vt de
dò, ,
Deo p

nia, nunquam Deum cordium inspectorem ac iudicem declinare poterunt.

11. Respondit populus qui erat in porta, & maiores natus. Nos testes sumus. Faciat Dominus hanc mulierem, qua ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liā, qua edificauerūt domum Israēl: ut sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Beth-lehem.

Hebræi verba ista, *Vt sit exemplum virtutis &c.* nō Ruthæ, sed Booz dicta volunt, habentque, iuxta quosdā interpres, strenue age in Ephratha, & fias magni nominis in Beth-lehem. Secundum alios, facias virtutem in Ephratha, & compares nomen in Ieth-lehem. Quibus Chaldæus paraph. his ex interprete verbis adstipulatur. *Te strenuū præbe in Ephratha, ac nomen in Beth-leemo assequaris.* Septuaginta Racheli & Liæ verba illa adaptant hoc modo: Ἕτε οἴσταν Διάκονην ἐν εφραθᾷ, & fecerūt virtutem in Ephratha. Pagninus, & Theodorei interpres magis ad vulgatam æditionem accedunt, pariter reddentes, *Et faciat virtutem, nimirū Ruth, de qua loquebantur.*

Cæterū, duo præsertim superioribus verbis præstant Senatores, & populus qui illuc cōcesserat. Primo, publica fide testatur Boozū iure optimo prædia viduarū adire, Ruthamque iuxta diuinam legem honestis nuptiis sibi sponsam ducere, ut defuncto Maaloni liberos suscitet. Secundo, eidem ac nouæ vxori fælicia quæque à Deo precantur, atque ut horam coniugium

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

suis benedictionibus exornare ac fortunare velit.
Docent autem in primis suo exemplo, quales de-
beant esse testes idonei, qui in rei alicuius asser-
tionem ac probationem assumuntur: nimirum,
qui ea solummodo confirmēt quæ viderunt, au-
dierunt, aut certa alia ratione nouerunt: de cæte-
ris constanter sileant. Nihil in cuiuscunque gra-
tiam fingant, detorquent, mentiantur: alioqui
non vnius tantum mendacij, sed & multorum
criminum (vt blasphemiae, falsi iudicij, mortis
aut damni proximorum) coram Deo & angelis
rei erunt, quorum vindices manus nunquam ef-
fugient. Si os quod mentitur, occidit animam,
quanto magis cum in iudicium appellatum, &
sub diuini nominis reverentia contestatum pei-
rat? Præceptum diuinum est: Non loqueris con-
tra proximum tuum falsum testimonium. Item:
Non iunges manum tuam (i. non paciscaris) cum
impio, vt dicas falsum testimonium. Et: Non e-
ris criminator, nec susurro in populo: Non sta-
bis contra sanguinem proximi tui.

Quia verò non ita viget in omnibus timor
Dei, vt propter eum abstineant à periuriis & cri-
minationibus, iussit Deus de falsis testibus, atque
de homicidis sumi pœnas. Cū inuenerint Iudices
inquit, falsum testem dixisse contra fratrem suum
mendaciū: reddent ei sicut fratri suo facere cogi-
tauit, & auferes malum de medio tui, vt audiētes
cæteri timorem habeant, & nequaquam talia au-
deant facere. Et non misereberis eius, sed ani-
am pro anima, oculum pro oculo, dentem pro
dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

Sap. 3.

Exod. 20.

Deut. 5.

Exod. 23.

Levit. 19.

Deut. 19.

Tametsi hanc legem nunc non obseruent ad vnguem, tenentur nihilominus magistratus falsos testes acerbis suppliciis coercere. Habet enim Salomon: Testis falsus non erit impunitus. Itē: *Prov. 12.* *Ez*
Testis mendax peribit. Conuictos falsi testimoniū *21.*
nij duos seniores iussit Daniel pari suppicio pe- *Dan. 13.*
rire, quod in Susannam insontem excogitauerat.
Narrat Eusebius euentum mirabilem trium ne-
bulonum, qui contra S. Narcissum episcopum *Lib. 6. hist.*
Ierosolymitanum falsum testimonium dixerant. *cap. 6. in*
Primus sic deierarat: Si non verè dixerim, opto ut *Ruff. tral.* &
ignis incendio miserè dispeream. Alter sic: Si *8. in recent.*
non verè dixerim, opto ut fœdo ac sœuo morbo
corpus absumatur. Tertius autem: Opto si non
verè dixerim, ut luminibus penitus orbatus sim.
Narcissus (tametsi eius castimonia omnibus piis
contestata & explorata esset) partim indignatio-
ne falso obiecti criminis, partim cupiditate vitæ
in solitudinem agendæ, in locis desertis ad mul-
torum annorum spatium fugiens delituit. Ve-
rūm, supremus omnium iudex quam celerrimè
impios eisdem calamitatibus oppressit, quibus
inter iurandum scipios obligauerant. Primus
namque scintilla per exigua noctu in ædes eius
subito ruente, miserè cum tota familia & stirpe
sua rapido flamarum ardore omnino conflag-
rauit. Alterius corpus eodem morbo, quem sibi
tanquam mulctā fore imprecatus esset, ab extremis
pedum digitis ad caput usque infectum, conta-
buit. Tertius, ærumnosos priorum euentus aspi-
cens, & Dei ineuitabilem ultionem reformidans,
palam inter omnes maleficia communiter à se,

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

suisque sociis per fraudem contra Narcissum admissa confessus est. Sed tamen dum pro delicto grauissimè condoleſcebat; tantis & tam acerbis lamentis se afflīstauit, & vsque eo lacrymas effundere non destitit, quoad utrumque oculum sibi penitus extinxisset.

Secundò hi Senatores & testes sua precatione acclamatoria ostendunt, eorum qui celebrationi nuptiarum intersunt, munus esse bene precariis, qui tali sacramento coniunguntur. Nam illud vitæ genus multis periculis, tribulationibus, & temptationibus expositum est, quibus nec parum, nec raro perturbantur humanæ conscientia. Trepidat enim cogitantes an huiusmodi vita à Deo cōstituta, eidēmq; grata sit? An huic operā dātes apti sint ad regnū cœlorū? &c. Ideò necesse est adstantes & priuatim & publicè pro cōiugibus preces fundere, ut diuina clemētia seruētur & cōfortentur. Ex legitimo quippe coniugio omnes nascimur. Parentes Rebeccæ, quæ Isaac sponsa abducebatur, eidem bene sunt precati, dicentes: Crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Raguel quoque apprehendens dexteram filiæ suæ, & tradens dexteræ Thobiae iunioris in vxorem, his verbis orabat: Deus Abraham & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sis, & ipse coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. Quin & ipsi noui coniuges antequam lectum adirent, seruenti ac humili prece salutem suam Domino commendauerunt. Gabelus quoque ex Rages superueniens pro sponso orabat: Benedicat tu

*Gen. 24.**Tob. 7:8:9.*

Deus Israël, &c. & pro spōsa: Dicatur Benedictio super vxorem tuam, & super parentes vestros, & videatis filios vestros, & filios filiorū vestrorū, &c. omnes qui aderāt coniuīe subiecerūt, Amē.

Quis æquus æstimator censeret Christum sine ^{10.2.}

publica oratione illis nuptiis adfuisse, quas pri-

mo miraculorum decorauit? Tertullianus do-

*Lib. 2. ad
uxorem.*

cet primorum Christianorum matrimonia so-

lemni ecclesiae testimonio conciliata, atque ob-

lationibus (quibus semper adiuncta sunt preces)

confirmata & obsignata fuisse, &c. Nunc ut

plurimum, precum loco, omnia cachinnis, ob-

fœcenis verbis, epulis, choreis plena sunt. Potius

de pectendis, torquendis & exornandis capillis;

de mitris, de fertis, de odoribus, de speculis, de

inauribus, de monilibus, de fasciolis, de annulis,

& reliquo mundo muliebri; de componendo

gressu & risu, aliisque neniis, à sponsa cogitatur,

quam de orationibus. Spōsus magis de dote, aut

voluptate proxima, quam de comprecanda di-

uina clementia secum agitat. Itaque nemo mire-

tur, si multa sunt infœlicissima coniugia.

Sed quid Boozo & Ruthæ precantur Beth-

*Beth-lehem-i-
te quatuor*

lehemite? In primis ut Rutha sit sicut Ra-

preatūr Ru-

chel apud Iacob, videlicet gratiosissima & thea-

prædilecta viro suo. Nam ut illius nuptiis ^{1.}

frueretur, non dubitauit septem annos in-

seruire socero suo Laban. Atque hæc non

est postrema matrimonij fœlicitas, ut vir v-

xorem, & vxor virum mutuo amore com-

pleteatur. Vnum namque est ex tribus il-

*Gen. 29.
Ecc. 25.*

lis, quæ Syracides affirmat probata esse

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

coram Deo & hominibus. Apostolus quoque præcipit: Viri diligite vxores vestras, sicut Christus ecclesiam, qui semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam: sed ut sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Quis autem satis explicaret, quanto amore & studio Christus ecclesiam sponsam suam prosequitur? Ergo quemadmodum viri imaginem Christi referunt dum uxoribus praesunt; ita debent & in dilectione. Portenta ergo sunt quicunque suas uxores, quantumlibet deformes, ægrotas, steriles, humiliore loco natas, vel morosas contemnunt, affligunt, persequuntur: quippe qui in suam carnem, in sua ossa, in sua membra tanquam rabie perciti saeuunt. Dictu quoque impossibile, quantorum malorum causa sit mutuum viri & uxoris odium.

- Gen. 29:* 2. Precantur secundò, ut sit fœcunda prole numerosa & gloria ut Lia, quæ Iacob patriarchæ peperit Ruben, Simeonem, Leui, Iudam, Issachar, & Zabulone in sex patriarcharum letissimos. Quemadmodum enim sterilitas illis seculis probro erat, ac inter species diuinæ maledictionis & vindictæ computata: ita econtrario fœcunditas ingens matrimonij bonum reputabatur. Conclusit Dominus vteros uxorum Pharaonis, item & Michol, propter peccata. Elizabeth post conceptionem præcursoris gratias agebat Do-

Ezec. 1.

30.

min
phet
Dom
Multi
clarar
riens
tater
oster
rem
Dau
dans
bene
dilec
ni, &
prod
prec
que p
bene
mi n
tend
tem
id est
etion
ciis s
Ra
Israël
le ex
chas,
imō
ges, t
est lu
bis I

mino, quod abstulisset opprobrium eius. Et Prophet*a* contra impios apostatas precatur: Da eis *Ose. 9.*
 Domine, vluam sine liberis, & vbera arentia.
 Mulieres autem liberorum audiissimas esse declarat Rachel, his verbis Jacob virum suum ad*o* *Gen. 30.*
 riens: Da mihi liberos, alioqui moriar. Fœcunditatem diuinæ benedictioni accepto ferendam ostendit Moses, cum refert Deum virum & vxorem benedixisse, d. Crescite & multiplicamini. David quoque scribens, Vxor tua sicut vitis abundans, filij tui sicut nouellæ oliuarum &c. Ecce sic *Pf. 127.*
 benedicetur homo, qui timet Dominum. Item: *Pf. 126.*
 dilectorum à Deo filios esse hæreditatem Domini, & fructus ventris mercedem. Hinc scripturæ produnt, Isaac, Jacob, Manue, Helcanam magnis precibus obtinuisse, ut vxores suæ parerent. Itaque pīj Beth-lehem ciues rectè supplicant, ut hac benedictione & beatitate fruatur Rutha. Plurimi nunc coniuges quia diuinis promissis nec attendunt, nec adhærent, sed solū carnis voluptatem in matrimonio querunt, Dei benedictionē, id est fœcunditatem, miseriam, onus, & maledictionem reputant. Verendum ne sint, qui beneficiis sterilitatem, vel aborsum procurent.

Rachel & Lia hoc loco dicuntur *adificasse domū Israēlis*, id est Iacobi familiam: quandoquidem ille ex his duabus vxoribus genuit octo patriarchas, à quibus tot Hebræorum tribus ortæ sunt: imò & summi Sacerdotes, Prophetæ, Duces, Reges, tandemque Christus secundum carnem. Hic *Luc. 2.* est lumen ad reuelationem gétium, & gloria plebis Israël. Orant ergo ut numerosam & glorio-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

sa sobole Boozo ex vna Rutha contingat, sicut Iacob ex duabus, aut etiam quatuor vxoribus: quod adimpletum fuisse nemo dubitabit, qui versus Iudeos secundum spiritum animo complectetur.

3. Rogant tertio, vt vulgata habet editio, vt Rutha sit exemplum virtutis in Ephrata, id est, tot, tantisque virtutibus fulgeat, vt aliis mulieribus tanquam clarum exemplar præluceat. Alij, vitæ coniugalis officia in eius vita, tanquam in speculo possint intueri. Sit viro morigera, cumque veneretur & suspiciat, vt caput sibi à Deo constitutum: sit adeò fidelis & casta, vt de alio admittendo ne quidem vnuquam cogitet, sed Saram, Susannamque sibi imitandas proponat: vxoris Putipharis impuritatem toto pectore detestetur: filios educat in disciplina & timore Domini: sit sagax & prudens vt Rebecca & Abigail: domum & totam familiam, diligenter curet, &c. Hæc quippe sunt præcipua piæ matronæ ac matrisfamilias officia: quæ suæ ciuitatis mulieres ex Ruthæ modestia perdiscere cupiunt Beth-lehemite. Eadem quoque sibi dicta putent mulieres Christianæ, siquidem in suo matrimonio fœlices esse velint. De vxorum officiis erga viros diximus abundè Fol. 34.35.36.

Sin cum nouis Heb. & Chaldæo paraph. hæc verba Boozo dicta contenderis, precatio seu adhortatio est, qua optant & impellunt illum semper strenue & constanter agere, vt decet virum eximia virtute præditum: hoc est enim facere virtutem in Ephrata, Beth-lehem: atque his

artibus comparete sibi nomine, id est, famam præclaram in populo Dei. Plurimos suo exemplo incitat ac permoueat, ut pauperibus ac peregrinis, viduis ac pupillis opitulentur.

Postulant denique qui in porta aderant, ut Rutha consequatur nomen celebre in Beth-lehem, id est, ita vitam suam & omnes operas ad legis diuinæ normam cōponat, & virtuti studeat, ut apud Deum & pios homines laudem & gloriam consequatur. Huiusmodi autem celebritas nominis virtutem, veluti umbra corpus, & splendor solē sequitur. Agesilaus rogatus quo pacto quis apud homines bonam famam sibi comparare posset, respondit. Si loquatur quæ sunt optima, & faciat quæ sunt honestissima. Socrates (ut est apud Valerium) expedita & compendiaria via eos ad gloriam peruenire dicebat, qui id agerent, ut quales videri vellent, tales etiam essent. Qua quidem prædicatione apertè monebat, ut homines ipsam potius virtutem haurirent, quam umbram eius consecrarentur. Quod & Poëta expressit.

Sed famam extendere factis, hoc virtutis opus est.

Iure autem optant illi nōmen celebre, quoniā eius amor generosis animis veluti stimulus ad præclara & honesta studia innatus est; nullūisque est tam abiecta fortunæ, qui non boni viri nōmen exoptet. Honestus rumor, alterum est patrimonium. Supprimi potest, non extingui. Bona fama etiam in tenebris proprium splendorem obtinet. Iactura patrimonij facile sarciri potest:

*Plutar. in
Lacon.*

Valer. lib. 7.

*Seneca in
Prov.*

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

fama contaminata vix vnquam diluitur. Contaminatur autem sceleribus & vitæ turpitudine.

Obseruandum postremò , has populi preces publicas & solēnes non fuisse frustra & inaniter fusas ad Dominum. Illas enim secundum quod frequenter promiserat in lege , clementer exaudiuit. Si clamauerint ad me, exaudiam eos , quia misericors sum. Orabitis, & ego audiam. Clama ad me , & exaudiam te. Inuocabis & Dominus exaudiet. Hæ sunt veteris legis promissiones, quibus Deus se exorabilem futurum receperat: quibus inniti decebat eos qui thronum eius adibant. Harum verò fructum sensit Boozus, quando nuptias eius cum Rutha Deus summa pace, diuitiarum copia, atque tam excellenti prole fortunauit, vt ipse inter patres, illa inter matres Domini nostri I E S V C H R I S T I seruatoris & iudicis totius mudi numeraretur. Ab ipsis quoque descenderunt sanctissimi prophetæ, clarissimi duces, & potentissimi Hebræorum reges. Vtriusq; pietas, virtus, sanctitas inter Hebræos, Græcos, Latinos, Æthiopes, Syros, Persas in sacris ecclesiæ cœribus celebratur. Ergo nihil antiquius, nihil carius, nihil potius deberet esse principibus, magistratibus ac regibus, quàm vt subditorum sibi populorum piis ad Deum votis commendarentur. Istud autem consequentur, si cuique ius suū reddiderint.

Hic denique publicarum ecclesiæ precum usus comprobatur. De quibus studiosus lector consulere poterit Tertul.apol.cap.39. Cypriani expos.in.orat. Dominic. Ambrosij lib. 1. de Cain & Abel:

*Exod. 22.
Ierem. 29.
G 33.
Isa. 58.*

& Abel:cap.9. Augustini Epist. 97. Chrysostomi Hom.3, contra Anomæos: & Hom. 4. in 2.ad Thessal. Basiliij Hom. 2.de Baptismo, &c.

12. *Fiat domus tua sicut domus Phares, quem Thamar peperit Iude, de semite quod tibi dederit Dominus ex hac puella.*

HAC postrema orationis parte suę cititatis rectori exoptat Beth-lehemitæ, ut ex Rutha tam gloriosam insignemque prolem suscipiat, quam patriarcha Iudas ex nuru sua Thamar. Ex illa enim suam posteritatē obitu Heris & Onæ intercisam reparauit, quando ex eadem suscepit Phares & Zaraïm: ex Phares Esrom, dehinc Aram, Animadab, Naason, Salmon eximios duces tribus regiæ. Precantur itaque ut ex his nuptiis filii orientur, qui principem locum in populo Dei teneant. Nec incōcina est Ruthæ & Thamaris cōparatio, si quidem vtraq; ex alienigena & ethnica gente, cooptata est in album populi Iſraēlitici. Nihil ergo refert coram Deo cuias sis, modò pie-tatem colas. Non est acceptio personatum, nec prouinciarum, nec linguarum apud eum: sed quicunque facit iustitiam acceptus est illi. Act. 10.

13. *Tulit itaque Booz Ruth, & accepit uxorem. Ingressusque est ad eam, & dedit ei Dominus ut cōciperet & pareret filium.*

PRius eam sibi per verba de futuro (ut aiunt) desponderat d. Si alius noluerit, sine ulla dubita-tione te accipiam, viuit Dominus: nunc fidem seruat

Q. R

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

dum eam dicit. Obseruandum autem initio , has nuptias non clam , non sine arbitris , sed coram multis testibus , adeoque publica Synagogæ cōgregatione initas esse. Semper enim suspecta , in-

*Clandestina
matrimonia
semper suspe-
cta fuerunt.*

fœlicia , & improbata fuerunt clandestina matrimonia , quæ vel ab impuris lærnis , vel à lascivis iuuenibus , sine parentum consensu , pastorūmque qui sanctis præsunt , benedictione furtim conciliantur. Adæ & Euæ , Abrahæ & Saræ , Isaac & Rebeccæ , Iacob & vxorum , David & cōingum , Thobiæ & Saræ connubia in publico cætu piorum vitotum , statis solemnib[us]que cæremoniis celebrata sunt. Iustis igitur & sanctis rationibus permoti totius ecclesiæ Catholicæ pastores , in

*Concil. Tridentino
Stff.8.*

Concilio Tridentino clandestina matrimonia omnino irrita inaniaque esse decreuerunt , quantumvis utriusque partis consensus accedat. Pater namque ex Apostolica doctrina matrimonium verè sacramentum esse inter Christianos , quantumvis obstant Encratitæ , Carpocratiani , Marcionistæ , Luterani & Caluiniani. Itaque ut in reliquis sacramentis , sic in hoc , necesse est præscrip-
Eph.5.

tram quandam verborum formulam proferri à sacerdote , solo huius Sacramenti ministro , per quam cum subiecta legitima materia , coalescat hoc sacrum mysterium. Verba quæ in baptismo usurpantur sunt : Ego baptizo te in nomine pa-

Matth. 28.

tris , &c. Matrimonij vero : Et ego coniugo vos in nomine patris , &c. Huiusmodi formulæ Christus Dei filius author est , cum d. Quos Deus coniunxit , homo non separet. Ideò Apo-

Matth. 19.

Eph.5.

stolus vocat coniugium Sacramentum ma-

gnum. Item: honorabile connubium, & thorū
immaculatum. Maculam enim diluit gratia, quæ
dispositis confertur efficacia sacramenti. Quod
autem clam initur, superius dicta benedictione
carerit.

Heb. 13.

Designat autem hoc sacramentum primò mi-
rabilem Verbi diuini vnitonem cum carne no-
stra: deinde eiusdem incarnati Verbi coniunctio-
nem cum militante ecclesia, quæ est corpus eius: *Matrimoniu[m]
quarum rerū
signum sit.*
præterea beatorum omnium nexum cum Deo,
per eius apertam visionem & fruitionem: gratiā
postremo, quæ dispositis virtute Sacramenti
confertur. Indignum itaque iure existimarunt
tantum mysterium farrim celebrari quasi o-
pus tenebrarum, cuius homines pudere de-
beant. Euaristus papa & martyr ante mil-
le & trecentos annos decreuit: Vxorem virum *Epiſt. 1.*
adeuntem suo tempore pro more, à sacerdote
benedici: aliter verò adulteria, stupra, & fornicati-
ones, potius quam legitima coniugia esse. Et
Ignatius ipse quoque martyr, & Apostolorum
Petri & Ioannis discipulus scribit: Qui matri- *Epiſt. 8.*
monio iunguntur, de sententia Episcopi copule-
tur, ut sint nuptiæ secundum Dominum, & non
ad libidinem.

Deinde, ex his nuptiis satis euincitur secunda
matrimonia, non esse viduis prohibita, quemad-
modum impiè quondam senserunt Montanus,
Cataphrygæ, & Nouatus. Nam iuxta legis
Dei decretum horum vterque, id est, Boo-
zus & Rutha nupsit. Constat verò (quic-
quid sit de Boozo) Rutham viduam fuisse.

Deut. 25.

COMMENT. IN LIB. D. RVT

Gen. 25.

Quin & sanctissimus pater Abraham est viuis sublata Sara, quandam aliam Cethuram nomine, vxorem duxit. Altera Sara septem viris ordine tradita fuit, tandemque non sine nutu diuino, octavo id est, iuniori Thobiæ de Raphaélis angelī cōsilio copulata est. Et Abigail mortuo Nabal, secundò nupsit Dauidi. Probat Apostolus secundas nuptias, cūm scribit: Mulier si vir dormierit, soluta est à lege viri: cui autem vult nubat in Domino. Imo & suadet, iunioribus viuis consulens ut nubant, matres familias fiant, nullamque occasionem præbeant aduersario maledicti gratia.

Thob. 8.

I. Cor. 7.

I. Tim. 5.

Ex hoc rursus matrimonio, aliisque sanctorū virorum ac matronarum, quae in sacris literis recitantur & laudantur, confirmat diuinus Spiritus statum coniugij coram Deo veluti sacrosanctum & probatum esse; ac vita humanæ salutare, necessarium, utile, nedum permissum. Omnia quoque illius officia, partes, adiuncta, cuiusmodi sunt mutua coniugum corporum potestas, benevolentia, viri ad vxorem & vxoris ad virum munera, ipse denique conceptus, partus, obstericatio, educatio, rei domesticæ cura &c. Deo grata esse: atque his pro vocatione fideliter & amabiliter incumbentes, modò cætera quæ præcipiuntur ad sint, gratiam Dei, ac tādem regnum cœlorum, tanquam iustis operibus promereri.

Constat enim ex Genesi, coniugium prorsus esse opus ac institutum diuinum, non humanum; idque in paradiſo, & primævæ innocentia statu ordinatum. Facto namq; homine dixit Deus: Nō

est be
simil
cio fo
ex ma
os de
relin
vxori
adue
dæ v
& pr
pula
in ho
Ho
tiæ si
nitat
Enoc
Mosi
que s
conci
hiber
rem p
tores
tecta
exor
elegi
visit
spirit
hem
vas
in ea
tua c
nio

est bonum cūm esse solum, faciamus ei adiutoriū simile sibi. Euam itaq; mirabili ac diuino artificio formatā ad illū adduxit quasi pronubus : quā ex manibus Dei suscipiens protoparens d. Nūc os de ossibus meis, & caro de carne mea: quāobrē relinquēt homo patrē & matrem , & adhæredit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Isthæc suo aduentu confirmauit Dei Filius, quando hæc A-
dæ verba, tanquam ab ipso Deo prolatā retulit & probauit. Ita Deo visum est viri & vxoris co-pula humanum genus propagare, & electos suos in hoc mūdo producere, cū tamē aliter potuisset.

*Gen. 2.**Mauth. 19.*

Hoc quoq; vt remedio voluit eos cōcupiscentiæ suæ stimulis & ardoribus obsistere, qui virginitati ac continentiæ studiis non delectarentur. Enoch, Noë, Sem, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Moses, Aaronis, Samuelis, Dauidis, Isaiæ, aliorū que sanctissimorum patriarcharū & prophetarū coniugia in veteri testamēto probauit. Lege prohibens, Non mœchaberis, Non cōcupisces vxorem proximi tui, simūlq; in adulteros & scortatores supplicia constituens, matrimonij iura larta tecta & inuiolata esse voluit. Nec parū nuptias exornat, quòd ex coniugata matre nasci tandem elegit. Apostoli Petri socrum sanans, & familiam visitans ; itémque Philippi quatuor filias donans spiritu prophetiæ, ostendit illorū cōiugia sibi vehementer placere. Agnoscit connubiū, quū per vas electionis cuique coniugum assignat, quid in ea vocatione præstare debeat. Hæc fuit perpetua constansque ecclesiæ catholicæ de Matrimoniō sententia, vt videre cuique licebit apud Mar-

*Exod. 20.**Math. 1.**Luc. 1.**Luc. 4.**Aet. 21.**Epiſtola ad**Tholofanos**cap. 9.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

Epiſt ad Phi- tialē, Ignatium, Clementem Alexandrinū, Tertul- liad. lib. 3. lianum, Origenē, Patres Nicenos, Nazianzenū, Strom. lib. de anima: lib. 8. Athanasium, Laetantium, Hilarium, Basilium, in Epiſt. ad Rom. Orat. Hieronymum, Epiphanius, &c. Augustinus li- de funere fo- bros edidit de bono coniugali.

roru: Serm. contra omnes heres: lib. 6. cap. 23.

Matrimonij hoſtes.

Isthæc autem seriō proponenda sunt populis Christianis, vt habeant tum vnde animos suos in aduersis & ærumnis matrimonij consolentur: tú vt conscientias cōfirment & muniant cōtra plurimorū hæresiarcharū latratus. Fuerunt enim etiā ab initio ecclesia Christianæ, Nicolaitæ, Simoniani, Carpocratiani, Basilidis quoque ac Saturnini, Marcionis, & Tatiani sectatores, qui diuersis & monſtrosis opinionibus Sacramēti matrimonij leges ac iura labefactauerunt. His succellerunt Cataphryges, Cathari, Priscillanistæ, Adamiani, Aëriani, nuptiarū sacro fæderi & ipſi vi- riē detrahentes. Emerſerūt tandem hoc seculo Lutherani, Anabaptistæ, Zuingiani & Caluiniani, qui quod supererat, fœdissimis hæresibus contaminauerūt. Negant enim omnes Sacramentum esse à Christo institutum, & eius nexus sola alterius partis morte dissolui: plurēsque vxores viro vni- co, Turcico planè more, permittunt: aliisque nefanda, & relatu indigna de eodem in vulgus effu- tiunt. Illa ergo quæ ad laudem & obseruantiam huius sacramenti pertinent, hīc aduersus om- nium horū errores notanda erunt.

Porrò, hīc quoque virtus Boozī ſpectanda pro- ponitur. Opes quippe, vel dotē amplissimā in vxore non ſpectauit: ſed diuinam legē, Ruthæ'q; ſuæ virtutes singulares. Nec timuit diues paupe-

rem,
nex d
Dei l
ptate
tores
ſed v
ergo
tarch
amic
locat
pecun
panp
diſſe:
crē d
res a
ſunt,
culā
vniue
tiā in
prou
uā, ci
des fi
bus c
Athe
tur e
virtu
qui E
N
Etē f
lege
vlla c
qua

rem, subiectā princeps populi, vel iuuenculā senex ducere: quoniā diuinis promissis confidens, Dei potius benedictionem, quām carnis voluptatera expectabat. Ideò testes aduocabat Senatores populi, quōd nō libidinis ergo eā duceret: sed ut suscitaret nomen defuncti in hēreditate sua. Hūc ergo nuptiarū finē attendāt, qui eas expertū Plutarchus refert Themistocle lumen Athenis virū amico rogāti, honesto inopi, an infami diuiti filiā locaret? respōdisse: Malo virū sine pecunia, quām pecuniam sine viro. Scribit quoq; idē, Virginem panperculā interrogatā, qua dote nuberet? respōdisse: Pudicitia, quā à maioribns accepi. Illā pulcrè doratā iudicās, quę marito incorruptos mores adferret. Herodotus & Diodorus authores sunt, Sesostre Ägypti regē hortulanī sui pauperculā quidē, sed pudicissimā vxorē sibi copulasse, vniuersis aulæ suæ heroidibus propter impudiciatiā in cineres redactis. Assuerus centū & viginti prouincis imperas Hesterā pupillā, Iudæā, captiuā, cū ētis principū suorū filiabus prærulit. Aristides filia; suas solius pudicitię & philosophiæ opibus doauit: & eam ob rem publico ciuitatis ære Athenis: ses viris honestis easdē locauerūt. Sectētur ergo iuuenculæ pietatē, pudicitia, modestia, virtutē, potiusquā corporū ornamēta: Dominus qui Ruthæ prouidit, earum curam suscipiet.

*In Themist.**& in Apo-**phegmat.**Herod. lib. 2.**Diodo. lib. 1.**Biblioth.**Alex. ab**Alex. lib. 4.**cap. 8.*

Non importunè hic quæritur, an Boozus recte fecerit ducendo Rutham Moabitidem, cùm lege cautum esset, ne Israëlitæ cum ethnicis villa coniuria fœderaque inirent. Responsio est, quando nullum apostasia à diuina lege periculū

COMMENT. IN LIB. D. RVT H

Vide sup. e. i. suberat, nuptiæ cum alienigenis non erant Hebræis prorsus interdictæ. Constatbat verò Ruthā ex animo conuersam esse ad vnius veri Dei cultum, ac fidem suam multis piis operibus iam comprobasse: ideo eam licet, imò laudabiliter duxit. His adde quod veterum nuptiæ cum alienigenis, ut Iosephi, Mosis, Salomonis, Boozi, Samsonis, certa dispensatione diuina contigerunt, quatenus Ecclesiæ ex gentibus incircuncisi cogendæ, & Christo eius vnico spōsa copulandæ mysterium adumbraretur. Hæc abudè tibi explicabunt Iustinus martyr in Dialogo: Irenæus lib. 4. cap. 37: Origenes comment. in Genes. aliisque tum Græci, tum Latini sacri authores. Additur de Boozo:

Ingressusque est ad eam, & dedit ei Dominus ut conciperet & pareret filium.

Iam insigne Dei beneficium, & matrimonij fructum recenset Samuel, nimirum, Rutham ex viro sene mox concepisse, & fœliciter filiū peperisse, quæ cum priori marito per decem annos omnino sterilis fuerat. *Ingressus est ad eam*, inquit, *id est*, rem habuit cum ea. Ita solent Hebæi actū coniugalem, & omnem rem ex se se pudeidā, honesta circumlocutione describere. Atque idcirco lingua suam S A N C T A M appellavit, quod in ea raro inueniantur propria nomina, quibus vtriusque sexus pudenda, & quæ propriæ ad hæc pertineant, significant: sed pudica ac verecunda periphrasi eadem circumloquantur. Viri & mulieris congressionem efferint verbo dormiendi, cognoscendi, ingrediendi. Gen.

39. A
Si qu
et us
Adam
uid n
gress
suam
mur,
restu
loyia
rond
Athe
legu
scen
tia &
loqu
recep
& ser
detri
mani
vocil
indix
uiola
stian
verb
esse c
prau
Etè P
ditia
Etos.
mian
spurc

39. *Ægyptia d. Ioseph: Dormi mecum. Levit. 20.*
Si quis dormierit cum nuru. Deut. 27. Maledic-
ctus qui dormierit cum vxore patris sui. Gen. 4.
Adam cognouit vxorem suam. 3. Reg. 1. Rex Da-
uid non cognouit Abisag. Gen. 16. Abraham in-
gressus est ad Agar. Gen. 30. Iacob ad vxorem
suam ingredi sibi licere petit. Hinc autem doce-
mur, selecta verborum honestate vti, si quando
res turpes nominare cogimur: omnemq; αἰσχε-
λογίαν vel obscenitatem in sermone cauere. Cha-
rondae cognomento Thurij præmio legum quas
Atheniensibus tulit, hæc verba apud Stobæum
leguntur: Turpia nemo loquatur, ne factis ob-
scenis animum inquinet, mentemque impuden-
tia & sceleribus repleat. Esto igitur turpe, etiam
loqui rem turpem. Seneca quoque docet longè
recedendum ab omni obscenitate & verborum
& sensuum: & satius esse etiam in foro, quædam
detrimento causæ tacere, quam verecundiæ. Ro-
mani authore Gellio, non factis modò, sed &
vocabus etiam petulatioribus publicam multam
indixerunt, vt legum ac disciplinæ dignitas in-
violabilis maneret. Quâto magis id deceret Chri-
stianos, qui diuinis legibus didicerunt, de omni
verbo etiam otioso, supremo iudici reddendam
esse olim rationem? Et bonos mores colloquiis
prauis, id est obscenis & spurcis, corrumpi? Re-
ctè Paulus admonet, Fornicatio, & omnis immu-
ditia neque nominetur in vobis, sicut decet san-
ctos. Et, Deponite iram, indignationem, blasphemiam,
turpem sermonem de ore vestro. Nunc
spurcissimi quique, ingeniosi, urbani, festiui, fa-

*Lib. I. contra
vulg. cont. 2.*

Lib. 10. ca. 6.

Math. 12.

1. Cor. 15.

Eph. 4.

Color. 3.

COMMENT. IN LIB. D. RVT H

ceti dicuntur. Rythmi & versus obsecnissimi impurissimorum poetarum aulicis praesertim, sunt loco precum canonicarum. Et miramur illic omnia turpia & flagitia?

Dedit Dominus Rytha, ut conciperet & pareret filium. Dominus inquam, non simpliciter Boozus, non ætas, non virtus fœcunditatis naturæ. Hæ tantum secundæ causæ sunt, quæ nisi primæ iuuentur auxilio & virtute, prorsus vanæ erunt. Nulla cum Rachele insaniens marito dicat: Da mihi liberos, alioquin moriar. Maritus non est Deus qui liberos donet. Sed cum fortissima viragine Machabæa potius fateantur omnes, se neque spiritum & animam, neque vitam patuulis dare, neque singulorum singula membra in veteris suis compingere: sed mundi Creatorem, qui primi hominis formauit nativitatem. Ergo liberi sunt præclara dona Dei, quæ potius à cœlesti benedictione pendent, quam à parentum potestate. Manus tuæ, inquit Iob, fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu. Et singulas conceptionis mutationes enumerans subdit: Nonne sicut lac mulisti, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis compegisti me, &c. Et Dauid: Tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meæ, in te proiectus sum ex utero. De ventre matris meæ Deus meus es tu. Imperfectum meum viderunt oculi tui, &c. Jacob de liberis suis rogatus ab Esau cuius essent, respondit: Pueri sunt, quos donauit mihi Dominus. Ioseph etiam patri suo percontanti qui

Gen. 30.

2. Mach. 7.

Iob. 10.

Pf. 21. 138.

Gen. 33. 48.

essent sunt, quos hi vxores & dominum sanctum in domo modice runt. Sane, diligenter videntur ros est Plato, tutus noster manu quam des. discipulus probatur reprobat. Po feliciter trimur & Subl. runt lami nium non ut m

essent Ephraim & Manasses, dixit : Filij mei sunt, quos Deus mihi dedit in hoc loco . Non, quos genui, aut, quos concepit ac peperit mihi vxor . Liberorum generationem, conceptionem, parturitionem, educationem inter opera & dona Dei profitetur per Dauidem Spiritus sanctus : Qui habitare (inquiens) facit sterilem in domo matrem filiorum lætantem. Quod non modò de sterilibus & effætis natura, quales fuerunt Sarra, Rebecca, Anna Helcanæ, vxor Manue, Elisæi hospita, Elizabeth Zachariæ, est intelligendum: sed etiam de illis quæ natura fœcundæ videntur. Neque omnino latuit Ethnicos, liberos esse diuinum munus ac beneficium . Nam Plato scribit : Ex viri & vxoris congressu partus nascitur: atqui hæc res diuina est . Et Romani varios deos deāsque confinxerunt tanquam conceptionum & parturitionum p̄f̄sides . Decet ergo magna cura illos educare in disciplina & timore Domini, ut sanctitate ipsi probentur, potius quam improbitate ab eodem reprobentur.

Ps. 112.

In symposio.

Postremò quoque obseruandum, conceptum fœlicemque partum vnum esse ex fructibus matrimonij. Ut enim ex arbore fructus desiderantur & quæruntur, sic ex matrimonio liberi. Sublato hoc fine, scribit Augustinus, mariti erunt turpiter amatores, vxores meretrices, thalamî fornices, socii lenones . Item Matrimonium censet hoc vocabulo appellari, quod non ob aliud fœmina nubere debeat, quam ut mater fiat . Reliquos matrimonij fines

Lib. 15. cap.

Faustum cap.

7: & lib. 19.

cap. 26.

COMMENT. IN LIB. D. RVT H

idem August. exponit libris de nuptiis & concubis
piscientia: lib. de bono coniugali: lib. de adult.
coniung: 21. de ciuitate Dei cap. 26.

14. *Dixerintque mulieres ad Noëmi. Benedictus Dominus qui non est passus ut desiceret successor familiæ tue, & vocaretur nomen eius in Iſraël.*

15. *Et habeas qui conſoletur animam tuam, & entrat ſenectutem. De nuru enim tua natus eſt, qui te diligit, & multo tibi melior eſt, quam si ſepte haberet filios.*

Congratulationes affinium & piorum vici-
norum h̄ic recensentur. Non inuidēbant alienæ fœlicitati, nō contabescabant in ſemetiſis de bono alieno, viduarūmque proſpero ſucceluſu: ſed Deo tot bonorum largitoris gratias habent, & proximis collætantur. Fructus eſt ac opus eius p̄cepti, quo iubet Deus diligere proximum ſicut ſeipſum. Charitas, ait Apoſtolus, non æmulatur, non cogitat malum. Facit potius ut gaudeamus cum gaudentibus. Si gaudet vnum membra congaudent cætera: nos autem ſumus alter alterius membra. Audierunt vicini Elizabethæ, quod Dominus magnificasset misericordiam ſuā cum illa, & congratulabantur ei. Iudei agnum comestuti vicinos qui ſimul ederent vocabant, ut ſimul cum religione, propinquorum coalesceret amor & dilectio. Faceſſat ergo à Christianis omnis inuidia, & fœlicitatis alienæ æmulatio, quæ peccatum eſt planè diabolicum. Diabolo namq;

Matth. 22.

2. Cor. 13.

Ro. 12.

Euc. 1.

Exod. 12.

*August. lib. 6.
contra Iul.
cap. 1.*

non ex
fecisti,
pollui
quippi
ac poti
licitati
Irenæ
tia: Cy
plurim
ac disc
& tine
thore
rum q
thore
grauiu
eos qu
Aureli
tation
ri in he
bona a
re pœ
mouer
tortor
Non c
iucund
tur, p
tibus,
Trip
istæ pi
lia eiu
ex nur
clarin

non exprobratur, adulterium commisisti, furtum fecisti, villam alienam rapuisti, thorum proximi polluisti: sed, homini statim inuidisti. Inuidia ^{Sap. 2.} quippe diaboli mors intravit in orbem. Primum ac potissimum Diaboli peccatum, ex inuidia f^clicitatis ac salutis humanæ ortum habuisse docet ^{Iren.} ^{Tertull.} ^{Cypr.} Irenæus lib. 4. cap. 78: Tertullianus lib. de patiē-
tia: Cyprianus sermone de zelo & liuore: aliq;
plurimi. Ea verò primū auctoře suum torquet
ac discriuat. Sicut rubigo ferrum (ait August.) ^{Serm. 83. de}
& tinea vestimentum, ita inuidia proprium au-^{tempo}
thorem consumit. Quemadmodum viperæ vte-
rum quo nascuntur dilacerant, ita inuidentia au-
thorem suum perdit. Cain, fratres Ioseph, Saul
gtauius in seipsis inuidentia sœuierunt, quām in
eos quibus inuidebant. Exclamat demum idem
Aurelius: Qualis hæc animæ tinea est? quæ cogi-
tationum tabes pectoris? quanta rubigo æmula-
ri in homine bonum Dei, & in malo opprobrio
bona aliena conuertere? Aliorum gloriam face-
re pœnam suam? Velut quosdam pectori subad-
mouere carnifices, suis cogitationibus adhibere
tortores, qui se intestinis cruciatibus lacerant?
Non cibus inuidis latus, non potus potest esse
iucundus, suspiratur semper, ingemiscitur, dole-
tur, pallor in facie, tremor in labiis, stridor in d^e-
tibus, &c.

Tripli autem nomine Noëmi congratulantur
istæ pia matronæ. Primo, quod nomen ac fami-
lia eius in populo Dei perpetuabitur per natum
ex nuru sua puerulum. Sperant quippe illum præ-
clari nominis futurum in Israële, virtutem & pie-

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

tatem parentum eiusdem animis reuolentes. Nam celebre nomen facile sibi parant liberi, qui ex magnis parentes prodeunt. Spectant quoque diuina oracula quibus dicitur: Memoriam iustorum esse cum laudibus: impiorum vero putrescere. Hoc autem contigisse ut coniectarant, certum est, quando ex hoc puerulo Dauid, Salomon, ac tandem Messias mundi salus, orti sunt. Ergo solùm virtutibus verae celebritas nominis patratur.

Secundò, quod nacta sit in parvulo, qui consoletur animam suam. Hebræi: qui sit reductor anime tue. Chaldaeus: Tibi sanè vitam incolumem conservabit. Id est, Miseriam tristemque viduam consolabitur, & læticiae multas occasiones suppeditabit. Periuulus enim potuit suis iocis mœrentem auiam recreare: grandior, omni obseruantia delinire, ac piis studiis & moribus in spes

Proverb. 10. magnas attollere. Nam filius sapiens exhilarat patrem, & filius stultus tristitia est matri sue.

¶ 15.

Exultat gaudio pater iusti: qui sapientem genuit, lætabitur in eo. Gaudet pater tuus, & mater tua, & exultet quæ te genuit. E contrario, Dolor & calamitas patris est filius stultus. Graviter in Deum & parentes peccant, qui eos ægritudine, tristitia, aut etiam dedecore afficiunt.

Tertiò, congratulantur quod haberet qui suam senectutem foveret ac enutrireret. Diogenes authore Laërtio, cuidam percontanti, quid in vita humana miserrimum existimaret? respondit: Senex egenus. Siquidem ubi naturæ atque for-

Proverb. 23.

Lib. 6.

rūnæ
extra
tas.
est,
bis i
omni
se eti
quib
ties
fame
præc
prim
matri
ues
los,
Quic
in C
lios
pieta
iniqu
tur:
tes e

16

17

P

tunæ præsidiis homo destituitur, tum maximè extraneis rebus fulcienda est ætatis imbecillitas. Hoc autem liberorum præsertim officium est, parentes nimirum senio confectos, aut morbis innalidos redditos alere, vestire, fouere omni honesto ac possibili officio. Æquum esse etiam ipsa docet natura, vt illos alamus, à quibus & geniti & nutriti sumus: quique toties vigilarunt, sudarunt, abstinuerunt, ne nos fame laboraremus. Secundæ tabulæ primum præceptum est, idque, vt Paulus obseruauit, Exod. 20.
Eph. 6. primum in promissione, Honora patrem & matrem, vt sis longæus super terram. Graues etiam comminationes extant aduersus illos, qui verbo aut facto in eos insurterent. Quin & exempla terribilia extate voluit Deus in Cham, & Absalone, vt immorigeros filios horum saltem suppliciis, ab impietate ad pietatis officia reuocaret. Quidam nunc patrios inquitunt in annos: alij morosos esse queruntur: alij domo nudos eiiciunt, focisque præcipites exturbant.

16. Suscepimusque Noëmi puerum posuit in sinu suo,
& nutricie ac gerulæ fungebatur officio.

17. Vicinæ autem mulieres congratulantes ei & dicentes, Natus est filius Noëmi, vocauerunt nomen eius Obed: hic est pater Iſai, patris Dauid.

Plissimæ viduae, vetulæ, auiæque erga nurum ac nepotes officiū hic habemus in Noëmi. Rutha

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

eam obseruauerat ut matrem, nunc in eius puerperio ut filiae officiosa est, gratitudinis vices cumulate rependens. De consensu enim generis sui Boozi in eius domum concesserat vetula, sed non modo languida atque iners ibidem non mansit, verum etiam operosa & semper agens aliquid. Filiae in partu dolores acerbissimos suauissimis de Dei lege in mulieres sermonibus minuerat & leuauerat. Paruulum editum ex quo tot Reges, prophetæ, Messias denique naſciturus erat, lordibus eluebat, amplectebatur, osculabatur, fasciis inuoluebat, collocabat in culcitra, dormitantem obseruabat: excitatum somno pascebat, ſinu gremioque nunc fouebat, mox de collo ſuſpenſum hinc inde ferrebat & ostentabat. Summa, nullum non edebat laetitia & gratitudinis ſignum. Ita videmus frequenter auos auiásque nepotes ac neptes maiore dilectione amplecti, quam proprios liberos. Hoc piarum viduarum ac matronarum munus eſſe poſtea expreſſit Paulus. Si qua vidua filios aut nepotes habet, diſcat (Chryſoſt. doceat filios) priuum domum ſuam regere, & muuam vicem reddere parentibus.

Rurſum hinc conſpicimus, nullum eſſe arctius vinculum dilectionis, eo quo parentes liberos ſuos complectuntur: quod tamen patrum admodum pauci perpendunt. Per ferrum, per aquas, per flamas itur intrepide, si filiorum charitas aut periculum postulet. Nullius rei incolumitas & felicitas parētibus ſuauior liberorum prospexitate: nullius funus acerbius magisque luctuosum. Vnicū ex filiis amifsum multos annos luxit

Iacob,

1. Tim. 5.

Iacc
audi
nos
laré
mili
ple
vidi
Absa
caſu
fleui
diam
gem
te, c
ſing
bus
nitu
citu
mult
Aug
Ex
cum
ta eſſi
amp
conſ
tum,
omn
Paric
Mof
ces L
rum
ſaac

Iacob, nec prius lacrymas abstersit, quām cūm
audiuit superesse. Eiusdem videndi desiderio an- *Gen. 46.*
nos natus centum & viginti, domesticos agrōs
lareſque dereliquit, vt in Ægyptum cum tota fa-
milia migraret. Eum denique cum lacrymis am-
plectens exclamauit: Iam lāetus moriar, quia
vidi faciem tuam, & superstitem te relinqu. *2. Reg. 18.*
Absalonem ingratissimum filium prælio vīctum
cæſumque, Dauid pius pater tantis lacrymis de-
fleuit, vt apud vīctorem exercitum sibi inui-
diām conflauerit. Senioris Thobiæ ac vxoris
gemitus pro filio ad dictam diem non redeun- *Thob. 10.*
te, etiam ferrea pectora commouerent. Iob pro
singulis filiorum singula holocausta cunctis die-
bus offerebat. Quotusquisque liberorum inue- *Luc. 15.*
nitur, qui sit ita de patris matrīsque salute soli- *August. lib.*
citus? Multos prodigorum & asotorum patres, *9. confess.*
multas Monicas adhuc inuenire licet: paucos *cap. 9.*
Augustinos.

Ex hoc loco iterum apparet munera obſteri-
cum atque nutricum à Deo instituta & proba-
ta esse, sua exempla in sanctis habere, quin &
amplissimas salutis æternæ pollicitationes. Qui
constituit & creauit sexum mulierum ad par-
tum, voluit esse quæ illis ferrent opem, & quæ
omnia mansa pueris infantibus in os insererent.
Parienti ex Iuda Thamari obſtericem adfuisse *Gen. 38.*
Moses commemorat: simul Ægyptias obſteri-
ces Deum præmiaſſe, quod paruulos Hebræo- *Exod. 1.*
rum seruassent. De nutrice Rebeccæ vxoris I- *Gen. 24.* ♂
saac semel & iterum in Genesi fit mentio: quo *39.*

Rr

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

satis indicatur huius opera in domo Laban patris sui educatam fuisse. Miphibosethi filij Iona-thæ, atque Ioram nutricum, sacra Regum Israëlis historia recordatur. Beata meritò ab omnibus prædicantur vbera sanctissimæ Deiparæ virginis Mariæ, quæ suxit Filius Dei caro factus. Eius itaque & pia genitrix, & sedula nutrix fuit. Iucundissima promissio est: Saluabitur mulier per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Ea enim sunt pia vocationis earum opera, quibus cum timore salutem suam operari iubentur. Hæc porrò meditari ac prædicare vtile erit, vt habeant abiectæ mulierculæ, vnde animos suos solentur, & in spem salutis constabiliant.

Vicinæ rursum congratulantes, & Deum benedicentes ostendunt qualia debent esse fœminarum colloquia, cùm puereras inuisunt, vel puerulos sacris vndis regenerandos deferunt atque offerunt. Deum itaque benedicant, laudent, mirentur in suis operibus: & gratias agant, quòd earum vteris ac vberibus vtatur ad electorum & seruorum suorum procreationem. Supplices rogent pro se ac liberis, vt diuinis beneficiis in salutem suam vtentur. Cauent ne scurrili dicacitate, impuris verbis, aut aliis peccatis iram Dei in se ac liberos prouocent. Eua continuò post partum Cain exclamauit. Posedi hominem per Deum: id est, Dei beneficio ac munere. Et in parturitione Seth: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vtrobique gratias Deo reddens pro fælici puerperio. Rachel &

Gen. 4.

Lia
tur
&
tur,
Pr
pue
atqu
eius
dem
est,q
quò
quò
mult
euen
aliis
etus
form
gent
Sam
lom
quò
H
uuli
cisi
circ
tum
deliu
trad
li
in B
flij

Lia piæ Iacob vxores in singulis liberorum parturitionibus conceptis verbis Dominiū laudant & benedicunt. Nunc garritur, saltatur, potitatur, &c.

Gen. 29: 27.

30.

Pro laudabili patrum more, nomen imponitur puérulo, vocatúrque Obed: quod sonat seruum atque agricolam, fortassis quod Rutha mater eius primò in agris, ac inter seruos cùm fruges demeterent, desponsata fuisset. Sic Moses dictus est, quod ex aquis extractus & liberatus sit: Isaac, quod risisset mater: Esau, quod rufus: Iacob, quod plantam pedis fratris sui teneret. Siquidem multis nomina vel com: murata, vel indita sunt ab euentu: aliis propter miracula quæ contingebat, aliis ad mysteria quædam adumbranda. Adam dictus est, quia de terra rubea (Iosepho authore) formatus fuit: Abraham & Sara, propter multas gentes, & principes qui ab illis orituri erant: Samuel, quasi datus à Deo per preces matris: Solomon, propter pacem sub eo futuram: I&SVS, *Matth. 1.* quod saluatorus esset populum à peccatis.

*Ioseph. lib. 1.**antiq. cap. 2.*

Hebræi in circūcisione præsertim nomina paruulis suis imponebant, ut palam ostendit circūcisionis Christi, & præcursoris eius historia: idcirco, quod hoc sacramento remitteretur peccatum originis, & in album filiorum Dei, ac fidelium synagogæ referrentur. Sic Apostolorum traditione (ut docet Dionysius Areop.) paruuli Christianorum vocabulis suis nuncupantur in Baptismo, tum quia ex filiis Adæ efficiuntur filii Dei, tum quia sicut noui milites, Satanæ

Dionys. lib. de eccl. hierarch.

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

abrenniant, regi autem Christo se suaque con-
secent, tum quia nomina eorum in cælis scri-
buntur, siquidem acceptam iustitiam seruauer-
rint. Vetus author est Dionysius Alex. priscos

*Lib. de pro-
missis, apud.
Eusib. lib. 7.
hist. cap. 20.*

Christianos Apostolorum Petri, Pauli, Ioannis
nomina suis liberis crebrò indidisse, tum pro-
pter singularem amorem quo erga illos afficie-
bantur, tum ut eos imitari, & à Domino pari ra-
tione diligi cuperent. Testis quoque Eusebius

*Lib. 8. hist.
cap. 22. in re-
centi tralat.*

eos qui à parentibus ethnicis accepissent nomina
idolorum, in baptismo nomina sanctorum pro-
phetarum Eliæ, Ieremiæ, Isaiæ, Samuelis, Danie-
lis sibi asciuisse, rebus & nominibus ipsis se ve-
ri Dei Israëlis cultores esse contestantes.

*Hom. 4. in
epist. 1. Cor.*

Chry-
sostomus quosdam arguit, quod contemptis
sanctorum nominibus, ethnicis & prophanicis
gauderent: quod & à plerisque nunc instaura-
tur. Malunt namque aliqui Hannibales, Catili-
næ, Scipiones, Timoleones, Hercules, forte e-
tiam Nembrothi, Pharaones, Holofernes, He-
rodes, & Nerones vocari, quam piorum aurū
nominibus, ut & animam simul & appellationē
profanam habeant.

18. *Hæ sunt generationes Phares. Phares genuit
Efron.*

19. *Efron genuit Aram. Aram genuit Aminadab.*

20. *Aminadab genuit Naason. Naason genuit
Salmon.*

21. *Salmon genuit Booꝝ. Booꝝ genuit Obed.*

22. *Obed genuit Isai. Isai genuit David.*

N
tes, m
sui ex
mera
auten
de qu
1.
Iudæ
xu or
dum
trum
dem
bus d
2.
genit
digic
luda
cendi
descen
terna
exegi
ne in
riare

3.
tract
serui
tus v
tion
tem

4.
vixit

Nemo putet hunc veterum patrum catalogū frustra recenseri: habet namque suas vtilitates, maximē cū diuus Matthæus hinc euāgelij sui exordium sumpserit, & D. Lucas hanc enumerationem Christi genealogiæ inseruerit. Sunt autem quædam in horum singulis notanda: deinde quorsus enumerentur inquirendum.

*Matib. 1.**Luc. 3.*

1. Phares in primis, ex nefario & incestuoſo Iudæ & Thamaris, id est ſoceri & nurus, comple-
xu ortus eſt. Non habent ergo Iudæi quod ſecū-
dum carrem glorientur, quod de ſtemmate pa-
trum aduersus alias gentes efferantur, quādoqui-
dem ex impurissimis ſcortatoribus & meretiic-
bus dēſcenderunt.

2. Eſtron voluit Hebræi in Seder Olam Zuta, genitum à Phares anno ætatis nono, quod pro-
digio ſimile eſt: atque illum cum eodem, & auo
Iuda, atauoque Iacob, compellente inedia, dē-
ſcendisse in Aegyptum. Moses illum inter eos qui
dēſcenderunt in Aegyptum numerat: ſed quo pa-
ternæ ætatis anno natus sit, reticet. Ergo Iudæi
ex egenis, famelicis, exulibus, peregrinis orti ſunt,
ne in carne ſed tantum in Dei miseratione glo-
riarentur.

Gen. 46.

3. Aram, qui ab Hebræis & Chald. litera de-
tracta Ram ſimpliciter appellatur, in Aegyptiaca
ſeruitute, & fornace ferrea ut ſcriptura vocat, na-
tus vitam exegit: ut hinc diſcamus locum, condi-
tionēmque ſeruilem nihil ſaluti officere, ſi pieta-
tem colas ex animo.

4. Aminadab & ipſe in Aegypto aliquamdiu
vixit, ſed cum totō populo Moſe duce, inde per

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

P. 105.

maris Erithræi medium eductus est. Dicere potuit, Transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Vedit magnalia Dei in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro, ut posteris notam faceret iustitiam & misericordiam Domini.

Num. 1. 2.

1. Paralip. 2. 5. Naason in Numeris à Domino princeps tribus suæ Iudæ, quæ regia erat, eligitur, ut Mosi per deserta, in administranda republica Israëlis adesset. Eumdémque in dedicatione tabernaculi primum inter duces populi obtulisse ante altare acetabulum argenteum, phialam argenteā, mortariolum aureum; tres boues, arietes sex, totidém que agnos & hircos ad immolandum, idem Moses tradit. Sororem quoque habuisse Elisabeth nomine, quam sibi despousauerit Aaron. Nec omittendum quod tradunt Hebræi, huic mulieri accidisse illo ipso die quo frater eius obtulit. Eam nimirum affectam fuisse quatuor insignibus gaudiis, & uno luctu. Nam leuir eius (inquiūt) erat rex, maritus pontifex sacerdotum maximus, frater princeps, filij secundum pontificatus gradum obtinentes. At duos filios Nadab & Abiu igne cœlesti concrematos luxit. Quidam addunt nepotem ipsius Phineem tum quoque vñctum fuisse ad bellum.

Exod. 6.

In Seder Olam Rabba,
cap. 7. Interp.
Genebrardo. 6. Salmon qui & Salma dicitur, in desertis genitus est. A Chaldæo paraph. à iustitia & pietate non parum commendatur: quódque posteros habuerit suæ pietatis imitatores adeo sedulos, ut nunquam impediti potuerint à Ieroboam satellitibus, quo minus semper Hierosolymam per-

gerent adoratum. Ille post patrem principatum quoque tribus suæ accepit, & cum Iosue magnā Chananaeorum partē bello superauit. Fide Raab quodam meretricis, sed tunc meliora consilia sequentis delectatus, eam (ut communis est sententia) vxorem duxit.

7. De Boozo passim toto hoc commentario diximus.

8. Obed Boozi & Ruth filius, Dauidis auus fuit. Hic pectorē candido (ait Chaldaeus paraph. ad nomēn eius facta allūsione) Deum optimum maximum coluit.

9. Isai, qui & Iesse ab Euangelistis appellatur, pater est Dauidis, ut 1. Reg. 17. Matth. 1. Luc. 3. atque hoc loco dicitur. Alibi rursus vocatur ^{2 Reg. 17.} Naas, seu Nachas, cuius nominis varia adfertur ratio. Chaldaeus paraph. idē Naas, id est, serpente seu colubrum dictum existimat, quod animam suam impia fraude non obligauerit, qua dominiū in illum habere posset Diabolicus serpens. Cui adstipulari videtur R. Dauid Kimhi scribens illum per antiphrasin serpentem appellatum, quasi de veneno serpentis nihil retinuisse. R. Ioseph Kimhi putat illum sic nuncupatum, eo quod ex ipso fortissimi viri egressi sint, qui hostes Israelis tanquam serpentes essent occisi. Priorem sententiam probat Hieronymus in traditionibus Heb. Hier.

Rabbi Da-
uid.

Rab. Ioseph.

10. Dauidis historia & res gestæ notæ sunt. Ex eo autem decem & nouem reges, Christus denique mundi seruator, prodierunt.

Porrò, non abs re hīc enumerantur Dauidis

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

parentis Domini nostri patres secundum carnem.
Primò namque manifestatur, quā Deus con-
stans & verax sit in promissis, vt omni confiden-
tia illis adhæreamus . Promiserat sed generaliter
nimis, Messiam nasciturum de semine mulieris;
deinde semen Abrahæ ad id singulariter ele-
gat; postea tribum Iudæ: postremò ipsius Daui-
dis posteritatem . De fructu ventris tui (aie-
bat ad eum) ponam super sedem tuam. Non so-
lum ab Euangelistis & Apostolis nostris , sed
passim etiam à vèteribus Rabbinis appellatur fi-
lius Dauid. Itaque vt verè in IESV NAZARE-
NO adimpletas promissiones istas toti mundo
palam fieret , Spiritus sancti consilio succeden-
tes sibi ab Abraham usque ad Dauid hominum
generationes à propheta recensentur . Sic con-
silium Domini in æternum manet. Quæ proce-
dunt de labiis suis non facit irrita . Fidelis Do-
minus in omnibus verbis suis. Consilium meum
stabit (inquit) & omnis voluntas mea fiet. Er-
go cum Abraham demus laudem Deo , quod
quæcunque promisit , potens est & facere , ta-
meti carnis iudicio impossibilia videantur.

Pf. 32.88:
144.

Isa. 46.

Rom. 4.

Secundò , tot patrum hominumque ex qui-
bus Maria virgo , & ex huius vteri substantia Ver-
bum caro factum , enumeratione , cuique mani-
festum est Christum verè hominem , verèque fi-
lium hominis fuisse. Quod obscurum aut incer-
tum esse non debuit , tum vt furores Valenti-
ni , Apellis , Marcionis , Manichæi , qui id in-
ficiatur erant , refellerentur : tum vt fides ca-

tholica de Christi solida veraque carne confir-
maretur. Quis enim iam fantasticum, aut ex aere
allatum illud corpus aestimaret, aut instar venti
per fistulam per virginis uterum solummodo
transisse cum fanaticis illis diceret, cuius in terris
tot parres, tot aui, tot abauit, attauique recelen-
tut? Verè itaque Christus secundum carnem se-
men est mulieris, verè semen Abrahæ, verè fru-
ctus ventris Dauidis, verè factus ex muliere: verè
pro nobis natus, circuncisus, oblatus. Verè ubera
matris luxit, esuriit, sitiit, iejunauit, fleuit, corpus-
que in ara crucis obtulit, & sanguinem fudit in
remissionem peccatorum.

Tertiò, his generationibus, quæ in I E S V N A-
Z A R E N O terminantur, palam fit eum solum
esse verum illum Messiam & redemptorē totius
mundi, quem ab initio promisit Deus pater, pa-
triarchæ tot figuris adumbraverunt, & prophetæ
prædixerunt. Moses, Iosue, Gedeon, Samson,
Iephate, aliisque Iudices ac Reges, Israëlem non se-
mel ab hostibus carnalibus asseruerunt, ac ideo
& Christi, & Redemptores, & Saluatores nuncu-
pantur; sed hic solus totum genus humanum ab
ira Dei, à peccatis, à tyrannide mortis & diaboli
eripere potuit. Iudas Galilæus, Theodas, Simon
Magus, Menander, Bar-cozba, & aliquot alij,
surgentis in nomine Christi, dicentesque: Ego
sum Christus, seductores fuerunt & plani impro-
bissimi. At I E S V S N A Z A R E N V S , cuius hic
genealogia refertur, germanus & vnicus totius
orbis seruator & iudex.

Ceterū, inter hos Christi auos, grauissimi

Gen. 3. & 20.

Pf. 131.

Gal. 4.

I. Reg. 16:
24:26.

Pf. 104.

Gen. 41.

Judic. 2.

Nehem. 9.

Euseb. Ni-

cephor. in

hist.

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

peccatores enumerantur. Iudas si quidem pater Phares deliquit, cum discessit a fratribus, & ad Chananaeos concedens, ethnicae nupsit: nurum suam nuptiis tertiiis fraudauit, tandemque pro meretrice cognouit. Naason cum aliis principibus initiatuſ Beel-phegor, comedit sacrificia mortuoruſ. Raab Salmonis vxor & Boozi mater, a Paulo & Iacobo disertè vocatur πόγων, id est, meretrix. Quin etiam Thalmudici tradunt etiam totis quadraginta annis, quibus Hebrei oberrarūt in desertis, corporis quæſtum fecisse, & quidem ex quo annos decem nata fuerat: quinquagenariam verò resipuisse. Dauidis adulterium, homicidiumque omnibus omnium literis ac vocibus decantatur. His autem cauit Spiritus sanctus ne meritis ac iustitiæ hominum, Christi incarnatione accepta ferretur: sed soli misericordia Dei nostri, qua nos visitauit oriens ex alto. Deinde, quia propter peccatores veniebat, de peccatoribus nascens, hos omnes in spem salutis erigebat.

Ad hæc, Thamar Chananaea Phares mater, Raab Hiericūris mater Boozi, & Ruth Moabitis, eiusdem vxor, ethnica, inter Christi auias cōmemorantur: ut indicaretur eum lapidem esse angularem, quo Iudæi & gentiles in vnum coalescerent, sicutque ex his & illis quibus unicum ouile.

*Lib. 5. Antiq.
cap. 14.* Postremo, ut verbis Iosephi finiamus, Hæc quidem quæ de Rutha gesta sunt explanauimus, ostendere volentes Dei potentiam, cui possibile est ad dignitatis culmen euhere quoſ-

cunque voluerit: & ad quale perduxit Dauidem
huiusmodi ortum initis. Et de his haec tenus: nūc
mysticum sensum inuestigemus.

MYSTICA TOTIVS CAPITIS QVARTI EXPLICATIO.

1. **B**Ooz terrenus promissis fidem tam con-
stanter faciens, illum adumbravit, qui ec-
clesiæ licet peregrinæ, peccatrici, abiecta, &
magna ex parte ex idololatris collectæ, vni-
uersa quæ pollicitus fuerat, ad vnguem seruavit.
Non præteribit (inquit) iota vnū aut vnus apex,
donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt,
verba autem mea non præteribunt. Recepérat
se daturum semen mulieris, quod serpentis ca-
put contereret. Hoc mille modis Satanás impe-
dire studuit, nunc ad cædem Abelis Cainum ac-
cendens, mox inducens omnem carnem ut cor-
rumperet viam suam, & diluuio deleretur, postea
Ismaëlem, Esau, Pharaonem, Saulem, reliquos
quæ tyrannos prouocans, ut selectos ad hoc se-
men propagandum homines omnino deleret.
Verūm, nunquam promissi adimpletionem im-
pedire potuit. Deus semper in promissis verax,
diabolus mendax.

*Matth. 5.
Luc. 21.*

2. Portam in quam ascendit Booz spiritalis,
sanctissimam Deipatam Mariam intelligunt, cu-
ius uterum elegit in quo veluti in throno resi-
det. De hac porta Ezechiel vaticinatus est. Porta
hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transiet

COMMENT. IN LIB. DRUTH

Ezech. 44. per eam quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea. Hæc enim verè clausa fuit, ait Hieron. quæ & ante partum, & post partum virgo permanxit. Porta clausa, inquit post Augustinum, Hildephonsus, virgo est Maria semper intacta. Vir non transiet per eam, quia Ioseph non cognouit eam. Clusa fuit in æternum, quia Maria virgo est antè par partum, virgo in partu, & virgo post partum. Princeps in ea sedet, ut comedetur panem coram Domino, quia Dei filius in utero illius nouem mensium spatio moratus est: indéque egressus tanquam sponsus de thalamo suo, ut comedetur panem coram Domino, iuxta quod ipse dixit. Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me patris.

Ps. 18.
Io. 4.

Is. 4. 32.

Rom. 7.

Ephe. 2.
Ps. 50.
Rom. 5.

3. Vetula Noëmi agros venales habens, vetus homo est, qui esu ligni vetiti innocentiam, iustitiam, vitam, cœlumque sibi ac posteris perdidit, ac se se, suosque diabolo vendidit. Portionem terre viuentium sibi ac nobis, sub terreni paradisi typo promissam, à se & filiis abdicauit. Ægyptius possessionem suam Pharaoni vendidit, ut hoc cibo potiretur. Exprobrat Dominus: Gratis venuti estis. Et Paulus totius generis humani misericordiam ingemiscens, Ego carnalis sum (inquit) venundatus sub peccato, id est, per carnis concupiscentiam ac peccata perinde diabolo ac damnationi obnoxius, atque seruus emptitius. Hac ergo venditione omnes nascimur filij iræ: omnes in iniuritatibus concipimus: omnes in Adam peccamus. Iustitia diuinæ igitur obstrepunt Pe-

lagiani, Zuingiani, & Caluiniani hæretici, atque gratiæ per Christum acquisitæ & oblatæ abienniant, cùm se suòlsque ex vteris matrum sanctos esse impudenter iactitant.

4. Boozus cœlestis tunc anonymum proximum de ducenda Rutha, & eius comparanda hæreditate conuenit, quando legis naturæ, atque Mosaïcæ obseruatoribus, suis viribus ac ritibus experiendum reliquit, an lapsum humanum genus redimere possent atque instaurare. Declinaverút omnes, & vulneratum à latronibus sauciaturumque hominem semiuiuentem præterierunt. Adam subducebat seipsum fugiens faciem Domini, Cain profugus vagabatur. Seth, Enos, Enoch, Lamech, Noë, Melchisedec, &c. peccatores seipso agnoscentes, ad hoc opus se ineptos esse confessi sunt. Nuptias istas detrectauit Moïses dicens: Obscero Domine, mitte quem miserrimus es. Refugit David orans: Ostende faciem tuā (i. Christum) & salvi erimus. Deus iudicium tuū regi da, & iustitiā tuam filio regis, id est, Messiae. Baptista quo inter natos mulierum non surrexit maior, huic negotio cedens, confessus est, & non negauit, confessus est quia non esset Christus. i. nec agrorum cœlestium redemptor, nec Ruthæ spiritualis sponsus & index.

*Luc. 10.
Gen. 3:8 & 4.*

5. Mysticus Boozus plurimos de senioribus ciuitatis, operis sui testes & adprobatores assumpsit, quando tot Patriarcha, tótque propheta aduentus sui, incarnationis, miraculorum, passionis, resurrectionis, & ascensionis præcones consequutus est. Abraham yidit diem eius, & gaui-

*Exod. 4.
Pj. 79:8 & 71.*

Io. 1.

*Io. 8.
Io. 5.*

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

sus est. Moses non solum de illo scripsit, sed & cum Helia in monte testimonium reddit. Zacharias, Symeon, Natanael, Nicodemus, Lazarus, Iairus, Centurio, Regulus, Gamaliel: quin imò hostes acerrimi eius Pilatus, Iudas, milites, maligni denique spiritus, eius deitatis, potestatis, & innocentiae vel inuiti testimonium publicum reddiderunt. In secundo ad nos aduentu sua æquitatis testes, & iudicij assessores habebit non solum angelos, sed & Apostolos sedentes super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Alij sancti cum illo de hoc mundo iudicabunt. Facient in reprobos iudicium conscriptum, quod non minima erit eisdem gloria.

6. Soli Boozo relicta est Rutha, quam ducet. Et unico Iesu Christo filio suo redimendæ ecclesiæ pater cœlestis munus concessit: quando dedit illi omnia in manibus: constituitque nullum aliud nomen sub cœlo hominibus dare, in quo eos oporteat saluos fieri. Solus Iosue, non Moses, populum perducere potuit in terram patriarcharum posteritati promissam. Nec Giezi, nec Heliæi baculus mortuum ad vitam reuocauit: ipsummet prophetam, i. Dei viuentis filium oportuit adesse, & carnem nostram sacratissimæ carnis suæ contactu vivificare. Nihil ad perfectum perduxit lex. Sanguine hircorum & taurorum deleri peccata non potuerunt.

Matth. 25.

Matth. 19.

1 Cor. 6.

Pf. 149.

Is. 13.

Act. 4.

4. Reg. 4.

Hib. 7.

7. Anonymus propinquus tum mysticè sibi calceum detraxit , cùm Iudaicus populus vrbe, patria, libertate, regno ac sacerdotio, quibus ante Christi aduentum ornatus, & quasi cothurnatus gloriose præ cæteris mortalium incedebat, priuatus & spoliatus fuit. Minatus illis fuerat Dominus per prophetas : Solemitates *vestras* *Isa.1.*
non ferā. Non suscipiā vltra munus de manibus *Malach.3.*
vestris. Prouocabo vos in eo qui nō est populus, & in gente stulta irritabo. Sceptrum illorum *Deut.32.*
detractum legimus à Romanis Crasso & Pompeio ; ab Herode Ascalonita , Antippa , Agrippa , Archelao , Philippo genere Idumæis ; Pilato , Festo , Fælice , aliisque populi Romani officiariis , à quibus sublata Iudæorum libertate , graui seruitutis iugo oppressi fuerunt. Sublatum fuit sacerdotium , quando pro Aaronicis sacrificiis , vnicum secundum ordinem Melchisedec Christus ordinavit. Iure ergo vestes suas eorum summum pontificem dilacerare , iure velum templi à summo vsque deorsum findi oportuit. Reprobatio facta est prioris testamenti , tanquam vilissimi cuiusdam ac detriti calcei , propter inutilitatem . Ablatum est ab eis regnum Dei , & datum est genti , quæ meliores *Matth.21.*
fructus proferat.

8. Nouis Boozi ac Ruthæ nuptiis multi in Beth-lehem congratulantur. Sublato velamine , naturam humanam terrena nativitate sibi copulante atque desponsante Verbo , angeli lætantes canunt : Gloria in

COMMENT. IN LIB. D. RVTH

Luc. 2.

altissimis Deo. Beth-lehemiticos pastores etiam ad collatandum unus illorum inuitat dicens: Anuncio vobis gaudium magnum quod erit omni populo. Et omnes qui audierunt mirati sunt, scribit Euanglista, de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. Sed & Magi non ita multum postea superuenientes, videntes stellam quae velut digito illos in Beth-lehem dirigebat, gauisi sunt gaudio magno valde. Symeon sertex praegaudio quoque gestiens, dum puerulum suscepisset in vlnas suas, cecinit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.

*Matth. 2.**Zec. 2.**Isa. 54.*

9. Ruthæ Moabitidi numerosam prolem ex suo Boozo exoptarunt: cuius rei mysterium in Ecclesia ex gentibus collecta adimpletum est. Nam fecunditate toto cælo Synagogæ liberos superauit. Hæc paucos intra Palestinæ angustias perperit: illa ab oriente & occidente, ab aquilone, & septentrione innumerabiles accedentes, ut baptismo & aliis sacris Deo per eam initiantur & generarentur intra paucos annos conspexit. Hac de re eam effuso gaudio bacchari iubet per Isaïa sponsus cœlestis. Lætare sterilis, quæ non paris: decanta laudem, & hinni quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ magis quam eius que habebat virum, dicit Dominus. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clausos tuos consolida. Ad dexteram eam & lævam penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. His enim prædictitur conuersio infinitarum gentium ad Chri-

ad C
Apoc
rum10
tutis
mirati
re, o
obse
ti pr
nes
tes.
tu d
prox
moo
luce
voca
te' te
celeb
tha f
desp11
cta c
pani
sæ si
cessi
ues s
sunt
tes I
dem
serui
facti
auter

ad Christianam pietatem, per prædicationem Apostolorum & discipulorum, qui ex Hebreorum semine sati erant.

10. Mystica Rutha exemplum quoque virtutis est cunctis Ephratæis: cum tot virtutum, miraculorum, & donorum Spiritus sancti fulgore, omnes in sui admirationem, & sponsi amore, obsequiuimque prouocat. Iure comparatur monti præparato in vertice montium, superque omnes colles erecto, ad quem confluunt omnes gentes. Reginæ quoque stanti à dextris regis in vestitu deaurato, post quam adducuntur virgines, & proximæ eius adferuntur. Lucerna est non sub modio, sed super candelabrum constituenda, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Ciuitas etiam vocatur super montem ædificata, cuius splendore totus orbis illustratur. Atque hoc est nomen celebre, quod in Beth-lehem consequuta est Rutha spiritualis, id est, ecclesia à Christo vocata & despontata.

*Isa. 2.**Ps. 44.**Luc. 8: & 11.
Matth. 5.*

11. Rutha prius alienigena, Boozo suo iuncta ciuis ac municeps Beth-lehem, quæ domum panis significat, effecta est. Ecclesiæ quoque spōsæ suæ filiis ac discipulis spiritualis Boozus concessit, ut iam non sint hospites & aduenæ, sed ciues sanctorum & domestici Dei. Constanti spe sunt iam conuiuscitati, conresuscitati, & confidētes I E S V C H R I S T O in cœlestibus: imò eadem spe iam salui, & angelorum non solùm conservi, sed & conciues. Qui aliquando erant lögè, facti sunt propè in sanguine C H R I S T I. Hic autem tantisper commorantes reficiuntur pane

Eph. 2.

Sf

COMMENT. IN LIB. D. RUTH

- Ie. 6.* illo qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.
Mattb. 26. Panis iste manna veteri longè suauior ac præstātior, caro CHRISTI est, pro nobis in crucem tradita: & sanguis effusus in remissionem peccatorum. Cibis diuinis abundant mystici Boozi ac patrisfamilias domestici, interea dum Berengiani, Zwingiani, Caluiniani asoti, metonimiarū & figurarum suarum siliquas deuorantes, fame pereunt. Vmbræ à quibusdam perduellibus confictæ inhiantes, tanquam canes Aëlopici, in profluente submerguntur & pereunt.
- Iren lib. 2. cap. 12.*
- Io. 16.* 12. Haudquaquā infœcunda vnquā erit cælestis Rutha; nam mox ut iuncta fuit Boozo spiritali concepit ac peperit Zachariam, Simeonem, Annam, Pastores, Magos, Apostolos, discipulos, & innumerabilem credentium frequentiam. Mulier ista pariēs tristitia affecta est, sed post partum amplius non meminit pressuræ. Adumbrata est rursum per mulierem quam Ioannes consperxit amictam sole, & coronatam stellis duodecim, quæque in vtero habens clamabat paritura, & cruciabatur ut pareret. Confecta quippe fuit cruciatibus summorum dolorum, cum tot martyrum myriades eniteretur, sed inuitis septem capitibus, ac decem Draconis cornibus, id est omnibus tyrannis, schismaticis, & hæreticis, salua semper eusas & gaudens. Parit etiamnum quotidie Boozo suo, quotquot non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo, per verbum & sacramenta in dies nascuntur.
- Apoc. 12.*
- Io. 1.*

13. Anicula Noëmi gaudio perfusa paruulum
fuscipit gremio, & toto pectore diligit. Nec secus
Synagoga ad finem seculi Christum per fidem a-
gnoscet, amplexabitur, deosculabitur. Si fuerit *Is. 4.10.*
numerus filiorum Istraël tanquam arena maris, re-
liquæ saluæ fient. Per Heliam magnum mirabi-
lémque prophetam vltimo tempore Iudæos in
Christum esse credituros, celeberrimum est in
sermonibus, cordibúsque fidelium, scribit Au- *August.*
gustinus, 20. de ciuit. cap. 29.

14. Nec mysterio vacat, quod Ruthæ partus
Obed, id est seruus, cultor, seu operarius voce-
tur. Nam quos Ecclesia Deo parit, decet seruire
in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus die-
bus suis. Seruitus ista omni regno & imperio,
omnibus thesauris & opibus est anteferenda. E- *Luc. II.*
go seruus tuus sum, inquit Regum clarissimus, ac
prophetarum eximius, & filius ancillæ tuæ. Fre-
quentius se seruum Christi esse, quam vel Docto-
rem gentium, vel miraculorum patratorem glo-
riatur Apostolus. Oportet quoque spiritualis Ru-
thæ liberos, actuosos esse ac operosos. Nam iner-
tes coarguntur à sposo eius: Quid hic statis to-
ta die ociosi? Videant alij opera vestra bona, in- *Matth. 20.*
quit, vt glorificent patrem vestrum qui in cœlis *Matth. 6.*
est. Et iterum: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ *Io. 5.*
facite. Paulus diuites huius seculi vetat superbè
sapere, aut in incerto diuitiarum sperare: ve- *I. ad Ti-*
rūm præcipit, eos omni studio incumbere, vt *mot. 6.*
diuites fiant in operibus bonis. Nam tandem ali-
quando de singulis omnium hominum iudicabi-

COMMENT. IN LIB. D. RVTH CAP. IIII.

tur secundum opera ipsorum: & tunc unusquisque mercedem accipiet secundum proprium laborem. Enixè itaque studeat quilibet nostrum Spiritus sancti fretus auxiliis, bonis operibus abundare, ut bona fronte dicat Domino in su-

*Apoc. 20.
1. Cor. 3.*

*Augu. Serm.
39. de verbis
Dom.*

prema die: Feci quod iussisti, redde quod promisisti.

1. Tim. 1.

Regi seculorum, huius diei & iudicij authori, immortali, inuisibili, soli sapienti Deo honor & gloria in secula seculorum. Amen.

I N

S
C
M
M
P
A

A
dum
dech
310.4
Abbat
neoni
Cte.
subijc
Abbat
culip
Abbat
hodie
Abdia
173.b
Abel
252.

I.
f-
a-
m-
a-
l-
b-

r-
e-

INDEX RERVM IN-
SIGNOIRVM, QVÆ HIS
continentur in librum Ruth cō-
mentariis : litera quidem, a, pri-
mam : b, verò alteram indicante
paginam.

A

- A**ronis sacrificiis sub-
latis, unicum secun-
dum ordinem Melchise-
dech instituit Christus.
310.a
Abbatæ militibus, ga-
neonibus, meretriculis,
&c. prostitutæ, hastæ
subjiciuntur. 146.a
Abbates quidam huim sa-
culi personati. 44.b
Abbatum quam plurimi
hodie sacrilegi. 249.b
Abdiæ cineres adoratae.
173.b
Abel semper castè vixit.
252.a
Abel in ætate media mor-
tuus. 63.b
Abessan, qui etiam Booz
appellatur, Iudæis pre-
fuisse. 13.b, 14.a
Abigail virum suū Na-
bal quam prudenter cō-
monefecerit. 35.a
Abimelech Rex Gerasis, ob
raptum ac detentionem
uxoris Abrahæ grauiter
afflictus. 288.a
Abius & Nadab extinti
flammis, quod ignem
obtulissent profanum.
222.b
Abraham cur sic appel-
lat ij

INDEX.

- latus. 304.a
 Abraham patri suo deos
 alienos colenti nequaquam
 adhæsit. 176.a
 Abraham, Tharae idolola-
 tra filius, Deum semper
 coluit unum & verum.
 100.b
 Abraham solus inter Chal-
 dæos, & Palæstinos verā
 coluit religionem, ac
 defendit. 85.a
 Abraham, omnibus rectè
 credentibus exemplum.
 176.a
 Abraham filij sui oblatio
 spontanea, sanctissima.
 236.b
 Abraham afflictus varie
 propter rixas Saræ &
 Agarís uxorum suarū.
 282.b
 Absalon Hebreorum pul-
 cherrimus. 64.a
 Absalon quo ritu suum a-
 dorauerit patrem. 171.b
 Absalon cum Satana pe-
 riuit. 125.a
 Abstinētia utilitates.
 192.a
 Abstinētia custodivit
 Noë unā cum eius uxo-
- re, & filijs, quando cra-
 pula demersit mundum.
 191.b
 Abundantia labore &
 opere comparatur. 198.a
 Abundantia panis, fons
 iniquitatis Sodomitanæ
 fuit. 151.b
 Acetaria quānam propriè
 vocentur. 190.a
 Acetum, herbarum condi-
 mentum. 190.a
 Aceto summa refrigeran-
 di inest vis. 190.b
 Achab rex quām scelerata-
 tus & impius. 11.a
 Achan furti reus, neci tra-
 ditus. 244.a
 Achior Ammonita, pa-
 trijs superstitionibus re-
 ligetus, veram amplexatus
 est religionem. 100.b
 Actionum nostrarum bo-
 nitas, aut malitia pendet
 ex fine. 236.b
 Adam grauerit peccauit,
 quod uxori plus quām
 Deo creditit, & obedi-
 uit. 119.b
 Adamus omnes suos filios
 docuit artes mechanicas.
 39.a

INDEX.

- Adamum in Caluaria loco fuisse sepultum. 48.a.b
 Adams seipsum subducebat, Domini faciem fugiens. 309.a
 Adorandus in Eucharistia Christus. 226. a.b. &
 227. a
 Adorare scabellum pedum eius, quid sit. 226.a
 Adorationem bisariā sumi. 170.a
 Adorationem duplēcēm etiam constituit Beata, religiosam unam, alteram cūilem. 171.b
 de Adorationē, pia ac doctissima digressio, & cōsideratio. 170.a. & seq.
 Adorandi sancti & angelī dulia. 172.4
 Adoratio, quae soli Deo debetur. 170.b
 Aduenæ in terris, Christi membra. 138.a
 Aduenæ non contristandi, nec affligendi, sed oīs benefaciendum. 40.b. &
 41.a
 Adulteri oculua caliginem obseruat. 247.b
 Adulterorū mercedes sunt propriarum uxorū adulteria: exempla. 206. a.b
 Adulteriū viginti quinque virorum millium cēde punitum. 35.b
 Aduocatos suum patrocinium vēdere posse. 272.a
 Egyptiorum ab Hebreis spoliatio non damnanda, non tamen imitanda. 26.b
 Egyptus, olim mūdi horreum. 25.b
 Egyptus idolatriæ deditissima. 18.b
 Emulatio, peccatū planè diabolicum. 300.b
 Egypti plague. 20.b
 Aeneas patrem Anchisen à Troiae conflagratione suis eripuit humeris. 79.b
 Equalis aequalēm delebat. 62.b
 Astas non est sine hyeme. 69.a

INDEX.

- Afflictis nos compati decet, si Deum velimus habere nostri misericordem. 128.b
- Afflictionum utilitates. 139.a
- Agnus paschalem cesturi Iudei cur vocarent vicinos. 300.b
- Agriculturam quis primum docuerit. 39.a
- Ala metaphorice quid sit in scripturis sacris. 176.b
- Alchoranus fabulis ac delirationibus sacro contradicit euangelio. 214.b
- Alexander magnus quam continens & castus fuerit. 247.b
- ΑΛΦΙΤΟΥ quid. 191.a
- Amalechitarum genus Deus voluit omnino perire, quod ab Esaii descendenterent, &c. 287. a.b
- de Ambiguis non iudicandum. 247.b
- Amen amen, iuramenti species. 256.b
- Amicitias conciliatensus. 251.a
- Amicus verus omni tempore diligit. 204.a
- Amici facti hyeme fortunae deuolant omnes. 204.b
- Ammonita cur lege ab ecclesia in eternum prohibiti. 22.a
- Angeli de caelo ceciderunt, & homo primus de paradiso. 114.b
- Angeli boni gratiae cooperantes, in Dei cultu perseverarunt: mali autem superbientes, propria malitia defecerunt. 114.b
- Angelus exterminator, & vastator quis & qualis fuerit. 245.a
- Angeli gladio percutient orbem, & incipient a sanctuario Dei. 20.a
- Angeli pro nobis orant. 76.a.b
- Animarum defunctorum delicta in dies purgari, ex Hebreorum religione. 91.b
- Animum in oculis habitare, ex sententiâ Pliniij. 99.b
- Anna, Tobiae vxor, ob filium absentem, mulierbiter se lamentis, lacrymis conficiebat. 66.a

INDEX.

- Anna Tobiam maritum*
senio, cæcitate, & egestate
laborantem, suis operibus
fouit, & nutriuit. 36. a

Annone publice quanta
cura sit habenda. 207. b.
 208. a

Annum & vetularum
officia. 206. b

Anseribus gentiles sacra
faciebant. 211. b

Antichristus est omnis,
qui soluit christum. 32. b

Antiochus Epiphanes fæda
phtiriasi, infandisque
doloribus, ob sacrilegiū,
absumptus. 8. 6. 9. a

Antiquus dierum quid sit
apud Danielem. 271. a

d. Antonius hippocentaurum,
Faunum, & satyrum
vidit, & allocutus
est. 245. b

cum d. Antonio diabolus
sub specie variarum bel-
luarum cōseruit manus.
 245. b.

Apathia Stoicorum. 99. b.
 246. b.

Apellis monachi continen-
tiam specie horrendæ fe-
- ræ, diabolus perturbare*
conatus est. 245. b

Apocrypha quæ propriè di-
cantur. 2. b

Apocryphum duobus acci-
pitur modis. 3. b

Apostatarum greges hoc
tempore propter otium,
in summam orbis perni-
ciem emerserunt. 152. b

Apostata ex piorū nume-
ro pellendi. 135. a

Apostoli ex nautis, homi-
nūm pescatores facti sunt.
 39. a

Apostoli ad quid electi,
& à Christo vocati.
 137. b.

Apostoli duodecim per duo
decim patriarchas signifi-
cati. 219. b

Apostolorum vox in om-
nem terrā exiuit. 140. b

Apostoli baptizati. 255. a

Apostolorum euasit nul-
lus, qui non biberit de ca-
lice domini. 138. a

Apostolici viri qui propriè
sint. 220. a

Aqua & panis, initium
vita hominis. 190. a

Aquilarum cura in edo-

INDEX.

- | | | |
|--|--|-------|
| cendis pullis ad volandū. | facilis. | 20.b |
| 37.b | Artem qui non dicitur, | |
| Ara idolis ab Israëlitis erexit. | sedat ligone 195.a.b | |
| 11.b | Aries mechanica à Deo | |
| Arbitrium liberū. | hominibus ruelatae. | |
| Arbitriū liberum actiū, | 38 b | |
| et passuum. | Aries mechanicæ à Christo | |
| 116.b | sancificatae. 149.a | |
| Arbitriū liberum multis probatur scripturarum locis. | Aries et scientia sine civitate ad regnum cœlorum obtinendum nihil profunt. | |
| 82.a.b | 86.b | |
| Arbitrij liberi hostes primi quinā fuerint. | Afinus, animalium rudissimū, Domini sui cognoscit præsepe. | 167.a |
| 224.a | Afni caput, fame grassante, octoginta emptum argenteis. | 18.b |
| Arborem radice solida fundatam procella non subuertit, quid sit. | Afino pisci gulosi comparentur homines, et cur. | |
| 664.a | 194.a | |
| Arcæ Noë, ecclesiæ catholice figura. | Asmodeus quis et qualis | |
| 215.a | dæmon, et quod eiusdem munus. | 245.a |
| Arcæ mysticæ quid. | Astaroth idolum. | 7.b |
| 253.b | Atheismus à quo primum | |
| Areopagita, iudices incorruptissimi. | introductus. | 58.a |
| 271.a | Athei, sacrarum scripturarum hostes, sub deformi libertatis larua, os in cælum aperiunt. | 8.b |
| Areopagita unde sic dicti. | Athei, naturæ admirato- | |
| 266.b | | |
| Aries hæres in spinis quid significet. | | |
| 257.b | | |
| Arioli de medio tollendi. | | |
| 83.b | | |
| Aristoteli animorum immortalitas incerta. | | |
| 43.a | | |
| Arius omnibus antiquis patribus præferri volebat. | | |
| 222.a | | |
| Artaxerxes quam accessus | | |

I N D E X.

- res, caelo, sideribus, ter-
risque omnia tribuunt.
75. a
- Athenæ, omnium bonarū
artium domicilium. 23. b
- Avaritia, omnium malo-
rum gurses. 209. a
- Avaritia, tētērrima pestis.
275. a
- Avaritia crescit, quantum
ipsa pecunia crescit.
144. b
- Avarorum fraudes graui-
ter ulciscitur Deus, exē-
plum. 42. a
- Avarus semper eget. 275. a
- Avarus cum terra arenosa,
& hydropi compara-
tus. 275. a
- d. Augustinus matris piæ
lacrymis, & d. Am-
broſij sermonibus victus
christianismum est am-
plexus. 100. b
- d. Augustini in pauperes,
& captiuos summa pie-
tas. 249. b
- Aulici quam molles, &
effeminati. 238. b
- Aulici quam fieri, simula-
ti, & perfidi. 155. b
- Aulici arte sinones. 155. b
- Alicorum famuli, pluri-
mi, malunt Holofernis
quam Boozi, seruos imi-
tari. 161. b
- Aulici comparant ſibi fæ-
tores ex Venere falacriſſi-
mi. 238. b
- Aulice mulieres Egyp-
tiorum templis persimi-
les. 240. a. b. & vulpi-
bus, quarum detracta pel-
lis tori corpori præstat.
ibid.
- Auraicus, princeps Belgij
pernicies, propria uxore
repudiata, Monialem ha-
reticam duxit. 31. b
- Aurum habet ecclesia, non
ut feruet, sed ut egenis e-
roget. 249. b
- B
- Bal, vel Baalim ſimi-
lacrum. 7. b
- Baal idolo inerant, & in eo
latitabant cacodæmones.
11. a
- Balenarum induſtria natu-
ralis in conſeruandis suis
vitulis. 37. b
- Balneorum uſus quis, &
qualis eſſe debeat.
237. b.

- Baptismus, omnium sacramentorum primum. 58.b
 Baptismo consignari Deus vult omnem se colentem. 255.a.
 Baptizari quot & quibus causis debeat quilibet homo. 255.a.
 Baptizatus qui non est, etiam si omnem colat pietatem, apud Deum spem habere nequit. 255.a.
 Baptismus non solum peccato detentis necessarius, sed etiam his, qui gratiae privilegio ante iustificati fuerint. 255.a.
 Baptismus apud Ethiopes quibus celebretur ceremonia. 95.b
 Baptismi ceremonia. 255.b
 Basia pudica, & siccata. 112.a.
 vide plura in dictione, Oculum.
 d. Basilius modis omnibus magnus. 151.a
 Beatitudines nouem a Christo predicatae. 180.a
 de Beato fieri miserum, misericordie. 66.b
 Beelphégor, idolum Moabitarum. 21.b
 Beelphégor à quo & quibus olim adorabatur populis. 85.a
 Benedictus, qui confidit in domino. 166.b. 167.a
 Benedicendi verbum quot modis usurpetur. 202.a
 Benedictio ciborum mensæ appositorum, quantam habeat vim. 194.b
 Benefacta nunquam inaniter pereunt. 205.b
 Benefactorem agnoscere, ac suspicere, animi ingenii est argumentum. 167.a
 Beneficia de iniquo quæstio in pauperes collocata, Deo grata esse nequeunt. 196.a.
 Beneficij accepti meminisse oportet, dati vero obliuisci. 251.b
 Benevolus, Iustine imperatrix Arianæ cancellarius, maluit honoribus carere quam ciuidem subscribere decretis. 28.a.
 d. Bernardus mellifluus. 211.a.
 Bestiæ male & crudeles à

I N D E X.

- | | | | |
|--|--------|---|--------|
| Deo excitantur aduersus peccatores. | 15.a | Bonum summum hominis, religio vera. | 103.b |
| Bestiarum quarumdam mira natura in catulis atlendis, & seruandis. | | Bonum facientes, non deficiamus, suo enim tempore metemus. | 87.a.b |
| Beth-Sabæa adultera, Iesu Christi avia. | 5.b | Bonum nullum, quamvis exiguum, Deus finit irrenumeratum. | 178.a |
| Beth-lehem. i. domus patnis. | 137.a | Bona humana & mala incerta, & solamors certa. | 42.a |
| Beth-lehem duplex, una Galileæ, altera Iudeæ. | 20.b. | Bonus, etiam si seruat, liber est. | 156.b |
| Beth-lehem Iudeæ in orbe toto prorsus illustris. | 21.a. | Eonos ab ecclesia non discedere. | 114.a |
| duo habuit cognomina, ibid. | | Bonis quod bene sit, nunquam perit. | 205.b |
| Beth-lehem viculi laudes eximiae. | 23.b | Booz, Abessan cognominatus. | 18.a |
| Beth-lehem cœlestis. | 139.b | Booz ἀγροφόρος, diligenter, prudens, & solers paterfamilias. | 159.a |
| Beza, in hæresi Calvini filius. | 59.a | Booz, vir potens, & magnarum opum, ac insignis pietate, & genere. | 142.a. |
| Beza Christianismum cum paganismo, Iudaismo, & atheismo confundit. | 58.b | Booz legis diuinæ, iustitiae que externe studiofissimus. | 287.b |
| Beza præpostoram suā Venerem versibus canit. | 248.b. | Booz quantopere continens & castus fuerit. | 247.a |
| Bigamiam introduxit Lamech primus. | 18.a | Booz aream ventilans, quid | |
| Blasphemi qua pœna puniendi. | 24.a.b | | |

INDEX.

- mystice. 253. b. & con-
 nuiū suis messoribus in-
 struens. 254. a
 Booꝝ & Christi collatio
 ſymbolica & mýftica.
 209. a. b. & seq.
 Bos ſuum cognoscit poſſeſſo-
 rem. 167. a
 Bobus in area fruges tritu-
 rantibus nō vult Deus o-
 raligari. 189. b
 Britanni toto orbe diuifi.
 21. a
- C
- C**acodæmones huma-
 nis hostiis honorati,
 211. b
 Cacodæmones noctu calli-
 dius nos fallunt, & in-
 uadunt. 244. b
 Cadit voluntate ſua, qui
 eadit: & voluntate Dei
 ſtat, qui ſtat. 125. b
 Cain atheos. 58. a
 Cain proſugus vagabatur.
 309. a
 Cœlum æneum propter ſce-
 lera. 17. b
 Caſares duodecim omnes
- Graecè & Latinè docti,
 publicè declamabant, &
 ornate ſcriebant. 146. a
 Calamitates quatuor Deus
 ob peccata immittere fo-
 let. 15. a
 Calceos ſoluere erat vulga-
 re apud veteres Hebreos,
 & cir. 285. b. 286. a
 Calvinus, terræ filius &
 orci fastidium putidum.
 172. b
 Calvinus, homo maledicen-
 tiſimus, patriarchas
 opprobiis proſcindit.
 278. b
 Calvinus, totius Christia-
 nae pietatis hostis fe-
 rus, & immanis. 223. b
 Calvinus viam parauit
 Antichrifo. 172. b
 Calvinus, aduersus deipa-
 ram, Apoftolos, mar-
 tyres, prophetas, & an-
 gelos censor rigidus.
 172. b
 Calvinus in Deum, & san-
 ctos contumeliosissimus.
 279. a
 Caluini teſtimonium pro
 antiquis ecclesiæ patri-

I N D E X.

- bus. 223.b
 Caluinus & Beza longe dissident. 172.b
 Caluiniani sacramentarij. 210.a
 Caluiniani penitentia hostes. 128.b
 Caluiniani in principes contumeliosi. 167.b
 Caluiniani in martyrum sanctorum ossa turpiter insanierunt. 123.b
 Caluinianorum in Christū blasphemie. 103.b
 Caluinianorum Callicorū ab effectis vera d. scriptio. 73.a. & b
 Caluinianorum ministrorum meretricula, & innumerissimij. 152.b
 Canis herum suum, quantumvis abiectum & villem, sequitur. 167.a
 Canis marini natura mira in conseruandis catellis. 57.b
 Canon frumentarius quis dictus. 207.b
 Cardinales quidā hodie per sonati galeroque redimitti. 44.b
 Caro cum concupiscentiis frangenda. 253.a
 Carnium usus quando primum concessus. 191.b
 Cassiodorus, historia tripartita coaceruator. 91.a
 Cassio Romano spectrum diabolici apparuit statim morituro. 246.a
 Castalio haereticus. 84.b
 Castigat Deus, quos a more complectitur. 20.a
 Castimonia animi & corporis quanta virtus. 251.b
 Castitatis donum quibus potissimum detur. 251.b.
 252.a
 de Castitate & continencia quam impure ac nefarie scripsierint Lutherus & Caluinus. 252.a
 Castor & Pollux, cacodemones fuere. 246.a.b
 Catulus Leoninus in lucem editur mortuus, verum afflatu patris vitam accipit. 37.b
 Causidicorum muneris due potissimae partes. 272.a

INDEX.

- Cœpæ deorum loco habite. Christus, expectatio gen-
tium. 119. a.
- sine Certamine nemo coro-
nabitur. 69. a.
- Cessio iuris sui ut siebat o-
lim inter propinquos a-
pud Israëlitas. 285. a.
- Cham patris sui Noë irri-
sor grauiter multatus.
38. b.
- Chamos, Moabitarum ido-
lum. 84. b. 85. a
- Charitas, virtutum omnium
maxima. 180. a
- Charitas vera non cogitat
malum. 163. b. 164. a
- absque charitate quacun-
que fiunt, ad regnum cœ-
lorum obtinendum nihil
profundit. 86. b
- Chelinon, hoc est, defe-
ctus, seu concupiscentia.
22. b.
- Chelion interpretatur, con-
summatio: & quid in di-
cabant mystice. 137. a
- Chrisma baptismi. 255. b
- Christus, vultus regalis.
238. a.
- Christus, mortis & Sata-
ne triumphator glorio-
sus. 188. b
- Christus, omnium sancto-
rum exemplar, & caput;
&c. 69. a
- Christus, verè filius Adæ,
verè semen mulieris, &c.
210. a.
- Christus ex impuris atque
sceleratis aliquot parenti-
bus traxit genus. 235. b.
& cur. 236. a
- de Christi genealogia.
306. b.
- de Christi incarnatione hæ-
reticorum impie senten-
tiae. 306. b. 307. a
- Christus Ioseph fabro nu-
tritori, & Mariae genitrici
se sponte subiecit. 80. a. eo-
rumque ad ultimam us-
que respirationem habuit
curam. ibid.
- Christum fabrilem artem
vnâ cum Ioseph nutritio
exercuisse aliquot an-
nis, ait Iustinus Martyr.
39. a. 149. a
- Christi assertur scientia
contra Hugonisticorum im-
pietatem. 210. b. &
211. a.

Christo

I N D E X.

- Christo nihil preferendū.* 118.a
Christus Deus patri consubstantialis. 133.b
Christus solus genus humānum redimere potuit, &cūr. 134.b
Christus quibus, & quot interfuerit conuiuis. 242.b
Christus quam frugali, ac tenui vixerit cibo. 192.b
Christi cibis verus quis & qualis. 308.b
Christus de siti ardentiſſima moriens est conqueſtus. 25.b
Christus in ætate media mortuus. 63.b
Christus in terra centrum descendit. 257.b, 258.a
Christus hīc in carne à multis adoratus. 226.a.
 & b.
Christus hīc viuens à quibus adoratus. 170.b
Christus adorandus in Eucharistia. 227.a
Christi descriptio pia ex circonstantis. 134. & seq.
Christi nomina. 133.b
- Christi nomen quinam falso sibi attribuerint.* 307.a.3.
Christus quod non capit, rapit fiscus. 250.a
d. Chrysostomus, os aureum. 175.a
Cicero, pater patriæ appellatus. 163.a
Citoniarum mira natura in alendis parentibus senio confectis. 79.a
Ciues boni qui dicantur. 167.a
d. Clemens apostolicorum consiliorū particeps. 255.a
Codrus, rex Atheniensium, pro suo ipius populo mori voluit. 71.a
Cœmeteria sepulturis dicata, & sacrī lectionibus, & psalmodiis pro defunctis. 49.b
Cogitatio humani cordis ab adolescentia ad malum prona. 77.b
Colles æterni. 89.b
Collyridianorum hæresis. 170.b
Columba in medio accipitrum, in maximo versantur vita periculo: pre-

INDEX.

- uerbum. 165.a
 Comessationes, opera tene-
 brarum. 191.b. 192. a
 Concilia œcuménica primū
 post sacras literas obtine-
 re locum. 221.a
 Concilia quædam recipit
 Caluinus. 224.a
 Concordia paruae res cres-
 cunt, discordia maxime
 dilabuntur. 283.b
 Concubitus promiscuos lau-
 dant hæretici huiusceti-
 poris. 247.b
 Confiteri peccata sua sal-
 tem semel in anno qui
 noluerit, sepultura pri-
 uetur. 55.a
 Cōiuges inuicem inuiolatā
 fidem seruare tenentur.
 35.b
 Coniugiū, opus esse diuinū,
 non humanum. 296.b
 vide Matrimonium.
 Consilia cordium manife-
 stabantur. 268.a
 Consilia ubi sunt multa, ibi
 & salus. 269.b
 Consilia aliquando mutare
 pro re nata, prudentis est.
 284.b
 Consolatio in aduersis ex
- verbo Dei petenda. 185.b
 & 186.a
 Constantinopolitanae urbis
 vniuersas ædes diabolus
 absumpsit flammis, sub
 mulieris spectro. 245.b
 Constitutiones Apostolorū
 & D. Clemente conscriptæ.
 256.a
 Cōtinentiam impossibilem
 non esse, contra Caluinia-
 nos. 252.a
 Contractus ciuiles inter
 Christianos licere. 274.a
 Coniuicia quatenus permis-
 sa. 242. b. & quæ sint
 honesta. 243.a
 Cor hominis prauum, &
 inscrutabile. 235.a
 Cornelius miles, centurio I-
 talus, vna cum tota sua
 familia, salutis particeps
 factus. 118.b
 Corona non est sine certami-
 ne. 69.a
 Crapula quo & quanta
 ad fert mala, docetur exē-
 plis. 191.b
 Credere quid propriè. 177.b
 Credere nemo potest, nisi
 volens. 82.a. 177.b
 Credere in Christo, opus est

- Christi, quod operatur in nobis: sed non sine nobis. 82.a
- non Credendum esse etiam Christo, si alterum Deum prædicaret. 119.b
- Curia quid sit, & quot eius species. 266.b
- Custodes thesaurorum horiti Eden. 89.b
- Cynici mortui nolebant sepeliri, sed foris proiici. 47.a
- d. Cyprianus episc. & martyr, quā in pauperes fuerit pius. 249. b. 250.a
- Cyrus, Persarum rex, continentiae studiosissimus. 247.a
- Cyrus omnium militū suorum nomina memoria tenebat. 146.a
- D**emonia tot colebāt gentes, quo idola. 133.a
- Demonia duo, quorū vnu noctu, alterum diu grassetur. 245.a
- Demones fæmine, quarum officium est, vt fornicationes, & pollutiones
- ceant. 245.a
- Dæmonibus etiā Israëlitæ suos immolabāt filios. 11.b
- Damnatos aliquando saluatum iri, falsò putauit Origenes. 227.b
- Daniel, vir animi maxi- mi. 144.a
- Daniel inter Babylonicos, Persas, & Medos veram coluit fidem, ac mordicus retinuit. 85.a
- Daniel perpetuam seruauit castitatem. 252.a
- Dauid, citharædus diuinus. 43.b
- Dauid robore diuinitus sibi concessò leones, vros, & Goliath superauit. 250.a.b
- Dauid turpi deditus otio seipsum, fortissimique militis vxore polluit. 11.a
- Dauid ametiam finxit, vt redimeret suam ipsius salutem. 27.a
- Dauid faciebat iudicium & iustitiam omni populo. 268.b
- Dauid ex cognitione sui dicebat, se esse canem mortuum, & pulicem vnu &c. 30.a

INDEX.

- Dauidis defuncti merita
vigeant. 76.a
- Dauid ubi sepultus. 21.b
- Debora insignis viduali-
castitate, non solum iu-
dicavit, sed et graui-
Syrorum captiuitate li-
beravit Israelem. 106.a
- Decius imp. Christianorum
hostis immanissimus,
gurgite paludis submer-
sus, nec inuentus. 48.a
- Defunctorum anima res-
sciunt que hic agant vi-
ui. 204. a. exempla.
ibid.
- vide plura in verbo, mor-
tui.
- Demetrias, virgo sapiens,
et pudica. 201.b
- Deus, fons omnium bono-
rum. 130.a
- Deus non solum uniuersis,
sed etiam singulis proui-
det rebus. 26.a
- sine Dei nutu nec ex arbo-
re quidem decidit folium.
17.a
- Deum diligentibus, omnia
sue prospera, seu ad-
uersa, cooperantur in
bonum. 20.a
- Deus inuocandus admota
manu paræmia. 197.b
- 198.a
- Deus ad sui vindictam len-
to gradu procedit, sed
tarditate supplicij gra-
uitate compensat. 64.a
- Deus cur frequenter in thro-
no sedere dicitur. 270.b
- Deus non se dat, nisi tan-
tummodo bonis. 30.b
- Dij gentium, qui et qua-
les. 211.a
- Dij gentium quam fædi.
133.a
- Diæboloς, calumniator
improbus. 172.a
- Diaboli diu et noctu piis
hominibus sub variis for-
mis negotium exhibent.
245. a. b. exempla scitis
dignissima. ibid.
- Diligentia comparat opes.
153.b
- Diligentia laudes. 145.a
- Dina è matris conspectu
discedens ab extraneis ca-
pta, et violata. 121.a
- Diocletianus imp. horren-
da perii morte, quod
flamnis sacra templo,

INDEX.

- volumināque consum-
psisset. 9.a
Discipuli Christi. 72. per
tot Israēlitarum seniores
significati. 219.b
Diuinitæ sunt dona Dei.
283.b
Diuinitæ umbræ, & nunc-
cio currenti similes,
& arcu emissæ sagittæ.
130.a
Diuinitæ bonis, malisque sūt
communes. 30.b
Diuinitæ bona sunt, sed bo-
nos efficere non possunt.
30.a.b
Diuinitæ augentur commu-
nicatae. 203.b
Doctorum ecclesiasticorum
veterum catalogus per
secula digestus. 215.b
216.a. & seq.
pro Doctoribus antiquis
hæreticorum huius tem-
poris testimonia. 222.b
Domini nuncupatio quām
inuisa quondam Roma-
nis. 162.b
Domini vestigia, optimum
in agro stercus. 153.b
& Domo Dei iudicium in-
cipit. 20.a
- Dormire per mortem quid
sit. 257.a.b
Draconum natura stupen-
da in suis lactandis ca-
tulis. 37.b
Dulia quid sit, & quibus
competat. 172.a

E

- E** Brietas, opus tenebra-
rum. 192.a
Ebrietatem sequitur omne
flagitorum genus. 191.b
Ecclesia, Dei sponsa. 119.a.
239.a
Ecclesia in terris constituta
post ascensionem Christi.
138.b
Ecclesia viribus humanis
nequaquam in terris con-
sistit. 139.b
Ecclesia nunquā spiritu san-
cto priuata. 218.a.b
Ecclesia intrare potest quis-
quam nolens, sed credere
non potest, nisi volens.
177.b
Ecclesia primituā à quibus
tyrannis exagitata. 253.b
Ecclesia catholica annis tre-
centis sub Imperatorum
tyrannide floruit. 269.a

INDEX.

- Ecclesia* descriptio parabolica, & perelegans. 136.a
Ecclesia gentium vidua. 211.b
 ἐκτρέσπελόγασθος quis propriè dicatur. 194.a
Effæminatorum esurient animæ. 198.a
Egestas iubet quiduis facere, & pati. 66.b
Egestas est ibi, ubi duntaxat sunt verba. 198.a
Egestatem operatur remissa manus. 198.a
Egestas eos, qui diuites fuerint, ridiculos, & contemptibiles efficit. 66.b
Eglon, Moabitarū prouinciae præses. 21.b
El schaddai, El gibbor, quid sit. 209.b
Electos aliquando à fide deiscere, sed ad tempus exempla. 114.a
Eleemosyna, magna est merces à Domino reposita. 29.b
Eleemosynarū fructus quam utilis. 203.a
Eleemosyna à morte liberat, &c. 29.b
Eleemosynæ extra ecclesiastam catholicam non prosunt. 214.b, 215.a
Eleemosyna prius propinquis danda. 204.b & Christianis potius, quam infidelibus. *ibid.*
Eleemosynis non minuuntur opes, immo crescunt. 203.a
Eleemosynæ pro dantibus orant. 203.a
in Eleemosynis erogandis qualis personarum delectus sit habendus. 205.a
Eleemosynæ de bonis alienis erogata, Deo nō sunt gratae. 196.a
in eos, qui Eleemosynas dare se impudenter excusant. 205.a
Eli Sacerdos post mortem Samson præfuit Israëlitis. 12.a
Eli sacerdos supra modum mollis, remissus, & negligens, multorum causa malorum. 12.b, 13.a
Elinimis in filios indulges, una cum tota familia horribiliter multatus. 28.b
Elimelech interpretatur

I N D E X.

- Deus meus rex. 133. b
 Elimelech quis fuerit, &
 unde. 22. a
 Elimelech cum suis fugit
 urbes, & in agris ha-
 bitauit, ut minus cor-
 rumperetur. 39. b
 Elimelech in Beth-lehem
 natus & educatus.
 23. b. ad cuius preces
 sol aliquot stetit horis.
 24. a. 25. a
 de Elimelech peregrinatio-
 ne, ex Hebraeorum sente-
 tia. 26. b. 27. a
 Elimelech Christi typica
 & mystica parabola,
 & collatio. 133. a. b.
 & seq.
 Elimelech quo pacto Chri-
 stum adumbrarit. 138. a
 Elimelech immatura mor-
 te perire, idque in terra
 profana, &c. 41. b
 Elimelech, diuini fæderis
 contemptor, de medio ma-
 la morte sublatus. 63. a.
 & filios iisdem flagi-
 tis contaminatos reliquit.
 16. a
 Elimelech profana sepul-
 tura, peccati pæna, &
- vltionis diuina signum,
 &c. 45. b
 Elimelechi posteritas fun-
 ditus ex Israële delcta, in
 vltionem delictorum suo-
 rum. 64. b
 Eloquentiae forensis par-
 tes potissimum due.
 272. a
 Ephra, quod mensuræ genus.
 196. b
 Ephratha interpretatur,
 fruifera: hoc nomine
 vocatur Beth-lehem.
 21. a. b. 137. a
 Ephraimitæ feroce ex Ma-
 nassais fratribus qua-
 draginta duo millia triu-
 cidarunt, & hinc quid
 acciderit. 14. b
 Episcopatus Galliarum nuc-
 mollibus aulicis profituu-
 tur, & hastæ subiiciun-
 tur. 145. a
 Episcoporu authoritas pro-
 batur. 219. b
 Episcopi quidam huiuscē tē-
 poris Eli superant socor-
 diam. 13. b
 Episcoporum complures in-
 simulantur sacrilegijs.
 249. b

INDEX.

- Ericius mirè diligens in Eucharistia adoranda.
 tuendis suis catulis. 37.b 224.b. & 226.a
 Esau & Iacob priusquam nati essent, & boni aut mali quicquam egissent, à Deo dictum est: Iacob dilexi, &c. 114.b. 115.a
 Esdras, alter Moses, Iudeo-rumque legislator. 2. a
 Esdras totam legem renuavit, & prophetas. 1. b. & 2. a
 Esse oportet, ut viuamus: non vivere, ut edamus. 191.a
 Ester regi & viro aperuit insidias, quæ ei ab Eunuchis parabantur. 36.a
 Ester regem Assuerum maritum ab impia Iudeorum carnificina reuocauit. 35.a
 Euacur de viri costa à Deo formata. 239.b
 Evangelium per uniuersum orbem annuntiatum per apostolos. 140.b
 in Eucharistia verū Christi corpus. 254.a
 Eucharistiam, saltem Paschate, qui non receperit, sepultura carere debet. 55.a
 Eucharistia pro defunctis antiquitus offcrebatur. 49.b
 Eumenides, noctis filiae. 244.b
 Eunomius hereticus nihil antiquitati dabat. 222. a.b
 Euodius catechumenos docuit Antiochiae. 102.b
 Eutycus patrum reuiciebat traditiones, omnium hereticorum more. 222. b. ut suas induceret, ibid.
 Exuperij Tholosanorum episcopi encomium. 45.a.b
 Ezechias rex fidelissimus Isaiæ sèpe parebat consiliis. 11.a
 Ezechias à lethali morbo orationibus liberatus. 24.b.
 Ezechiel quando vaticinari cœpit. 8.a

I N D E X.

F

F Abrilem Tubal-cain
exercuit primus. 39.a
Facta quedam p̄eclarā
veterum patrum nobis nō
imitanda. 236.b

Fallacium hominum Deus
vindex acerrimus.
104.b.

Fama, malum omnium ve-
locissimum, vires acqui-
rit eundo. 248.a

Fama bona quo pacto com-
paranda. 294.a

Fama bona proprium in te-
nebris splendorem obti-
tinet. 294.a

Fama cōtaminata vix un-
qua dilui potest. 294.b

Fama quantopere curanda.
254.a

Fames, telum grauiſſimum.
146.b

Fame nihil miserius. 15.b

Fami nihil obluctari po-
test. 15.b

Fames maleſuada nihil tā
sanctum, quod non vio-
let: nihilque tam muni-
tum, quod non expugnet,
¶ c. 16.a. exempla. ibid.

Famis epitheta viginti per-
elegantia, eius effectus
varios exprimentia. 14.a

Famis ex Ouidio p̄elegans
¶ scita descriptio. 17.a

Fame mori, miserrimum.
15.b

Famem foras: intro diuitias
¶ sanitatem proverbiū.
15.b

Fame non pereunt viri p̄ij,
exempla. 153.a

Fames horrenda ob veri di-
uini cultus contemptum.
13.a

Fames per decennium If-
raēlem grauiter diuexas,
quid indicabat. 133.a

Fames Saguntina, Meliae,
¶ Perusina. 16.b

Famis Hierosolymitana
horrendissima descriptio
lamentabilis. 16.b

Fame cælitus mundus de-
cies afflictus. 17.b. 18.a

Fames audiendi verbi Dei,
omnium p̄esima. 18.b

Familia quatenus curanda.
207.b

Faunus, qui D. Antoniū
est allocutus, quis fuerit,
¶ qualis. 245.b

INDEX.

- Fermentum modicum grā-
dem fermentat massam:
prouerbium. 165.a
- Festa quam arcte, ac religio-
se scrurent Iudei. 110.a
- Festidies martyrum 174.a
- Festinandum est lente.
255.b
- Ficci cur maledixerit Chri-
stus. 17.b
- Fides, dei est donum cælitus
collatum hominibus.
177.a
- Fides nostræ initium est ex
eo, ex quo, per quem, &
in quo sunt omnia. 177.b
- Fidem habere posse naturæ
est hominum: habere autē
fidem, gratia est fideliū.
177.a
- Fidei nostra arcana sapien-
tibus, & prudentibus se-
culi abscondita. 177.b
- Fides constanter nobis reti-
nenda, etiam si inter ho-
stes versari cogamur. 28.
a. exempla sanctissima
ibid.
- Fides Dei nunquam eu-
cuari poterit. 18.b
- Fides confirmatur totius ad-
miratione myndi. 189.a
- Fides absque mendacio nū-
dem fermentat massam:
prouerbium. 165.a
- Fides etiam hosti seruanda.
265.a
- Fides in malis promissis
rescindenda. 265.b
- Fides aliena alteri prodest.
229.a
- Fideli cum infideli pars
nulla. 60.a
- Filia viris sine pecunia,
quam pecunia sine viris,
potius elocandæ. 231.a
- Filiorum fecunditas est in-
ter dei benedictiones.
57.a
- Filius sapiens exhilarat pa-
trem. 301.b
- Filius stultus, est dolor
& calamitas patris.
301.b
- Filiorum in parentes offi-
cia. 302.a
- Fili⁹ Dei qui sint, & qua-
les. 119.a
- Fines agrorum qui trans-
ferunt, quam scelerati.
288.b
- cuius Finis bonus est, ipsum
& bonum est. 236.b

I N D E X.

- Flumina in desertum posita, propter hominum peccata. 17.b
- Formicæ congregant æstate, ex quibus hyeme viuāt. 132.a
- Formicis mira videtur infæratio, memoria, & cura. 151.a
- Fornicatio ne nominari quidem à Christiano debet. 299.a
- Fortes creantur ex fortibus. 22.b
- Fortuna caca. 129.b
- Fortunam inuocandam esse admota manu: adagium. 197.b
- Francorum humanissimi mores. 112.a
- Fratris nomine quinam contineantur apud Hebreos. 277.a. & 279.b
- Fraudulentus non inueniet lucrum. 105.a
- Fucus quam spurcus, & indecorus. 238.b
- Fures qua pœna plectebantur in lege. 244.
- Fures alienissimi à regno Dei. 289.a
- Furti reus est, qui furē non cohabet. 106.b
- Furto res ablata nisi restituatur, peccatum non dimittitur. 289.a
- G**alliarum regnū nūc abiecit, ignauē, serviliter, muliebriter, administratur. 144.a
- Gedeon excutiebat frumenta, cum ab angelo super Iſraēl iudex fuit constitutus. 10.a
- Geneua, impietatis schola. 23.b
- Gentes ante aduentum Christi, erant sine lege, siue testamento, & sine Deo. 133.a
- Gentium vocatio quomodo figurata in veteri testamento. 119.a
- Gigantes ante diluvium athei. 58.a
- Gloria vera ut comparanda. 294.a
- Gnostici etiā sanctos aspernabātur martyres. 222.a
- Ivōbī σεάυτον, è calo descendit. 130.a
- Goël, sanguinis ultor. 255.a

I N D E X.

- Gomor, quod mensuræ ge-
 nus. 196.b
 Gratiæ Dei, quid sit. 180.a
 Gratiæ Dei, vita æterna.
 183.b
 Gratiæ Dei omnes egent ho-
 mines. 235.a
 Gratiæ non agere pro bene-
 ficijs turpe. 167.a
 Gratitudo, cæterarum est
 virtutum secunda parés.
 167.a
 Gratitudinis exēpla pre-
 elata. 167.b
 D. Gregorius ecclesiæ the-
 saurus insumpſit in pau-
 peres. 249.b
 Gula homines dediti asino
 pisci similes, & cur.
 194.a
 Γυωνιέεις apud Græcos
 quorūsum instituta. 147.
 a. & b
- H
- H**abuisse, & nihil
 habere, verbum
 pessimum. 66.b
 Hadrianus imperator in
 colloquijs accessu facilis.
 250.b
 Hadriani imp. morientis
 ferèque animo frātō de-
 sperantis epigramma.
 187.a
 Hæresiarchæ vniuersi suis
 erroribus obdurati, vitam
 amiserunt. 100.b. 101.a
 Hæresiarcharum ab ecclesiâ
 primitiua ad nostra hæc
 usque tempora catalo-
 gus. 260.a
 Hæretici, tenebriones. 133.b
 Hæreticorum diuersæ sectæ
 olim apud Iudeos. 133.a
 Hæreticorum opinione, si-
 lique sunt porcorum.
 214.b
 Hæretici omnes antiquos
 patres respuere solent.
 222.a
 Hæreticorum scripta quibus
 conuicijs potissimum sunt
 refecta. 214.b
 Hæretici in principes con-
 tumeliosi. 187.b
 Hæreticos ethnicis longè pe-
 iores esse probatur. 28.a
 Hæretici huiuscem temporis
 sacrilegi nefandissimi,
 & sceleratissimi. 73.a
 Corpus verum Christi &
 sanguinem concularunt.
 ibid.

INDEX.

- Hæretorum consortium Heliam diuinum spiritu plenum oderat Achab.
diligerent vitandum, quod eorum sermo, ut cancer, serpat. 27.b
- Hæretici non salutandi, nec cibus cum eis capiendus. 62.a
- Hæretorum liberi Abraham in exemplum sibi proponere debent. 176.a
- Hæretici ad fidem redire cogi debent. 82.a.83.a.b
- Hæretorum antiquorum catalogo. 113.a
- Hato, Moguntinus Archiepiscopus, à muribus immaniter corrosus, & laceratus, quod pauperes flammis crudeliter consumpsisset. 44.b
- Hebrei quadringentos annos seruierunt Egypciis & obedierunt, licet Idololatri. 269.a
- Helcana Samuëlis pater, propter suarum uxorum rixas afflictus. 283.a
- Helena, insignis meretrix Simonis magi, cuius opera multos ad suas opiniones insanias pertraxit. 275.b
- Heli vide, Eli.
- Hæliam diuinum spiritu plenum oderat Achab. 11.a
- Helias & Heliseus castè semper vixerunt. 252.a
- Heliseus mortuus, mortuus suscitauit. 173.b
- Henricus octauus, Anglorum rex flagitosissime castissimam suam reputauit uxorem. 31.a.b
- Herodis, quamvis crudelissimi tyranni, pium erga pauperes opus. 249.c
- Hieremias semper orat pro populo. 263.b. Vide Ieremias.
- d. Hieronymus grauiissimas dedit penas, quod sacrorum librorum sermoni inculto, Ciceronis terfaute pretulisset lectionem. 9.c
- Hierusalem cœlestis, mater primituorum. 263.a
- Hilarioni eremite varijs speciebus, & formis se se obiecit diabolus, & quibus. 245.b
- Hirci duo legales quid indicarent. 257.b
- Hippocentaurus, quem vidit d. Antonius, quis

INDEX.

- & qualis. 245.b numen. 233.b
 Historie sacre verissimae,
 à simplicibus viris, a-
 peritis, & veritatis cul-
 toribus conscripte. 8.a
 Holofernes, belli fulme, do-
 nec abstinuerit crapula.
 191.b
 Homicidij reus est, qui ho-
 micidam non coerces.
 106.b
 Homo, imago Dei vina.
 172.a
 Homines creati ad ruinas
 angelorum instaurandas.
 231.b
 Homo hoc in mundo nihil
 habet proprie, præter fi-
 dem, & religionem,
 103.a
 Hominum natura quam ad
 malum prona. 234.b
 Homines etiam Ethnicos
 ducentos, trecentos, quin-
 gentos, etiam octingen-
 tos annos vixisse. 12.b
 Honores dat census. 251.a
 Hordei sex modij, quos de-
 derat Booz Ruthæ, ex-
 posti mystice. 248.b
 249.a
Horoſmaſdes, Persarum
- Hospitalitas, quam eximiū
 sit pietatis opus. 166.a
 Hospitalitas summa cura
 à Christianis exercenda.
 40.b exempla. 41.a
 Hospitis Louis atra. 41.a
 Hostiae expostulantur ani-
 mo libenti. 82.a
 Hostijs beneficentia Deus
 est placandus. 203.a
 Hugnostici quotidie clami-
 tant, non habendam esse
 curam de craftino, qui
 tamen auarissime &
 rapacissime Dei templa
 diripiunt. 208.b
 Hugnostici plerasque Frä-
 ciæ urbes captas cedibus,
 flammis, & ferro vasta-
 runt. 265.b
 Hugnostici in Anglia sa-
 crorum suorum caput ha-
 bent muliere. 35.b
 Humilitatis vera definitio.
 168.b
 Humilitas quam Deo &
 hominibus grata. 168.b
 Humilitas mulieres potissi-
 mum decet. 239.b
 Hypocrita ad tempus suam
 simulant fidem: sed postea

INDEX.

- suā se apostasiā produnt
 hincos esse, & satane
 mancipia. 113.b
 Hyrcani mortuos canibus
 deuorandos obijciebant.
 47.a
- I
- I**acob cur sic vocatus.
 304.a
 Iob inter omnes orientis
 reges eximius, & pater
 pauperum. 250.a.b
 Iacob domus perpetuis la-
 borauit emulationibus
 suarum uxorum. 283.a
 Idololatria gentium quam
 fœda. 138.a
 Ieiunij frangendus carnis
 impetus. 252.a
 Ieiunij vtilitates, & exē-
 pla. 192.a
 Iepthe imprudenti gentium
 emulatione filiam sacri-
 fcauit. 14.b.265.b
 Ieremias quando vaticina-
 ri cœpit, & quousq;. 8.a
 Ieremias circuncisus, licet
 in utero sanctificatus.
 255.a
 Ieremias saxis obrut⁹. 137.b
- Iesabel, crudelissima proser-
 pina. 153.a
 Iesabel fornicatrix, & im-
 pia. 125.a
 Iesus ita nominatus, quod
 saluatoris esset populum
 à peccatis. 304.a
 Iesus Nazarenus, solus
 Dei & Mariae virginis
 filius, semen benedictum
 ab initio promissum. 4.b
 Iesus Christus, germanus
 & unicus totius orbis ser-
 uator & Iudex. 307.a
 Iethro Madianita. 5.a
 d. Ignatius D. Petri & Ioā-
 nis discipulus. 296.a
 d. Ignatius catechumenos
 docuit Antiochiae. 102.b
 Ignis Dei loco apud Chal-
 daeos. 78.b
 Illusores deridebuntur à
 domino. 105.a
 Imperatores tyranni sepul-
 turis priuati. 48.a
 Impios accusare, conuincere,
 & plectere, iustitiae est o-
 pus. 272.a
 Impiorum societas quam
 periculosa, exempla. 78.a
 Incendi⁹ reus est, qui ignem
 non restinguere. 106.b

I N D E X.

- Incepisse, non est virtutis,
sed perfecisse. 125.a
Incestuosa connubia Deus
non permisit, ut ait im-
pie Caluinus. 278.a &
279.b
Incestuosi olim qui fuerint,
ab omnibus populis dam-
nati, & execrabilis ha-
biti. 282.a.b
Incestum licere docent hu-
iuse temporis haeretici.
247.b
Inertes quondam capite
damnabantur. 152.a
Infelicitas est ibi, ubi turpia
delectant & placent.
100.b
Ingratitudinis vitium hu-
mani generis doissociat co-
cordiam. 168.a
in Ingratum qui confert
beneficium, serpentem alit
in sinu. 168.a
Ingratorum quanta esse so-
leat perueritas. 230.b
Ingratus quam Deo &
hominibus odiosus. 167.a
Ingratos grauiissimis sup-
plicijs exempla à Deo
multari. 168.a
Ingrati apud Athenienses
capite plectebantur. 168.a
Ingratorum hominum exē-
pla. 251.b. 252.a
Iniuriarum memoria te-
nax. 251.b
Innocentes defendere, ma-
ximum est pietatis offi-
cium. 272.a
Insatiabilia tria, qua sem-
per dicunt, affer, affer.
275.a
Intemperantia, fons om-
nium perturbationum.
191.b
Inuidia, peccatum planè
diabolicum. 300.b
Inuidia, primum, & po-
tissimum diaboli pecca-
tum. 301.a
Inuidia proprium consumit
authorem. 301.a
Ioacim rex asini sepultura
sepultus, & proiectus ex-
tra portas Hierusalem.
46.a
d. Ioannes Euang. Christi
deliciae. 125.a
Iob Arabs. 5.a
Iob inter orientales idolola-
tras veram retinuit reli-
gionem, eamque semper
defendit. 85.a
Iob ex

I N D E X.

- Job ex sui notitia dixit, se
 esse putredinis filium, eius
 fratrem & escam ver-
 mium. 130.a
 Ionadab suis consuluit po-
 steris, ut Nomadum more
 vitam agitarent, ut reli-
 giosus Deo seruiret. 39.b
 Jonas orationibus e ventre
 ceti liberatus. 24.b
 Joseph castitate & integri-
 tate, primum in Egypto,
 post regem, accepit lo-
 cum. 166.b
 Joseph inter idololatras fi-
 dem in deum integrā re-
 tinuit mordicus. 28.a
 Joseph, vir virginis Mariae,
 facultatum tenuissimus.
 149.a
 Joseph, Christi nutricius,
 arte erat faber. 39.a
 Josephus, rerum Hebraica-
 rum peritiissimus. 12.a
 Iosue, Israëlitarum impera-
 tor fortissimus. 7.b
 Iouianianus in aula apostatae
 Iuliani nutritus, eiusdē
 peius cane & angue im-
 pietate auersabatur. 28.a
 Isaac cur risus interprete-
 tur. 304.a
 Isaia serra dissectus. 137.b
 Israëlite, Dei primogeniti.
 19.a
 Israëlite ob virtutis annis octo
 graui tyrannide Ammo-
 nitarum oppressi. 14.a
 Iudei ubique terrarum au-
 diendi verbi Dei premū-
 tur inedia & sine rege,
 sine lege, sine sacro, sub
 omnium tyrannide ge-
 munt. 18.b
 Iudeorum reliquiae sub finē
 mudi saluabuntur. 229.a
 Iudas interpretatur, con-
 fessio. 137.a
 Iudas patriarcha cum natio
 sua Thamar habuit rem.
 247.a
 Iude ex Thamare posteri.
 295.a
 Iudas proditor, multorum
 furorum reus. 289.a
 Iudas Galilaeus non erubuit
 se dicere Messiam. 4.b
 Index verum iudicium ve-
 der non debet. 272.a
 Index summus Egyptiorū
 collo appensam ferebat
 imaginem, cui hoc voca-
 bulum inscriptum erat,
 VERITAS. 271.a

I N D E X.

- Iudices non hominum, sed
Dei iudicium exercent.* 266.b
*Iudices cur sedere debeant
in iure dicundo.* 271.a
Iudicium munus & officium.
145.a.b. & 145.a. 253.a
Iudicis veri descriptio. 143.
b. 144.a
*Iudices qui & quales eli-
gendi.* 145.a
*Iudices cur ex semibus eligi
debeant.* 270.a
*Iudicium Israëlitarum &
regum discriminem.* 9.b. &
10.a
*Iudices Ariopagitæ cur
noctu iudicarent.* 271.a
*Iudicium Dei nemo effuge-
re potest.* 64.b
*Iudicia olim ad portas ur-
bium exercebantur.* 266.
a. & cur ibid.b
*Judith unico, & breui
matrimonio contenta, ad
centesimum quintum an-
num domi sua consenuit
vidua.* 106.a
*Iugum non ducendum cum
infidelibus.* 60.a
*Jupiter, salacissimus corni-
ger.* 133.a
- Iuramenti definitio.* 256.a.b
*Iuramentum Dei multi-
plex.* 256.a
*Iuramentum quodlibet no
damnandum, contra An-
abaptistas.* 256.b
*Iurandum per nomen Dei
veri, non per nomen deo-
rum externorum.* 125.a
Iurare quādo oportet. 125.a
*Iuramentis assuecere, peri-
culosum, & impiu.* 124.b
*Iurans multum, iniquitate
replebitur, & ab eius
domo non discedet plaga.*
124.b. & 247.a
*Iurantes, etiam leuiter, ab
ecclesia & communione
arceri debent.* 124.b
*Iurisperitos consilium ven-
dere posse.* 272.a
*Iustina virgo beatissime
deipara fulta presidiis,
Cypriani magi, ac demo-
nis superauit artes.* 77.a
*Iustitiae cum iniquitate
nulla participatio.* 60.a
*Iustus quomodo peccet se-
pties in die.* 179.a
*Iustus cum ceciderit, non
collidetur.* 114.a
Iustus suorum etiam iume-

I N D E X.

- torum habet curam, quā-
tō magis seruorū. 189. b
- Iusti viri nanfragium, sit
peccatori stabilior portus.
235. a. b
- Iustificantur homines non
à semetip̄s, verū ab ad-
uentu domini. 235. a
- Iustum hominem in omni
opere bono peccare morta-
liter ex impia Caluini
sententia. 178. b. 179. a
- Iusti quinque, ex quibus
ortus est Christus. 248.
b. 249. a
- Iustis beneficiētes copiosum
recipient premiū. 205. a
- Iustos qui decipit, in interi-
tu suo corruet. 105. a
- Iustorum memoria cū lau-
dibus manet, impio-
rum autem putrescit.
301. b
- L**abia sapientum dis-
seminabunt scientiam.
188. b
- Labor, virtutis & felici-
tatis initium. 195. a
- Labor bellum cum volupta-
tibus gerit perpetuum.
195. a
- sine Labore res hominibus
nulla facilis. 195. b
- Laboribus dīj omnia ven-
dunt. 295. b
- in Laborem duō apophieg-
mata lepidissima versi-
culis scripta, unum Ha-
driani imp. alterū Flori.
168. a
- Seueri imperatoris symbolū
erat iſtiusmodi: Labor-
mus. 197. b
- Lacrymarum profusione
alleuator mens, & mæſti
consolantur. 99. b. exem-
pla. ibid.
- Lacrymæ animum mærore
pressum testantur. 99. a
- Lacrymas effundere nullas.
est inhumanum. 109. b
- Lacrymæ pauperum Deo
sunt cure. 109. b
- Leana fœta dimicās pro ca-
tulis, oculorum aciem in
terram defigit, ne vene-
bulum expaueſcat. 37. b
- Lais, procacissima meretrix.
133. a
- Lamech, pr̄ imus digamus
282. b

INDEX.

- Lamiae, draconum species, nudant mammas, ut suos lactent catulos. 37.b
- Lapis angularis, faciens vatraque unum. 119.a
- Latris quid. 172.a
- Lectulus Salomonis, ecclesiae typus. 260.a
- Lenocinijs turpibus vici-rantes mulierculae carpuntur. 240.a
- Leuitarum quod & quale fuerit munus, & quo vicitabant. 203.a
- Lex de fuscitando fratri haerede examinatur. 276.b
- Lex de ducenda uxore fratris, quando & cur antiquata, & sublata. 281.b
- Legis diuinæ contemptus, fons & origo vniuersorum malorum. 13.a
- Lex vetus ad perfectum nihil perducebat. 309.b
- Libri conscientiarum appearantur. 268.a
- Lingua mentem præcurrere non debet. 124.b
- Loqui ad cor, quid sit Hebrews. 185.a
- Lot propter hospitalitatem ab angelis visitatus, & seruatus. 86.a
- Lot uxor in statuam salis conuersa, quod voluptatum Sodomitarum desiderio, retro aspexisset. 77.b.112.b
- Lot vino sepultus, filiabus stuprum instulit. 253.a
- 191.b
- Lot suis filiabus per philtra ad incestum provocatus. 78.a
- Lotiones pedum & corporis totius cur antiquis tā crebre. 232.a.b
- Lucrum in arca, damnū est, & ira Dei in conscientia. 289.a
- Lucri odor bonus ex re qualibet. 275.a
- Ludi quā perniciosi. 243.a
- Lux semper nonnihil consolationis adfert. 245.a
- Lyranus ex Hebreo Christianus. 248.a

M

Macario monacho in camelis specie ut ieiuniū solueret, diabolus apparuit. 245. & 246.b.a

Magi ē
83.b.
Magistr ster.
Magistr ordin
12.a
Magistr uersi.
Magistr malor
144
Magisti gione
Magist liarun
145
Mahal fenest
136
signi
Maled omni
pecca
Maled patr
Maled conf
Malus
uis
Malor

I N D E X.

- Magi è medio tollendi. 83.b. 144.a
 ricolosa, multa prouerbia
 eò pertinentia. 165.4
- Magistratus, Dei est mini-
 ster. 145.b
 Mali oderunt peccare for-
 midine pane. 287.a
- Magistratus omnis à Deo
 ordinatus & constitutus.
 12.a
 Mali suasor, reus erit, etiam
 si non suaserit. 106.b
- Mala qui faciunt non solù
 morte digni, sed & con-
 sentientes, & consilia dà-
 tes. 234.b
- Magistratus Iudeorum di-
 uersi. 9.a
 Magistratum honorū &
 malorum descriptiones.
 144.a. & b.
- Malorum vindex accri-
 mus Deus. 235.a
- Magistrati quanta reli-
 gione sit obedieđū. 268.b
 Manna secundum cuiusque
 voluntatem sapiebat in
 ore. 186.b
- Magistratus venales, Gal-
 liarum regni pernicies.
 145.a
 Mansuetis Deus dabit gra-
 tiam. 105.a
- Mahalon interpretatur, de
 feneſtra, vel à principio.
 136.b. & quid mysticē
 significabat. ibid.
- Manus Dei extensa quid
 significet. 108.a
- Maledictiones Dei super
 omnia propter hominum
 peccata. 17.b
 Mara quid sit. 131.a
- Maledictus, qui nō honorat
 patrem & matrē. 171.a
 Mare Erithreum, & ru-
 brum in duodecim diui-
 siones diuisum, ut Israë-
 litæ transirent. 24.b
- Maledictus, qui in homine
 confidit. 167.a
 Mare æneum cur in templo
 Hierosolymitano constru-
 etum. 231.a.b
- Malus, etiam si regnet, ser-
 uus est. 156.b
 Maria Iudea suum ipſius
 infantem ad deuorandū
 coxit. 16.b
- Malorum Ilias. 62.a
 Malorum societas valde pe-
 ricolosa, multa prouerbia
 eò pertinentia. 165.4
- Malorum societas valde pe-
 ricolosa, multa prouerbia
 eò pertinentia. 165.4
- Mariæ omnium mulierū
 excellentissima. 248.b

INDEX.

- B. Maria θεοτόκος ex patrum decretis probata, & credita. 221.b
- B. Maria semper intacta. 308.b
- B. Maria baptizata. 255.a
Maria virgo vicitabat laniatio. 149.a. & 151.b
Maritorum in uxores officia. 32.b
- Mars, deus homicida. 133.d
- Martino varijs rerum speciebus diabolus apparuit. 245.b
- Martyres pro nobis lubenter orant. 76.a
- Martyrum sepulcra ubique veneranda. 173.b
- Massagetae senes suos mactabant, ac devorabant. 47.a
- Matrimonium dici nequit, quod extra decretum Dei factum est. 58.b
- Matrimonium Christianus vel Christiana cum infidelibus contrahere non debet. 61.a. nec cum hereticis. ibid.b
- Matrimonium cur in lege fiebat inter eos solum, qui eiusdem tribus erat. 280.b
- Matrimonia secunda viduis non prohibita. 296.a
exempla. ibid.b
- Matrimonij fructus, & finis. 300.a.b
- Matrimonium felix, est diuinæ benedictionis effectus, & fructus. 97.a
in Matrimonio contrahendo lente festinandum. 255.b
- Matrimonia veterum patrum cum alienigenis, certa dispensatione diuina contigerunt. 297.b
- Matrimonia clandestina semper suspecta. 295.b
- Matrimonia clandestina omnino irrita & mania fore, ex decreto concilij Tridentini. 295.b
- Matrimonium Christianorum catholicorum sacramentum esse contra hereticos. 232.a. 295.b. & 296.a
- Matrimonia, que non sunt per sacerdotis benedictionem, sunt adulteria, supra, & fornicationes. 296.a
- Matrimonium quarum rerum sit signum. 296.a

Matrim
indiss
Medicu
Mellic
ceribus
admo
tat a
Mel de
Meland
magi
ecclesi
223
Melchi
neos
serua
85.a
Melch
pus.
Mend
esse,
aut
Menfi
bent
abor
Merce
bus
posi
Merc
time
242
Merc

I N D E X.

- Matrimoniū leges penitus
 indissolubiles. 31.b
 Medicus honorādus. 238.a
 Mel licet naturā suave, ul-
 teribus tamen salubriter
 admotum, dolores conci-
 tat acerbos. 127.b, 128.a
 Mel de petra. 18.b
 Melanethonis testimonia
 magnifica pro antiquis
 ecclesia patribus. 222.b.
 223.a
 Melchisedec inter Chana-
 naos verum Dei cultum
 seruavit, ac defendit.
 85.a
 Melchisedec, Christi ty-
 pus. 242.b
 Mendacium omne peccati
 esse, etiam si sit iocosum,
 aut officiosum. 264.b
 Mensuras qui diuersas ha-
 bent, excommunicati, &
 abominabiles. 288.b
 Merces pro Christo patien-
 bus copiosa est in celis re-
 posita. 87.a, 181.a
 Mercedem operiorum re-
 tinere quantum scelus.
 242.a, 288.b
 Mercedem accepturus quis.
 que secundum proprium
 laborem. 180.a
 Mercurius, latrociniorum
 artifex. 133.a
 Meritorum hoc est tempus.
 227.b
 Meritorum pia considera-
 tio. 184.b
 Merita nostra cūm Deus
 præmiat, dona sua coro-
 nat. 184.b
 Meritis præcedentibus vita
 redditur eterna. 184.b
 Messiae certa, & indubia
 generatio. 4.b
 Messiam decuit omnipoten-
 tem esse. 209.a
 Miserabilis nihil, quām
 ex beato miserunt fieri.
 66.a
 Misericordiæ opera septem.
 180.a
 Miseris afflīcti ut consolā-
 di. 127.b, 128.a
 Missæ sacrosanctæ celebran-
 dæ ritus antiquus. 157.a.
 b, & 158.a
 Missæ sacrosanctæ ritus
 omnes ex diuinis scriptu-
 ris desumpti. 157.a.b
 Missa Ethiopum. 95.b
 Vv iiiij

I N D E X.

- Mithridates duarum & viginti gentium, quibus imperabat, sene interprete loquebatur linguis. 146. a
- Monachus, qui peculium habuerit, sepultura caret. 54.
- D. Monica, D. Augustini dupliciter mater. 232. b
- Monica suum ipsius filium D. Augustinum, & maritum itemque suum Machæum pietate constanti Christo lucrificit. 85. a & 88. a
- Moab, regionis nomen, & urbis. 21. b
- Moab idolorum cultibus dedita. 23. b
- Moabites feroce, superbi, crudeles, barbari, & cultui dæmonū dediti. 67. a
- Modius multipliciter accipitur. 196. a
- Morborum causa, ciborum varietas. 192. b
- Mors, rerum ultima linea. 42. b
- Mors, omnium terribilium terribilissimum. 43. a
- Mortuus ius rigidum, & in-
- uiolabile. 42. b. 43. a
- Mors æquo pede pulsat pauperum tabernas, regumq; turres. 42. b
- Mors omnibus equalis, indiscreta pauperibus, inexcepta diuitibus. 42. b
- Mors dominos seruis, & sceptra ligonibus aquat. 44. a
- Mors sola certa, cetera humana incerta. 42. a
- Mors fugacem persequitur virum. 42. b
- Mors importuna profanat omne sacrum. 43. a
- Mors omnibus obscuras iniicit manus. 43. a
- Morimur quotidie, & mutantur. 42. b
- Mortui viuis patrocinatur, & veniam impetrant. 25. a
- Mortuorum anime norunt, que hic agant superstites. 204. a
- Mortui quomodo audiunt ea, que hic aguntur. 77. a
- Mortui quibus obsequijs, & viuorum officijs iuuentur. 88. a. b caput integrum & piissimum de hac materia. 89. a. & seq.

Morte
cum
nibi
Mortu
ratio
251.
Mose
cat.
Mose
trit
Mose
mu
stor
Mose
int
110.
Mosi
bu
Mose
a si
Mose
ni
gur
11.
Mul
6.
Mul
9.
Mul
na
te
Mul

I N D E X.

- Mortuos apud *Ethiopas* officia. 151.b
 cum crucibus & orationibus sepeliri. 95.b
- Mortui quatenus, & ratione flendi. 49.a.
 251.a.b
- Moses unde, & cur sic vocatus.* 304.
- Moses ut, & à quibus nutritus, & educatus.* 40.a
- Moses, ter maximus Dei famulus, & synagoga pastor perugil.* 7.b
- Moses, Dei optimi maximi interpres, & nuntius.* 110.a
- Mosis preces quantas habuerint vires.* 24.b
- Moses non semel lapidibus a suis petitus.* 137.b
- Moses uxorem ex alienigenis assumens gentium figurabat vocationem.* 119.a
- Mulier, vasculum infirmum.* 69.b
- Mulier bona, pars bona.* 97.a.b
- Mulierem bonam qui inuenierit, hauriet iucunditatem à Domino.* 32.b
- Mulieris probæ munera &*
- Mulierum genus varium, & mutabile. 65.a
- Mulieribus ut corpus, sic mens est infirma. 65.a
- Mulier obliuisci non potest infantem veteri sui. 81.b
- Mulieres liberorum audifimales esse. 293.a
- Mulieri natura non dedit imperium. 35.b
- Mulierum genus φιλόνος. μον. 239.a
- Mulier per filiorum generationem saluatur. 36.a.
 303.b
- Mulier quorsum à Deo formata. 231.b
- Muliebris ornatus nullus modus. 239.a
- Mulieres tres nundinas faciunt: parœmia. 252.a
- Mulier innupta cogitat facilius, quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo, ut sit sancta corpore, & spiritu. 105.b
- Mulieres, que volunt tempore, plorant. 109.b
- Mulieres quenam potissimum deceant virtutes. 230.b

INDEX.

- Mulieres due , quæ fame
grassante, infantes come-
derant. 18 b
- Mulier vetula mundo stu-
dens muliebri , prodi-
gium & monstrum est.
105.b
- Mulieres exterarum natio-
num quam in ornatu, &
inceps pudicae & simpli-
ces, etiam hoc tempore.
169.b
- Mulieres aulicae Egyptio-
rum templis , vulpibus,
& sepulcris persimiles.
240.a.b
- Mulieres aulicae huiusceté-
poris quam dissolutæ, ac
depravatae. 147.b
- Mulieres Romane absti-
mie. 111.b
- Mulieres in aquam ca-
su delapse , in faciem
pronæ fluitant: ipsa na-
tura pudorem seruante.
169.b
- Mulierem initio facile ad
impietatem pellexit sa-
tanæ. 65.a
- Musica non conuenit lu-
ctui. 129.a
- Natas seu Nachas in-
terpretatur, serpens
vel coluber. 306.a
- Nabuchodonosor septè an-
nos, ut immanis bellua,
regno, hominumque con-
sortio, mentisque priua-
tus. 8.b
- Nahomi , id est, pulchra.
22.b.
- Nathælēm eremo pellere
conatus est diabolus, ap-
pārens ei mulis formis.
246.a
- Nauticam primus exercuit
Noë. 39.a
- Nemora in honorem demo-
num ab Israëlitis consitæ.
11.b
- Nestorius pluris, quam om-
nes antiqui patres , fieri
volebat. 222.a
- Nicolaus de numero se-
ptem diaconorum cecidit.
114.b
- Negligentia corrumpit ani-
mum. 153.b
- Nobiles viros, qualia studia
deceant. 142.b
- Nobiles istius temporis

INDEX.

- quam impuri constupratores. 247.a
- Nobilitas apud Deum summa est, clarum esse virtutibus. 143.a
- Noëmi quomodo ecclesiæ figura. 136.a.138.b
- Noëmi, omnium mulierum matrimonio iunctarum pium exemplum. 34.b
- Noëmi inter idololatras veram in Deum fidem non deseruit. 85.a
- Noëmi vidua quot & quætis diuexata miserius. 65.a
- Noëmi vetula facta & imbecilla, domi vacabat orationibus. 149.b
- Noëmi prostituens Ruth nurum suam, an peccavit. 236.b.237.a
- Nomen bonum, quam diuitiae multæ, melius. 128.b
- Nomina multis ab euentu sunt indita, aliis ob miracula, aliis ob quædam mysteria. 304.a
- Nosce te ipsum, summo Deo dignissima sententia. 130.a
- Notitia sui, disciplinarum omnium est maxima. 129.b
- 130.a
- Nouati heresis impia explosa. 126.a
- Nox. 244.b
- Noctis per epitheta descriprio. 244.b
- Noctis ab effectis definitio, ex versibus Ouidianis. 234.a
- Nocte media, aduersæ potestates horribiliores esse solent. 245.a
- Nuptiarum author, Deus. 31.b.32.a
- Nuptiarum finis & scopus non unicus. 105.b
- Nuptias damnare, doctrina est demoniorum. 232.a
- in Nuptiis contrahendis quid obseruandum. 254.a
- Nuptiæ fidelium cum insidelibus, sunt prostitutiones membrorum Christi. 58.b
- Nuptiarū solum diem pri-
mum, & postremum felicem esse. 231.a
- Nuptias miraculorum pri-
mo probauit, ac decorauit Christus. 232.a

I N D E X.

- Nympharum multa genera: quæ tamen dæmonum variorum erant larue. 245.b videto Matrimonium.
- O
- O**bed seruum & agricolam sonat, & cur. 304.a
Obscenitas verborum & rerum Christianis evitanda. 299.a
Occasio insitit rotule, nec illo potest stare loco. 132.a. elegans eiusdem descriptio. ibid.
Oculorum officium. 233.b
Oculi plura vident, quam oculus. 269.b
Oculus Domini impinguat equum. 153.b
Olet non bene, qui bene semper olet. 238.b
Oleum quorsum à Deo factum. 238.a.b
Oleum de saxo durissimo. 18.b
oleum sanctum baptismi. 255.b.
Opus orationis non ex sacris scri-
- pturis profligavit Arianos. 221.b
Onan, quod recusaris fratri suo suscitare semen, vindicta diuina peremptus. 287.b
Onan improbatus, quod semen effunderet in terrā. 278.b. & 280.a
Operantium impinguatur anima. 198.a
Operum bonorum hoc tempus est, præmiorum seculum futurum. 227.b
Opera bona à Deo compensantur. 178.a
Opera bona ad salutem necessaria: pro quibus & magnam Deus retribuit in cælis mercedem. 87.a
Opera bona merentur multa præmia spiritualia, & corporalia ex Melanethone. 181.b. & 182.a
Opera bona nihil aliud sunt, nisi gratia Dei. 183.b
Opera bona esse mortalia peccata, ex perditissimi Caluini impudentissima sententia. 179.a
opera bona extra ecclesiam

I N D E X.

- catholicam non prosunt. 214. b.
 Operum consideratio dis- plex. 184. a
 Opes ad usus opportunos re- positas Deus nequaquam damnat, sed benedictione sanctificat. 208. b
 Opum maiore partem possi- dent improbi. 30. a
 Opulentia vera mentium, est Deus. 30. b
 Oratio ante & post cibum sumptum. 242. b 243. a
 Orationes iustorum quan- tas habeant vires, pre- claris ostenditur exemplis. 24 b
 Orationes pro defunctis in ecclesia primitiva. 49. b
 Origenes tum errauit, cum veterū contempst ma- gisteria. 222. a
 Origenis opinio de damna- tis falsissima. 227. b
 Ornatus dissolutus, Anti- christi velamen. 238. b
 Osculi usus varius. 110. a
 & seq.
 Osculandi mutuò apud an- tiquos honesta consuetu- do. 98. a. etiā inter Chri- stianos in celebrādis my- steriis. ibid. b
 Osculum, est internæ affe- ctionis animi externum indicium & symbolum. 110. a
 Oscula sororia. 112. a
 osculis qui ad impuros abu- tuntur amores, ut tradi- tores & falsarij plectē- di sunt. 99. a
 Otiosi fame laborant. 198. a
 Otium elegatissimis descri- ptum versibus. 152. a
 Otium alit omne flagitorū genus, 151. b. exempla ibid. 197. b
 Otium & reges, & prius beatas perdidit urbes. 152. a
 Otiosi, tanquam reip. pestes, capite plectendi. 152. a
 Ovis una morbida gregem inficit uniuersum. 78. a.
 165. a
 Ouibus & lupis nulla se- cura societas. 165. a

P Achonem monachum diabolus de stupro se-

I N D E X.

- licitauit, in puellam Aethiopissam transformatus. 246.a
Pacta hominum nunquam frangi posse sine delicto. 264.b
Palea mysticè. 228. a.
 254.a
Palea inanes tempestate iactantur, allegoricè quid. 114.a
Panis hordeacci olim in Palestina usus frequens. 190.b
Panis quotidianus quis datur. 74.b
Papæ authoritas probatur. 219.b
Papyrus & Claudia soror eius cum simul incestum commisissent, gladio seipso transuerberarunt. 282.a
Parentes suos quanta diligentia curare debeant liberi, præclaris docetur exemplis. 79.a. & b
Parentes qui non honorat, maledicitus. 80.b
Parentes honorandos esse natura docetur præceptis, &c. 80.a
Parentes senio confectos habere domi nostræ, pretiosum est thesaurū, & summi Dei simulacrum. 79.b
Parentes qui percuterit, morte moriatur. 80.b
Parentū generosa nobilitas, quantus posteris ad virtutē stimulus. 22.b. 23.b
Parentum & liberorum necessitudo magna. 32.a.
 sed arctior viri & uxoris coniunctio. ibid.
Parentes veluti in liberis renascuntur. 280.a
Parentum in liberos munera & officia. 37.a. 201.a
Parricidæ quibus pœnis apud veteres plecerentur. 47.a
 in Parricidas cur solon nulla constituerit supplicia. 79.b
Passerum sanguis in lege quid significaret. 257.b
Pastoritam docuit Adamus. 39.a
 de Pastoribus ecclesiasticis optima & pia præcepta. 233.b
Pater patriæ, & pater populi, eximum fuit apud

INDEX.

- antiquos insigne virtutis, & ornametum honoris. 162. b. & 163. a
- Patres antiqui post sacra biblia sunt consulendi, quoties agitur de fide, &c. 217. a. b
- Patres errare non potuisse. 220. b
- Patres ecclesiae nunquam spiritu sancto simul omnes destituti. 218. a. b
- Patres quod inuenierunt in ecclesia, tenuerunt, &c. 220. b
- Patres si errassent, spiritus sanctus suum neglexisset officium. 221. a
- Patrum terminos egredi non licet. 220. b
- Patru omnium autoritatē reffuentes pro hereticis habendos esse. 222. a
- Patres, antiquissima veritatis aduersus hereticos muri inexpugnabiles. 221. b
- pro Patribus, hereticorum huiuscē temporis testimonia. 222. b
- Patrum catalogus per secula digestus. 215. b. 216. a
- & seq.
- Patrum veterum catalogus multum habet utilitatis. 305. a
- Patres ut liberos tractare debeant. 150. a
- Patriani nihil dulcissimum, nihilque charius. 70. b. 71. a. 117. a
- Patria quanto sentitur amior, tanto euadit suauior. 72. a
- Patria nostra, est paradisus. 190. a
- Patriarchae, nostri sunt parentes. 140. a
- Patriarchae duodecim, apostolorum duodecim typus. 219. b
- Patriarcharum multa preclarè facta nobis non imitanda. 236. a
- Patricius, ferox d. Monica d. August. matris vir & maritus. 232. b
- Patris familiā boni ac diligentis elegas descriptio. 233. a
- d. Paulus, euangeli tuba. 253. a
- d. Paulus, mundi contentor. 39. a

I N D E X.

- d. Paulus ex lupo agnus factus, & ex persecutore Christianorum prædicator eximus, & pastor bonus. 116.a
 seculi filios opprobrium: 66.b
- d. Paulus quot & quibus nationibus sacrum predicauerit euangelium. 140.b
 Paupertate maxima labo-rauerūt Christi antiquissimæ matres. 146.b
- d. Paulus sceno factoriae erat artis, ex qua queritabat cibum. 39.a. 199.b
 Paupertate probantur sancti viri. 149.a
- d. Paulus fame & siti, fri-gore & nuditate se labo-rasse non difficitur 25.b
 Paupertate non pereunt p̄ij exempla. 153.a
- d. Paulus castè semper vi-xit. 252.a
 Peccant iusti, sed non ad mortem. 114.a
- Pauli Samosateni hæretici mores, & institutiones impia. 222.a
 ad Peccandum qui alios inducunt consilio, vel exemplo, gravissimas dabunt penas. 106.b
- Pauper ubique iacet. 251.a
 Peccatori non desperandū, sed citò ad pænitentiam currendum. 235.b
- Pauperibus benefacere quā sit utile. 203.a
 Peccatoribus cūm non irascitur Deus, ira magna est indicium. 131.a
- Pauperi qui dat, non indigebit. 29.b
 Peccaturum qui non cohibet, cūm possit, in culpa est facinoris. 106.b
- Pauperes propinquai nostri, omnium primi à nobis sunt iuuandi. 204.b
 Peccata patriarcharum non sequenda, nec in exemplum trahenda. 234.b.
- Pauperibus curia principiū clausa. 251.a
 & cure eos Deus peccare permisérit. 235.a.b
- Patasperū consolatio. 149.b
 Peccati expertem reperiri neminem. 235.a
- Pauperies, magnum inter-factum.
 Peccati initium à muliere.

I N D E X.

- | | | |
|--|----------------------|--|
| factum. | 65.a | 41.b |
| Peccata sua qui prædicant
monstra sunt, humana
specie tecta. | 248.b | Periculum qui diligit, in eo
peribit. 235.b |
| Peccata Deus quatuor ca-
lamitatū generibus pu-
nire solet. | 15.a | Persecutionum vtilitates.
139.a |
| Peccata hominum Deus
plecit & corripit: non
ut perdat, sed ut emen-
det, & sanet. | 17.b | Persecutores ecclesiae primi.
253.b |
| Peccatum non remittitur,
nisi restituatur ablatum. | 289.a | qui Perseuerauerint usque
in finem, saluabuntur.
125.a |
| Pedum lotiones antiquitus
frequentes. | 237. a. b. &
cur. | Pestilentia, Dei ob peccata
flagellum. 15.a |
| Pelicanus mira natura
in vita pullis suis resti-
tuenda. | 37.a | d. Petrus, apostolorum co-
ryphaeus. 137.a |
| Penelope, mulierum pudi-
carum exemplar. | 169.a | d. Petro non bene cessit, cō-
uersari cum blasphemis
militibus. 165.a |
| Peregrinatur illi terris Chri-
sti membra. | 138.a | d. Petrus in atrio pseudo-
Pontificis Christum nega-
uit, & cum periurio de-
testatus est. 78.a |
| Peregrinis molestia non in-
ferendamq; bene facien-
dum. | 165. b. 40.a.b | d. Petrus pescator à piis ado-
ratus. 173.a |
| Peregrinorum pèdes lauan-
di. | 166.a | Phatao ob raptum uxoris
Abrahae grauiter affli-
ctus. 288.a |
| Periculorum plena homi-
num vita. | 139.a | Pharisaorum doctrina, &
mores. 133.a |
| Periculo alieno sapiendum. | | Pilautea, amor sui. 168.b |
| | | Pietas quid sit. 167.a |
| | | Pietas, quā Deo, angelis, &
homini b ^r gratiosa. 166.b |

INDEX.

- Pietus ad omnia est utilis,
promissionem habens vi-
tae, que nunc est, & futu-
re. 87.a. 181.a.b. 182.a
- Pietatis parentum in libe-
ros exempla mira. 37.b
- Pij non confundentur in tē-
pore malo. 26.a
- Piger furtivis de manibus
viuit. 195.a
- Pigrum timor deicit.
198.a
- Piscatores quid mysticè a-
pud Ieremiam. 220.a
- Plato gratias impensè diis
agebat, quod Athenis es-
set natus. 23.a.b
- Plinius abdita naturæ in-
dagauit acutissimè, &
odoratus est omnia. 99.b
- Plutus cur utroque pede
claudus, & alatus.
30.a
- Pœnitentia hostes huiusc
temporis. 126.b
- de Pœnitentia patrum ve-
terum exempla piissima.
126.a
- Polenta quid sit, & ex quo,
& quomodo consciatur.
190.b
- Polygamia salax Christia-
- nis vitanda. 32. a.b.
284.a
- Populus, bellua multorum
capitum. 129.a
- Portulaca stomacho mirè
prodest. 190.a
- Præcepta sexcenta tredecim
seruare tenebantur He-
brei. 121.4
- Præceptores puerorum mo-
nentur. 201.a
- Præmia bonorum operum.
181.a.b.
- Præmium victoriae à Chri-
sto operante bonum tri-
buitur. 183.4
- de Predestinatione dispu-
tatio brevis, & exempla
ex sacris bibliis desum-
pta. 115. a. & seq.
- Preces publicæ & solennes
ad Deum non frustra
funduntur. 294.b
- Priapus, infælix & hor-
rendum monstrum, à qui-
bus olim adorabatur po-
pulis. 85.a
- Priapus hominum puden-
dis colebat. 211.b
- Princeps, Dei est minister.
188.a
- Principum officium. 253.a

I N D E X.

- Principes honorandi. 187.b
 Principes quanta sermonis
 comitate suos alloquen-
 tes subditos vti debeant.
 250.b, 251.a
- Principes eos esse probos,
 quāquam ipsi mali sint,
 qui probos apud se ha-
 beant seruos. 162.a
- Princeps sine literis, est auis
 sine pennis, nauis sine ve-
 lis & remis, caput sine o-
 culis, & exanime corpus.
 146.a
- Principes nostri temporis
 quām infandi scortatores,
 & stupratores. 247.a
- Proditorum Deus vindex
 acerrimus. 104.b
- Proditorum patriæ pœna.
 47.a
- Promissa quanta religione
 seruanda, & prestanda.
 265.a
- Promissa mala rescinden-
 da. 265. b. exempla.
 266.a
- Promissiones Dei nūquam
 fallaces, nec irritæ.
 18.b.
- Prudentia viribus melior.
 145.b
- Psalmi an fint omnes Da-
 uidis. 2.b
- Pseudochristi, qui non eru-
 buerunt sē dicere Mes-
 siam. 4.b
- Pudicitia, dos virginum
 preciosissima. 297.a
- Pudicitia, prima coniugij
 gratia. 59.b
- Pudor quandiu residet in
 animo, aliquis est bona
 spēi locus. 193.a
- Puellæ quām seruatu diffi-
 ciles. 207.a
- Puellis, quæ nubere vo-
 lunt, quid obseruandum.
 254.a
- Puero non subtrahēda dis-
 ciplina. 38.a
- Pulcritudo non accusan-
 da, sed timenda, exem-
 pla. 130.b
- Pulcritudinis scita descri-
 ptio. 130.b
- de Purgatorio caput inte-
 grum, doctissimum, &
 piissimum. 89. &
 seq.
- de Purgatorio Luteri sen-
 tentia. 227.b

INDEX.

R

RAb, patriis superstitionibus relictis, veram religionem est amplexata. 100.b

Rabulae cur Roma olim cie-
eti. 272.a

Racemi ex vindemia reli-
eti, sunt pauperum. 148.b

Rachel ubi sepulta. 21.a

Raptiores rerum alienarum,
semper in egestate de-
gunt. 162.a

Rebecca ex Mesopotamia
venit ad Isaac maritum
in terram Chanaan, nec
unquam ab eius latere
discensit. 36.a

Redemptores quinam voca-
ti fuerint. 307.a

Regnum Christi à regnis
mundi plus, quam toto
celo distat. 139.b

Regnum Christi non venit
sine cruce. 69.a

Regna euertuntur imperi-
tia & imprudentia re-
gum. 146.a

Regulus, Romanorum dux,
quam religiosus in fide

hostibus, etiam crude-
lisimis, seruanda fue-
rit. 265.a

Religio vera, summum ho-
minis bonum. 103.a

Religionis non est, cogere
religionem: nam spon-
te suscipi debet, non vi.
81.a

Religioni nihil preferen-
dum. 118.a

Reliquiae sanctorum vene-
randae. 173.a. & b

Reliquiarum sanctorū mi-
racula. 110.b

Renes, concupiscentiae sedes.
22.b

Repudij libellus Iudeis per-
missus, & non proba-
tus. 32.a

Requie alterna quod caret,
durabile non est. 243.
a. b

Res unaquaque tempus ha-
bet suum, & locum.
227.b

Residentia in beneficiis ec-
clesiasticis, iuris est diini-
ni. 154.a

Respublica fælix, in qua re-
gnant philosophi, aut
philosophantur reges.

I N D E X.

- 146.a Resurrectionem solum eis obtingere, qui in terra sancta sunt sepulti, ex opinione Iudeorum. 123.a
 Retributio multa in custodiendis Dei preceptis. 181.a
 Rex cum patre, & ouium pastore cōparatus. 162.b
 163.a Rex Apud Aegyptios ocu-lo designatus. 233.b
 Reges non hominū, sed Dei iudicium exercent: qui aliquando regi regū Iesu Christo de omnibus rationem sunt redditi. 12.a
 Reges ouibus filiū Dei morte redemptis præsunt, ut eis profint. 12.a
 de Regis optimi munere præcepta non contemnenda. 233.b
 Reges deterioris conditio-nis, quam miliones & agasenes. 9.b
 Reges tyranni, sumo Bōgoi. 163.a
 Regum Israēitarum tem-
- . poribus, ambitione, auaritia, luxu, prodictionibus, & cædibus cuncta fœdata fuere. 11.b
 Reges Iudeorum quid à ludicribus, qui ante eos populum rexerunt, discrepent. 9 b.10.a
 Reges Israēl omnes à Deo reprobati. 9.a
 Rex Poloniae, qui à muri-bus immaniter fuit consumptus. 44 b
 R̄sus quid sit. 99.a
 Roboam duriter & acerbè subditos alloquens, decem regni sui partes amisit. 251.a
 Rumor honestus, alterum est patrimonium. 294.a
 Ruth liber cui debeat attri-bui: vtrum canonicus sit, vel apocryphus. 2.b. & 3.a. & quanta sit eius utilitas. 4.a
 Ruth ex quibus orta paren-tibus: & quanta fuerit eius modestia. 187.a
 Ruth Moabitis, licet ido-lorum cultrix, in auiam tamen est assump-ta Christi, & ex olea-x x ij

INDEX.

- astro in bonam olivam inser-
 tur. 261.4
 ferta. 5.4
 Ruth, gentium ad fidem
 venturarum figura. 212.
 b. 213.4
 Ruth & fides à fide Abra-
 ham non longè distat.
 175.b. 176.a
 Ruth, urgente fame, disper-
 fas in agris alienis spicas
 colligebat. 146.b
 Ruth Deo, angelis, & Boo-
 zo opulentissimo principi
 & potentissimo, propter
 pietatem gratiosa. 166.b
 Ruth cum coniuge decem
 annis sterilis & infec-
 cunda fuit. 68.4
 Ruth iuuenis & vegeta si-
 bi & matri labore ma-
 nuum suarum victum
 queritabat. 149.b
 Ruth à sordibus se lauans
 aqua quid indicet.
 254.b
 Ruth sua fonte cubans
 cum Booz an peccarit.
 226.b. 237.a
 Ruth & fame, & virtus ab
 omnibus semper celebra-
 bitur mortalibus. 121.b
 Ruth spiritalis quæ dica-
 tur. 5
 Sacerdotis labia custo-
 dient scientiam, &
 lex exquiretur de eius
 ore. 219.b
 à Senioribus perditionis
 initium. 20.4
 Sacerdotes quid in huiusc
 temporis Eli uesperant so-
 cordiam. 13.b
 Sacerdotum impiorum exé-
 plo, populus ad scelera
 queque perpetranda fit
 audacissimus, & impu-
 dentissimus. 13.a
 Sacerdotia hodie veneunt,
 & rapiuntur. 154.4
 Sacramentorum dispensa-
 tione peccata dimittun-
 tur. 263.a
 Sacramenta extra ecclesiam
 catholicam non profunduntur.
 214.b. 215.a
 Sacrificium iuge. 254.b
 Sacrificium offerre ex sub-
 stantia pauperum, quan-
 tum sit crimen. 196.4
 Sacrificiis legalibus subla-
 tis, unicum secundum or-

I N D E X.

- dinem Melchisedec, in-
stituit Christus. 310. a
Sacrilegi, templorumque di-
reptores infandis à Deo
plectuntur supplicius, exé-
pla terroribus plenissi-
ma. 8. b. 9. a
Sacrilegorum pena. 47. a
Salomon sic vocatus, pro-
pter pacem sub eo futurā,
304. a
Salomon uxorum idolola-
tria deceptus, falsis diis
templa arásque dicauit.
27. a. b
Salomon uxores alienige-
nas accipiens quid indi-
cet. 119. a
Saltarices mulieres, deter-
rimæ pestes. 243. a
Saluatores plerique nuncu-
pati. 307. a
Salutare libenter, quam ha-
beat vim. 154. b. exem-
pla. 155. a
Salutat octies populum sa-
cerdos in Missa celebran-
da. 157. b. 158. a
Salutadus nemo per viam,
quid hoc sit in euangelio.
155. b
Samson Hebreorum fortis-
simus. 64. a
Samson uxorem ex alieni-
genis accipiens, quid fi-
gurarit. 119. a
Samson maluit scipsum cū
hostibus, certissima oppri-
mere ruina, quā corū dimi-
tius pati conuitia. 128. a
Samuel à Deo datus inter-
pretatur. 304. a
Sanc̄ti qui propriè dicātur.
167. a
Sanctorum memoriae hono-
rande. 173. a. & b
sanctorum preces quanti
valcāt, exempla. 175. a. b
Sanctorum defunctoru me-
rita, & orationes nobis
prosunt. 76. a
Sancti defuncti norūt, que
bit à nobis aguntur, exé-
pla. 77. a
Sancti defuncti nostras au-
diunt preces. 76. b.
77. a
Sanguis uæmeracissimus.
18. b
Sapientia melior, quam vi-
res. 145. b
Sapientia Domini gyroce-
li circuit, profunda pene-
trat abyssi, &c. 28. b

- Sæpe prudentia. 35.a
 Sara secuta est suum Abramum, ubi cuncte locorum peregrinaretur. 36.a
 Satanæ tela ignita. 252.b
 Saturnus, Deus gentium, falce truci minitans. 133.a
 Satyrus, quem vidit d. Antonius, quis & qualis. 245.b
 Saul maluit seipsum occidere, quam in infidelium incidere manus. 128.a
 Saul cum satana periret. 125.a
 Sceleratus unicus potest, quod centum pī nequeat viri. 77.b. exempla. 78.a
 Scelerati non solum gladio, sed & opprobriis afficiendi. 286.b
 Scelus est nulla necessitate excusabile, ad fidei hostes confugere. 27.4
 Scipio quam continens & castus fuerit. 247.a
 Scribarum ex effectis descriptione. 133.a
 Scripta sua qui ecclesia in diecio examinanda tra-
- dere nolunt, carpuntur. ibi. 228.a.b
 Scripturas sacras expresse non omnia credenda contine. 221.a
 Scripturarum sacrarum hostes antiqui, ut athei, catalogo recensentur. 8.b
 Scythæ suos devorabant mortues. 47.a
 Sebastianus in aula Diocletiani imp. impietatem fugiens, martyrio est coronatus. 28.a
 Sedere Dei quid sit. 271.a
 Sedere, aliquando pro consilium capere. 270.b
 Sedentes tranquilliore sunt animo, quam stantes. 270.b
 Segor urbi Lot veniam impetravit, ne cum sodomititis periret. 24.b
 Senatus ex quibus hominibus constare debeat. 270.a. & unde dicatur. ibid.
 Seneca Stoicam profitebatur apathiam. 99.b
 Senecta tacito venit pede. 197.b

I N D E X.

- Senecta morte sola curari potest. 49.a
 Senectam comitantur morbi absque numero. 67.a
 Senectus omnes corporis vires debilitas, vel tollit. 66.b
 senis hominis vera descrip^{tio}. 67.a
 Senes non tam viiunt, quā lentē moriuntur. 67.a
 seniorum quilibet colⁱbet. 127.a
 in Seniorum prudentum multitudine standum. 121.a
 Senes in rebus & negotijs grauibus semper consuēlendi. 270.a. & b
 Senex egenus, res est in hac vita omnium miserrima. 301.b
 ex Sententia vera non dimoueri, laudabile in falsa persistere, culpabile. 100.b
 sepeliendorum mortuorum variae apud varios populos consuetudines. 47.a
 sepeliendorum mortuorum apud pios consuetudo, & ceremonia. 48.a
 Sepeliri cur desiderabant Patriarchæ in terra promissionis. 123.
 Sepeliri iuxta sanctos viros, quanta religio olim fuerit. 123.a.b
 sepulera secus tempula ex lege Lycurgi ponenda. 47.b
 in Sepulcrorum violatores panæ grauiſſimæ legibus irrogantur. 46.a
 sepulturam honestam natura postulat omnibus. 46.b
 Sepultura honesta, & sacra priuari, vltionis est diuina signum. 45.b. exempla. ibid.
 Sepulturam suam quanti fecerint antiqui & sanctissimi patriarchæ. 48.b. 123.a
 sepultura quibus hominibus prohibita apud veteres. 47.a
 sepulturā sacrā indigni si in sanctis locis sepeliātur, grauioribus apud inferos plectuntur supplicij. 54.b

INDEX.

- Sermo, animo egrotanti me-
dicus. 188.b
- Sermo Dei pinguissimus.
186.b
- Sermo durus suscitat furo-
rem. 251.a
- Sermonis comites omnium
hominum conciliat vo-
luntates. 250.b. 251.a
- Serui ure diuino permisi;
& instituti. 159.b.
160.a
- Seruorum tres ordines, &
eorum munera & offi-
cia. 159.b
- Seruns talis, qualis Domi-
nus. 161.b
- Seruo sisauissimum est, bo-
num nancisci dominum.
161.b
- qui seruit beatis, beatus est.
161.a
- quot Serui, tot hostes: imo
non habemus illos hostes,
sed facimus. 157.a
- de Seruis quanta cura nobis
est habenda. 189.b. ex-
pla. 190.a
- Serui quo pacto tractandi,
exempla. 156.b. &
157.a
- Seruorum conditio non no-
bis habenda ludibrio:
plures enim quandam
principes facti sunt serui,
exempla. 157.a
- Serui nobilium ac diuitum
quam peruessi. 161.b
- Sibyllæ pro virginitatis sue
mercede, donum acceperūt
prophetæ. 247.a.b
- Silentium ornat mulieres.
252.a
- Siliqua porcorum explicatae
mysticæ. 214.b
- simon Magus suâ ipsius
pertinaciâ vitam amisit.
100.b. 101.a
- simonis magi mendacia.
4.b.
- Sinones insidias ubique te-
dentes hodie in aulis re-
gum. 155.b
- Sobrietas Adamum in
paradiso seruauit, gula
inde detraxit. 191.b
- Socrates à duabus uxoribus
non modo verbis, sed &
verberibus male multa-
tus. 283.a
- Socrus valde nuribus sunt
veneranda, exempla.
109.b
- Solem aliquot horis stetisse

I N D E X.

- ad preces Elimelech. 140.b
 24.a
 Solicitudo sobria, & utilis, atque necessaria, quæ & qualis. 209.a
 Somni causa potissima, & eiusdem utilitas. 243.b.
 ac definitio. ibid.
 Somnum qui diligit, deprimetur ab egestate. 198.a,b
 Somnus Boëtie mysticus. 257.a
 Spes, tuta animarū nostrarum anchora. 180.a
 Spicula casu prætermissa peregrinis relinquenda, & pauperibus. 131.b, 148.a
 Spifamius ex Episcopo Niuerensi, patria proditor, ac Dei, salutisque sua desertor factus. 84.b
 Spiridion episcopus quam in pauperes pius fuerit. 249.b
 Sponsæ nouæ quibus ornamenti decorari debeant. 238.b, 239.a
 d. Stephanus ad extremum usque spiritum, turbis tametsi furentibus, annunciant Christum. 140.b
 d. Stephani ossa mulieri cæcæ restituerunt visum. 110.b
 Stercoris columbini cadi quarta pars quinque argenteis empta, fame græfante. 18.b
 Sterilitas olim opprobrij loco, ac diuinæ maledictionis putabatur effectus. 68.a
 Sterilitas omnium frugum propter scelera. 17.b
 Stoici & 350gror. 108.b
 Stultorum amicus, illis efficitur similis. 77.b
 Superbo qui communicaverit, induet superbiam. 78.a
 Supplicia unius, omnium documenta esse debent. 41.b
 Susanna ab iniquo iudicio sacris orationibus libera ta. 246
 Tutoriam quis primū docuerit. 39.a
 Symbolū Apostolorū mira breuitate, & perspicuitate

I N D E X.

- totius veræ religionis cō-
pletetur fundamenta.* 8.a
*Synagōga quoꝝ hereticorū
sectis misere dissipab-
etur.* 133.a
- T
- Tabernaculum testi-
monij, ecclesiæ typus.* 219.b
Talpe pro dijs habite. 211.a
*Fatianus tum in hæresim
lapsus, cùm traditiones
veterum respuerit.* 222.a
*Templo Dei cum idolis nul-
lus consensus.* 60.a
*Testis verum testimonium
vendere nō debet.* 272.a
*Testis falsus quibus suppli-
cij affici debeat.* 291.a
*Testes tres, qui falſo Narcif-
sum episcopum accusaue-
rant, vltione diuina mi-
serabiliter periere.* 291.a
*Thamar incesta, Iesu Chri-
ſti auia.* 5.b
*Theodeclus tragedus oculis
captus, quod ex sacris bi-
blijs nonnihil in suum*
- transfluiſſet poëma.* 9.a
*Theodoſius Beſta, poëta in-
fanus.* 248.b
*Theopompus aliquid ex sa-
cra scriptura ad usus in-
fandos traducens, turba-
tione mētis est correptus.* 9.a
- d.Thomas cōstantinus Chri-
ſti prædicauit resurrectio-
nem, quam ante negauie-
rat.* 100.b
*Timoris dua species homini
viatori necessarie.* 246.b
*Timotheus & Titus caste
semper vixerunt.* 252.a
*Tobias in captiuitate posi-
tus, veram in Deum fidē
non deseruit.* 85.b
*Tobias ob orationes ab ange-
lo visitari meruit.* 24.b
*Tobias mortem est depreca-
tus, quando ei insultauer-
rit vxor.* 128.a
*Traditiones patrum seruā-
de.* 215.b
*Tribula, ſeu tribulum, quod
genus instrumenti rusti-
ci.* 198.b
*Tributum frumentarium,
quidſit.* 207.b
Trinitatis tres personæ qui-

I N D E X.

- bus locis testamenti veteris ostensa. 154.a. & b
 Trinitas cur olim obscure significata. 154.a
 Triticum non rapit ventus, quid sit. 114.a
 Turris David, ecclesiæ figura. 260.a
 Tyrannorum apud anti-quos pœna. 47.a

V

- Valentis imp. tyran ni cadauer immanner exustum. 48.a
 Valenti monacho diabolus cum mille angelis lapidat tenentibus apparen-
 tens, petuit ab eo, ut prouisorum & mortuorum adoraretur iudice. 246.a
 Velle & perficere Deus in nobis operatur. 125.b
 Venatores allegoricè. 220.a
 Veneni guttula totū meridolum intoxicare potest. 77.b
 Ventre molesto nihil improbus. 15.b
 Venter auribus caret: ob id ei verba facere est arduū. 15.b

- Venter precepta non audit, poscit, appellat. 15.b
 Ventum seminare, & mettere turpitudinem. 17.b
 Venus, procaciissima mere- trix. 133.a
 Venus qualiter à Phidia statuario efficta. 147.b
 Verba sapientum, quasi stimuli, & clavi in altum defixi. 188.b
 Verbis pudicis res impudicas, & pudendas lingua Hebreæ exprimere solet. 299.a
 Verbum Dei quā & quam habeat vim, & emphasm. 154.a
 Verbum Dei, est officina omnibus referta medica-
 mentorū generibus. 186.a
 Verbum Dei cū patre vim habet creandi. 154.a
 Verbum caro factum est, ut carnem, id est, hominem Deo conciliaret, & uione perfecta coniungeret. 210.a
 Verecundie ex Aristotele elegans definitio. 239.b.
 240.a. & ex Cicerone. ibid.

I N D E X.

- Verecundia vita decus, sedes virtutis, insigne totius honesti. 169.a
 Verecundia, potissimum puellarum, & pudicarum matronarum ornamentū. 169.a 192.b 239.b
 Verecundia mulieris super aurum. 169.a
 Verecundia, omnium gemmarum preciosissima, & gratiosissima. 168.b. 169.a
 Verecundia omnem decet etatem, & sexum. 168.b
 Vespasianus summis vtebatur magistratibus, ut spongijs. 144.b
 Vespertilioes dij habitæ. 211.a
 Vetularum officia. 251.a
 Vicarij qui dicantur. 159.b
 Vidua paupere nihil calamitosius. 66.b
 Viduis durum est, affueta carere voluptate. 105.b
 Vina Veneri parant amicos. 234.a
 Vinum Romanis mulieribus olim vetitum. 111.b
 Virginis vere ex Musæo elegans descriptio. 169.a
 Virgines domi perpetuò seruande, & apud matrem manere. 147.b
 Virgines seruare quam arduum. 207.a
 Virginibus adolescentes calamistrati sunt fugiendi, & puellæ lasciuæ. 201.b
 Virtus versatur circa difficultaria. 69.a
 Virtutis splendores latè nequeunt. 174.b
 Virtute nihil amabilius, nihilque quod magis ad diligendum alliciat homines. 174.b
 Virtutis radices sunt amarae, fructus vero dulces super mel. & fauum. 69.a
 Virtus inclita stygias nunquam fertur ad umbras. 174.b
 Virtutes morales infidelium, & malorum hic Deus compensat. 30.b
 Virtutibus piorum amplissima præmia in celo reposita. 174.b
 Virtutis non est bene cœpisse, sed perfecisse. 125.a
 Visitandi verbum quot modis accipiatur. 74.a

I N D E X.

- Vita nostra nauigantissimi.
lis. 42.a.b inuidum, &c. 129.a
Vita priscorum prophetica
fuit. 132.b Vulgus incertū solet in sis-
dia cōtraria scindi, 129.a
Vitia suos dominos reddunt
seruos. 156.b Vulgus mobile sequitur for-
tunæ lumina. 129.a
Vnctio in baptismo. 255.b. in Vxore deligenda quid
spectandum. 254.a
& 256.a Vxor prudens est à domino.
Vnctionū vijus etiam san-
ctis viris olim frequens,
238.a qui cum Vxore habitat sen-
sata,beatus. 97.a
Vnguenta ad quid fieri de-
beant. 238.a Vxorem suam qui diligit,
seipsum diligit. 249.a
exempla.ibid.
Volentem Deus iustificat,
quem fecit nescientem.
117.a Vxorem habens , sollicitus
est,qua sunt mundi , quo-
modo placeat uxori, &
diuisus est. 98.a
Voluntas Dei irrita fieri ne-
quit. 18.b in Vxores suas virorum of-
ficia. 32.b & 33.a
Voluptatibus indulgentes
se,& suos perdunt. 153.b Vxorem decet cum omni
Votum turpe mutandum.
265.b subiectione à viro discere,
in Vrbibus multæ peccandi
occurrunt occasiones. 39.b ut à capite , & principe
Vrget præsentia Turni.
233.a suo. 34.b
Vrsarum natura in alendis
catulis. 37.a Vxores oportet esse castas,
modestas,puras,bonas,so-
brias,pudicas,verecundas,
&c. 35.b
Vsurarij ad communionem
non admittendi,nec in lo-
co sacro sepeliendi. 53.b quod Vxores viris suis per-
tuò adhaerere debeant,sa-
cris probatur exemplis.
Vulgus ingratum, crudele,
36.a.&b

I N D E X.

- Vxori alligatus, solutionem
quærere non debet. 32.a
Vxores relinquere concedi-
tur viris, leuibus de cau-
sis, & alias ducere, a-
pud Geneuenses. 31.b
- Vxores suas profituentes,
quām improbi & scele-
rati. 31.a
Vxores debere esse commu-
nes docent huiuscētempo-
ris hæretici. 247.b



Finis Elenchi.

Seine
Reider
Vilseger
Lugsa
Zabrezer
Zabern
Tent
Wend
Dont
Iserac
Reit
Vilseger

